11/2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 · 27 L 14

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SERMONES
DE TEMPORE,
ET DE SANCTIS

Per totum ferè Annum declamabiles,

E' SOLO PSALTERIO DAVIDICO DESVMPTI,

Exemplorum prȩſertim naturalium applicatione, Prouerbiorum ſalibus, ac mirifica vbique eruditione refertiſsimi,

AVCTORE

ARMANDO DE BELLO VISV

Ordinis Prædicatorum,

Nunc denuò recogniti, atque marginibus illuſtrati,

Necnon ſecundo, ac tertio Indice decorati.



BRIXIAE, Apud Petrum Mariam Marchettum. MDCX.

De Superiorum conſenſu.

Bibliothecę S. Humphrij. 1629.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADM. R. P. F.

SILVESTRO VGOLOTTO

CASTILIONENSI

Inquiſitori Bergomenſi digniſsimo.

Petrus Maria Marchettus. S. P. D.

NATVRA comparatum eſt (ornatiſſime Pater) vt eximia virtus non proferat ſplẽdorem ſuum, niſi malis exercita: ſic aurum purius redit ex igne: Sic ilex atonſa duris bipennibus denſiore ramorum prouentu ſylueſcit, &, quod ait Horatius, *Ab ipſo ducit opes, animumq; ferro*. Gubernatoris & artem, & animum declarant tempeſtates. Nemo vnquam inter magnos Duces habitus eſt, niſi cuius virtutem res aduerſæ ſpectatam reddidere. Et (ſi fas eſt aliquid è veterum fabulis

 admi-

Digitized by Google

admiſcere rei ſerię) Iuno dum Herculem omni generi periculorum obijcit, nihil aliud, quàm virtutem illius illuſtrem reddidit, & ipſi diuinos honores parauit. Sic & Dominus athletam ſuum Iob Satanæ vexandum permiſit, vt per illum nobis inuictæ patientiæ pararet exemplum. Sic tentauit dilectum Abraham, vt mundus inſignem hominis erga Deum fiduciam agnoſceret. Nec Beatiſſimi PII Quinti magnitudinem agnoſceremus, niſi hæreticorum calumnijs inclaruiſſet. Porrò, quòd tibi, Præſtantiſſime Pater, licèt in varijs, & arduis negotijs verſanti, perpetuus vitæ curſus vſque ad hanc ætatem, quæ & ipſa beata contigit, ac fœlix, in nullas huiuſmodi tragœdias impegerit, fortaſſis alius aſcriberet, vel integritati tuæ, vel prudentiæ; ego malo fauori diuino adſcribere, cui debes vniuerſas iſtas animi tui dotes. Et tamen non omnino defuerunt rerum difficultates, quæ ſummam animi tui conſtantiam cum pari prudentia coniūctam declararent. Vt difficillimum, ita Cardinalitiæ dignitati proximum eſt, in ſancta Eccleſia agere Inquiſitorem. Quod munus pręclariſſimum non equidē tibi demandatum fuiſſet, ni PAVLO Quinto Summo Pontifici, cæteriſq; Patribus Purpuratis nota fuiſſent tot, tantaque tua in Chriſtianam Rempublicam merita, & benemerita. Dum enim Romæ ſupremo totius Vrbis, & Orbis Inqui-

ſitori

ſitori Socius deſeruires, quid non fecit, aut effecit tua tùm mira prudentia, tùm ſingularis peritia in arduis, & quàm difficillimis rebus fidei pertractandis? Eo tunc temporis percrebuit laudatiſſima fama SILVESTRI, eo tunc loci exaltata fuit ſingulariſſima tua virtus. Quæ omnia adeo me in tui attraxerunt amorem, & reuerentiã, vt nil aliud per omne vitæ meæ tempus cogitarim, quàm vt animi mei tali, tantoq; viro talemcunque beneuolentiam indicarem. Hi ergo ſermones ad te Nuncij mei ſint loquantur ipſi de me, tibi ſubdantur, tibiq; dicati, & dediti apud te in mei memoriam hoſpitentur. Quos ſi libenter audieris, me, quem iam tibi deuinctum eſſe ſcis, obſtrictiorem feceris. Bene vale, Pręſul ampliſſimè.

Brixiæ, 27. Iunij. M D C X.

Digitized by Google

EIDEM Adm. R. P. F.

SILVESTRO VGOLOTTO

CASTILIONENSI

Inquiſitori Bergomenſi digniſsimo,

HEXASTICHON.

NOn hic deliciæ cultæ, non dona dicantur,
Quæque Cypros mittit, quæq; Sabæus ager.
Non cantata Venus, non ſunt hic Palladis artes;
Non hic exercet Delia blanda choros.
Cælica ſed Charitum tibi dona ſacrantur in æuum:
Nec ſunt hæc humili munera parua viro.

Fr. Bonifacius Benzonius à Brixia
Ordinis Prædicatorum.

Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. D. D. R. Cardinali Præsbytero Tituli S. Euſebij

ARMANDVS DE BELLO VISV Ordinis Predicatorum.

AD Deum laudandum in dauidico decachordo pſalterio & in pſalmis ſuaui modulamine iubilandum: non ſolum ſacroſanctũ prouocat mandatum eccleſiæ, verumetiam ſcripturæ diuinæ in eiſdem pſalmis contenta auctoritas mentes excitat deuotorum, quæ Pſal. 80. ita canit. Exultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob. Sumite Pſal. & date tympanum: pſalterium iucundum cum cythara. Huius autem ratio per gloſam ordinariã in proemio ſuper Pſal. multiplex aſſignatur.

Prima quia in pſalmis & in Pſalterio continetur conſummatio & perfectio totius theologicę facultatis: quoniam octo beatorum premia: reproborum ſupplicia: rudimenta incipientium: profectus procedentium. vita actiuorum, contemplatiuorum ſpeculatio: quid culpa auferat: quid pęnitentia reſtituat: quomodo miſerere mei *Deus* pęnitentes dicant: quomodo inter innnocentes innocens manus lauans, altaria domini virtutum introeat, harmonica reſonantia edocetur? vnde Pſal. 94 ſic ait. Venite exultemus domino: iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione & in pſal. iu. ei.

In Pſalmis continetur totius Theologia perfectio.

Secunda ratio eſt, quia omnes ſcripturas propheticas ſcriptura. Pſal. ſua claritate præcellit. Aliquando namque prophetæ qui de Chriſti diuinitate vel humanitate ab vtriuſque myſterijs altiſonis prophetarunt per imagines & enigmata verborumque tegumenta perſonant quæ profantur: Dauid autem a ſpiritu prophetico de poſt fętantes acceptus & factus eximius prophetarum ſic luculenter texuit telam ſuam vt magis euangelizare quam prophetare cernatur, vt ſit ſcribę calamus velociter ſcribentis. Ob hoc Chriſtum in Pſalterio ſic deſcriptum a concinente pſalterio pſalterium appellauit. Cum patrem ad filium loquentem aperit & reuocantem eum ab inferis & ſepulchro ad reſurrectionis gloriam. Pſal. 56. tanquã leonem rugitu excitantem catulum introducit. Exurge gloria mea exurge pſalterium & cythara, exurgam diluculo. Vnde cum Pſal. 18. dixiſſet. Audite hæc omnes gentes &c. Inclinabo in parabolam aurem meam: ſtatim adiunxit in pſalterio propoſitionem meam.

Pſalmi ſua claritate pcellunt ceteras ſcripturas propheticas.

Tertia ratio eſt, quia in ſcriptura Pſalmorum decem præceptorũ impletio edocetur non ſolum in generali vt ibi: declina a malo & fac bonum, verum etiam in ſpeciali ad doctrinę ſufficientiam enucleat ſingula documenta, ob hoc liber Pſalmorum a pſalterio inſtrumento muſico quod nablum hebraicæ: grecæ pſalterium dicitur: pſalterij nomen ſortitur, quia ſicut illud inſtrumentum eſt decachordũ: ita liber iſte docet obſeruantionem decem mandatorum Dei: quorum quodlibet beatus Aug. in ſermone de decem chordis comparat vni chordę. Et ſicut illud inſtrumentum a parte ſuperiori tactu debito reddit ſonum, vnde & pſalterium dicitur a pſallin gracè quod eſt tangere latine: ita ſcriptura pſalmorum docet bene operari non pro terrenis inferioribus ſed pro cœleſtibus quæ ſunt ſurſum. Ideo cum Pſal. Pſal. 89. laudis iubilationem & bonam operationem præconio debito

In Pſalmis traditur doctrina decẽ præceptorũ. Decalogi.

Digitized by Google

extuliſſet di. Bonum eſt confiteri domino & pſallere nomini tuo altiſſime: conſequenter impletionem decem præceptorum intulit. di. In decachordo pſalterio cum cantico in cythara.

Nota.

Quarta vero ratio eſſe poteſt, quia vt Philoſophi naturales aiunt. In ſono muſico eſt virtus mentis reparatiua & paſſionum inſurgentium ſedatiua, vnde narrat

Exemplũ.

Boetius: in principio muſicæ quod cum quidam adoleſcens propter ebrietatem in amentiam eſſet verſus intantum quod nec ab amicis nec a parentibus poſſet a furioſis actibus cohiberi: Pythagoras pręſens de nocte curſum ſtellarum conſiderans aduertit ibi tibicinem qui canebat modum phrygium qui modus a modernis cantoribus b. molle dicitur & præcepit mutari modum & ſuccinere ſpondeum qui modus eſt grauis & aſper & deſignatur apud nos per b. quadratum & ſtatim ſedata eſt paſſio adoleſcentis & perfectè ad mentem redijt ordinatam. Ita etiam legimus primi Reg. 17. quod quandocunque ſpiritus domini malus arripiebat Saul Dauid percutiebat citharam manu ſua: & refocillabatur Saul: & leuius habebat, ſicut ergo a pſalterio muſico procedit ſonus mẽtis reparatiuus, & paſſionum ſedatiuus, Ita a doctrina Pſalmorum procedit ſonus mentis reparatiuus in Deum & paſſionum ſedatiuus quantum ad ſeipſum. Vnde Pſal. 32. Exultate iuſti in domino, rectos decet collaudatio. Confitemini domino in cythara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi. Ex his omnibus colligitur, quod ſcriptura dauidica cæteris prophetis perfectior edocet quid agendum quid omittendum, quid diligendũ, quid corrigendum, quid fugiendum, quid recognoſcendum, vnde quamuis Moyſes & multi prophetæ ante Dauid in laudem Dei ſua ediderunt cantica: Dauid tamẽ ſuper laudes aliorum hoc adiecisse videtur in ſignum præeminentiæ ſuę laudis, ꝙ per modulationes inſtrumentorum muſicorum præcipue decachordi pſalterij ſua Cantica, ob memoriam decalogi legis voluit decantari, quapropter cum Pſal. 70. dixiſſet. Ego autem adijciam ſuper omnem laudem tuam. Conſequenter in eodem quid adiecerit aperit dicens, ego confitebor tibi in vaſis. Pſal. Hæc eſt ſane ratio quare ſacroſancta mater Eccleſia in vſum laudis diuinæ quotidianum per ſeptem horas canonicas, ſcripturam dauidicam attingentem ſublimia, penetrantem infima, & extrema quæcunque circulariter cõcludentem, ſcripturis cæteris præaſſumpſit ſepties in die laudem dixi tibi. Concinnens cum eadem quod videtur primi Reg. 10. in prophetis Deum laudantibus figuratum cum Sauli per Samuelem prędictum eſt: obuium habebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo & ante eos pſalterium, propterea hic propheta ſingulari præconio de ſuis carminibus attollitur per ſcripturam, vt a pſalmis editis non ſolum pſaltes vocatus ſit, verum pſaltem egregium ſcriptura 2. Regum 23. ipſum intitulit ita dicens. Vir cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob: egregius pſaltes Iſrael. Vere egregius qui nõ ſolum coram hominibus, verum etiam coram angelis fuit dignus pſallere Deo cœli. Vnde Pſal. 148. ſic teſtatur. In conſpectu angelorum pſallam tibi. Vere egregius, qui non ſolum in Iudaico, verum etiam in gentili populo, vt vtrunque parietem connecteret eccleſiæ regis magni & ciuitatis grandis de qua loquitur gloſa vniẽs viuas petras in Chriſto angulari & ſummo lapide, laudes perſonat Deo ſuo. vnde Pſal. 56. Ita promit confitebor tibi in populis domine, & pſalmum dicam tibi in gentibus. Vere egregius, qui non ſolum temporaliter ſed in æuum creatori ſuo cupit quandiu fuerit iubilare. Pſal. 146. ita loquens. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: pſallam Deo meo quandiu fuero. Vere egregius, qui non ſolum ſuum nititur laudare redemptorem. Verum etiam omnem creaturam & omnem concludens ſpiritum in totius conſummationis finei intuito excitat ad laudandum: Laudate eum (inquit) in ſono tubæ: laudate eũ in pſalterio

Mod⁹ Phrygius a modernis dicitur b, molle.

Modus ſpõdeus b, quadrum.

Quare Eccleſia uſſũpſerit Pſalmos ſepties decãtandos in die.

Pſal. 150.

&

& cythara. Laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominū.
Ob horum igitur ſcriptorum & ſcripturæ præeminētiam ſingularem, ad tam ſuauia carmina vehementer affectus quæ dulcia deguſtata dulcius ſiliuntur cum ad theologicę facultatis lecturæ aratrum me mittere manum oportuit: vt in ea ipſe proficerem & auditoribus non obeſſem, ſcripturam iſtam amplectendam præ cæteris elegi, quam velut Paradiſum ingrediens voluptatis eam linguam vitę non ſolum in medio, ſed in pſalmorum occurſu primario repperi continentem & ſecus decurſus aquarum ſuum fructum in tempore producentem, quinimo tot conſitam arboribus quot pſalmorum ſtipatam agminibus: qui ſub quingenario triplici non ſine altiori myſterio concluduntur. Ad carpendos igitur fructus arboris pulcherrimæ plantæ in principio inhians toto corde niſibus totis adij reptans pedibus & manibus quæ ſolis ſunt peruia hibicibus in eadem. Inde fluuiorum profunda inualidus perſcrutator Deo ſemel loquente: duo hæc audio, quia ibi abyſſus abyſſum inuocat, & vox dominica ſuper aquas multas tonāte Deo domino maieſtatis: ſed in mari facta via, & in aquis multis reperta ſemita, laborioſæ per vndas inter denſa frondium per poma arborum lucidorumque fructuum ſolis lunarium curſu pertranſiens giganteo forſan per illum fluuium aquæ viuæ & lucidæ criſtallinum quem a Dei ſede. Apocalip. vltimo. Aquilarius cernit intuitus procedere & lignum vitæ in vtraque parte fluminis continere, ſic a ligno in lignum remigans & diem ſolemnem conſtituens in condenſis: ad illam vſque Deo duce perueni quæ centeſima decima ſeptima, lapidem precioſum continet. Ad radicem ab omnibus quidam reprobatum a Deo autem electum in caput anguli cōſtitutum. Ex ore infantium & lactentium laude perfecta venientem in nomine domini benedictum. Et quoniam in canticorum canticis ſponſa deuota venientis amore languida arborum iſtarum floribus fulciri deſiderat & ad cultores doctores clamitat fulcite me floribus: ſtipate me malis quia amore langueo: flores aliquos colligere & ex floribus aliquid de fructibus excerpere & de ſpicis honuſtis grana excutere: de botris cyperinis vinum exprimere: fauorum cellulis mella recipere: de ſaxo duriſſimo ſugere oleata, & de Pſalmorum nectare potum conditum in cella vinaria propinare, non tanquam cultor & doctor præcipuus: ſed poſt tergum laboratorum inſpector aſſiduus, vt petentibus darem: deuotè poſtulantibus aperirem, ſedulius inſudaui themata ad faciendas prędicationes inde recipiens & in collationes ſermoneſque tam ad clerum quam ad populum exponens moraliter iuxta talentum ingenij modici a domino mihi datum.

In his itaque proceditur iſto modo: Namque in ſingulis in adeptatione mthematis moraliter quædam præmittuntur quibus ad thema iuxta placitum applicatis: ſemper trimembris ſequitur diuiſio, & in eadem tria membra principalia & aliquando breuior aliquando prolixior (petente materia) proſecutio eorundem: quorum vt ſit facilior inuentio quæſitorum principium cuiuſlibet incipit. Quantum ad primum, Quantum ad ſecundum, vel Quantum ad tertium: ſecundum ꝙ ſunt in diuiſionibus per prius & per poſterius ordinata: præmiſſo paragrapho maiuſculo ſingulis. Sunt autem quædam collationes de tempore non pro ſingulis dominicis ſingulares ſed generales pro aliquibus temporibus in quibus opportunius prædicare contigerit: ſunt & collationes de ſanctis in generali & in ſingulari de multis cum alijs ordinatis pluribus ad materias generales quæ patent inferius in tabula deſcribente. Poterit autem veſtrę reuerentiæ circunſpecta dominatio in huiuſmodi collationibus admirari quod quædam ſunt ſicut in principio multū breues: aliæ vltra principium multum longę, & quod in principio in quibuſdam thematibus vnica diuiſio: trina vero in pluribus ab altera reliqua intercluſa: ꝙ de

Modus, quo procedit Auctor in his Sermonibus

qui-

quibuſdam primis & ſecundis feſtis plures:de multis vnica:de pluribus nullę: col-
lationes in hoc opuſculo ſunt inſertę: quod ideo eo eſt quia in principio lecturę
morem tenens legentium non tractatum ordinantium ſemel in hebdomada de oc-
currente feſto dicebam ex Pſal. habito præ manibus & ex Pſal. verbo appropriato
& amplius pauca verba, poſtea vero auditorum multa pertrahēte inſtantia, quia
eodem feſto etiam vno die contigit pluries prædicare:& quæ ſunt vni vno tempo-
re grata, altero & alteri ſepius ſunt ingrata: ideo plures & vnam alia latius diuiſio
nes & proſecutiones contexui prolixius, vt grata poſſint recipi reliquis præter-
miſſis. Non autem de omnibus Pſal. ſumpſi dum legerem: frequenter alijs actibus
ſcholaſticis occupatus: nec de æſtiualibus feſtis omnibus: quia illo tempore non le
gebam ſed ſolum de aliquibus prout aliquando mihi videbantur occurrentia the
mata concordare. Scripſi nihilominus alibi de ſanctis & de tempore non hinc aſ-
ſumptis thematibus ſecundum quod me contigit clero vel populo proponere ver
bum Dei quæ tamen hic non inſerui: quia hoc præſens propoſitum non poſcebat.
Frequenter autem in opuſculo eadem collatio in tabula diuerſis feſtis aſcribitur:
quia idem thema & eadem proſecutio propter vicinitatem & propter colligantiā
materiæ diuerſis ſunt feſtis propria paucis additis vel ſubtractis. De feſtis omiſ-
ſis itaque vita & opportunitate comitibus perfectè intendo ſcribere vt per totum
annum de ſingulis lector valeat aliquid inuenire. Intantum autem veſtræ domina
tioni & paternitati præcelſæ in nouitate veſtræ aſſumptionis tam dignę tam vtilis
& tam gratæ ad cœli cardines, ad tantum collegium, ad tantum cętum planetarum
cęleſtium quos cuncta veneratur eccleſia: quibus ducibus & directoribus guber-
natur quilibet chriſtianus, omnis exercitus merito famulatur: cupiens offerre ali-
quid, non tamen cum paupercula ad mittendum in gazophilacium minuta poſſi-
dens duo ęra: compellor cum Petro dicere: Argentum & aurum non eſt mihi: quod
a3. autem habeo hoc tibi do. In hoc opuſculo laboris mei forſan non inutilis fructū
de floribus: ſonum de cantibus citharędi: deuotus offero tanto patri, vt veſtra pa-
ternitas reuerenda: perfecta diuinarum peritia literarum: quæ ſummum tenet api
cem in canonum notitia, & quam cæterarum vtpote humanarum ſcientiarum pe
netrans intelligentia non euadit quæ a dextris & ſiniſtris lucem habens intuentē,
nouit recta reſpicere: obliqua deſpicere: iuſta retinere, deuia corrigere, praua di-
rigere, & bona reddere meliora: quæ in dictis & ſcriptis per me diſſona viderit a
debita harmonia & non dulcem in mentibus legentium de ſcripturarum reſonan-
tia facere melodiam tendi vel laxari: pulſari acrius vel plectro remitti ſuauius prę
cipiat muſico diſſonanti: parato humiliter ſuſcipere diſciplinam & veſtrę domi-
nationis ſingularis iuſſibus obedire. Valeat incolumis tanta paternitas per tempo
ra longiora ſuæ ſanctæ eccleſiæ ad vtilitatem fidelium ab altiſſimo conſummata.

IN-

Digitized by Google

INDEX SERMONVM.

Numerus eſt paginarum.

A

In Feſto

ADuentus Chriſti contra Iudaos. pagina 340.
Ambroſij Doct. 264.
Andreę Apoſtoli. 1. 49.
Angelorum. 398.
Annunciationis. 3.10.30.32.46.
51.59.87.119.131.164.167.
185.202.358.
Antonij Abbatis. 4.135.
Aſcenſionis. 4.112.
Aſſumptionis. 38.40.104.

B

Benedicti Abbatis. 334.

C

CAthedra S. Petri. 25.277.
Circumciſionis. 305.
Conceptionis. 8.56.78.282.
Conuerſionis S. Pauli. 53.96.138.
310.108.
Corporis Chriſti. 273.290.

E

Epiphania. 262.

G

Gregorij Papę. 34.161.

I

IOannis Baptiſtæ 329.
In quacunque viſitatione. 189.
In proceſſionib. Gener. 20.23.64.
In Sabbatis de B. V. 15.20.27.82.

L

LAurentij Martyris. 298.
Luca. 365.
Lucia. 9.

M

MAriæ Magdalenæ. 152.
Martini. 43.
Mortuorũ. 126.237.315.143.172

N

NAtalis D 3.30.32.46.51.59
87.164.167.185.202.358
Nicolai Epiſc. & Conf. 123.
Natiuitatis B. M. V. 242.282.

P

PAſchæ, & paſchalis tpis 36.84 (178.220.
Pentecoſtes. 387. & Ser. 97.
Petri Apoſtoli. 25.268.277.
Petri ad Vincula. 325.
de Pœnitentia per totam Quad. 21
23.36.76.114.226.231.387.
Purific. 19.67.71.160.285.358.
& Serm. 95.
Pro quolibet Apoſtolo. 352.
Pro quolibet ſancto, vel ſancta. 9.
208.214.264.374.
Pro quacunq; Congregatione, 256.
Pro quolibet mortuo. 9.
Pro quolibet martyre. 16.

R

in Ramis Palmarum. 194.197.

S

SAbbati ſancti. 178.
Sim. & Iudæ. 352. & Ser. 92.
Synodi 146.256.

T

THomæ Apoſtoli. 12.62.380.
Thomę Aquinatis. 156.248

V

Vincentij martyris. 16. 92.

I N-

INDEX SACRAE SCRIPTVRAE

Pſalmorum.

1 ERit tanquam lignum pagina 1.
2 Filius meus es tu. 3.
2 Cum exarſerit in breui ira eius. 4.
3 Exſurrexi quia dominus ſuſcepit me. 8.
4 In pace in idipſum dormiam. 9.
5 Introibo in domum tuam. 10.
5 Adſtabo tibi pag. 12.
7 Propter hanc in altum regredere. 15.
8 Gloria, & honore coronaſti. 16.
9 Exultabo in ſalutari tuo. 19.
9 Deſiderium pauperum exau. 20.
10 Tranſmigra in mõtem ſicut paſſer. 21.
11 Propter miſeriam inopum. 23.
15 Dixi domino Deus meus tu. 25.
15 A dextris eſt mihi. 27.
16 De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. 30.
18 In ſole poſuit tabernaculum ſuum. 32.
18 Sapientiam præſtans paruu. 34.
19 Surreximus, et erecti ſumus. 36
20 Poſuiſti in capite eius coron. 38
21 Dominus autẽ aſſumpſit me. 40
27 Extollo manus meas ad templum S. t. 43.
29 Præſtitiſti decori meo virt. 46.
30 Saluaſti de neceſſitatibus animam meam. 49.
30 Factus ſumo tanquam vas. 51.
31 Conuerſus ſum in ęrumna mea d. c. ſ. 53.
31 Tu remiſiſti impietatẽ p.m. 56.
32 De cœlo reſpexit Dominus. 59.
32 Saluabitur in multitud. virtutis. 62.
33 Clamauerunt iuſti, & Dominus e. e. 64.
34 Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam. 67.
35 Apud te eſt fons vitæ. 71.
37 Afflictus ſum, & hum ſ. n. 76.
45 Sanctificauit tabernaculum ſuũ Altiſſimus. 78.
46 Elegit nobis hæreditatẽ ſuã. 82
48 Viuet adhuc in finem. 84.
49 Manifeſte veniet. 87.
50 Vt iuſtificeris in ſ. tu. 92.
50 Impii ad te conuertentur. 96.
53 Suſceptor eſt animę meæ. 100.
54 Extendit manum ſuam in retribuendo. 104.
65 Ecce cognoui, quoniam Deus meus es. 108.
56 Super omnem terram gloria tua. 112.
69 Fugiant a facie arcus. 114.
60 Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſęcula. 119.
68 Operui in ieiunio animã m. 123
68 Intende animæ meę, & libera eam. 126.
69 Ego vero egenus, & p. 131.
76 Tanquã prodigium factus ſum multis. 135.
70 Conuerſus viuificaſti me. 138.
72 Ad nihilum redactus ſum,

&

& nimis. 143.
73 Memor eſto congregat. tuæ. 136
73 Tu confirmaſti in virtute tua mare. 152.
76 Vox tonitrui tui in rota. 156.
77 Perduxit eos tanquam gregem in deſerto. 161.
86 Homo natus eſt in ea. 164.
87 Factus ſum ſicut homo ſine adiut. i. m. l. 167. 172. 178.
88 Ponam in mari manum. 185.
88 Viſitabo in virga iniquitates eorum. 189.
89 Mane floreat, et trãſ. 194. 197
89 Splendor domini Dei noſtri ſuper nos. 202.
90 Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. 208.
91 Iuſtus vt palma florebit. 214.
92 Dominus regnauit, decorem indutus eſt. 220.
93 Loquentur omnes, qui operantur iniuſtitiam. 226.
94 Præoccupemus faciem eius in confeſſione. 231.
94 Introibunt in requiem me. 237
96 Lux orta eſt iuſto. 242.
98 In columna nubis loquebatur ad eos. 248.
100 Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrab. 256.
110 Hic mihi miniſtrabit. 264.
104 Conſtituit eum dominũ domus ſuæ. 268.
105 Miſit ſaturitatem in animas eorum. 273.
106 Exaltent eum in Eccleſia plebis. 277.
108 Tu domine feciſti eam. 282.
109 Dominus à dextris tuis. 285.
110 Memoriam fecit mirabilium. 290.
111 Diſperſit dedit pauperib. 298.
112 Laudate nomen domini. 305.
113 Conuertit petram in ſtagna aquarum. 310.
114 Circumdederunt me dolores mortis. 315.
115 Dirupiſti vincula mea. 325.
117 Vox exultationis, et ſalu. 329
117 Benedictus qui venit in nomine domini. 334. 340.
118 Teſtimonia tua exquiſiui. 352
118 In verbum tuum ſuperſperaui. 358.
118 Lucerna pedibus meis verbũ tuum. 365.
132 Ecce quàm bonum, & quam iucundum. 374.
138 Probaſti me, & cogn. me. 380.
142 Spiritus tuus bonus deducet me. 387.
90 Angelis ſuis Deus mandauit de te. 398.

FINIS.

INDEX ALIQVARVM

Rerum magis notabilium.

A

ABbeſton lapis virtus. 73.
Adam fuit Abbas. 91.
Ad tactum cognoſcitur pondus. 14.
Andreæ nomen tripliciter interpretatur. 2.
S. Andreas quare electus, & vocatus fuerit. 1.
Anima comparatur vaſi, cuius operculum eſt pœnitentia. 123.
comparatur virgæ. 281
comparatur petræ. 313.
Apes concipiunt, & pariunt ſine libidine. 171.
Aqua cum homine ſimilitudo. 338
Arboris, quæ tranſplatatur, & quæ non, differentia. 1.
Arbor, quæ poſſit dici benedicta. 31
profundiùs radices figens, altiùs eleuatur. 39.
Arma ſpiritualia, quæ magis terreant diabolum. 95.

C

Carbunculus inter gemmas præcioſior. 386.
Cerui natura. 24.
Chriſtus comparatur auro. 131.
Falconi. 88.
imbri. 89.
candelæ. 103.
gallinæ. 147.
imagini. 186.
topazio. 187.
medico. 109.
alphabeto. 119.
oſtio. 133.
fructui. 15.
Fluuio. 52. 113.
gemmæ. 74.
leoni. 85.
Serpenti. 85. 60.
muſtelæ. 153.
Flori. 167.
vermi. 166.
aui. 86. 60.
carbunculo. 386.
lumini. 386.
palmæ. 195.
mercatori. 284.
ligno vitæ. 293.
theſauro. 30.
naui. 60.
Chriſtus quomodo venerit in mundum. 11.
fuit nobis medicina. 20.
Clerici quare tonſuram deferant. 27.
Confeſſionis clamor efficaciter eccitat a peccato. 36.
Culpa ſimilatur muſcæ. 123.

D

Demonſtratio ad ſenſum eſt potior. 25.
Deus eſt mare infinitæ bonitatis. 338.
Diabolus aſſimilatur baſiliſco. 61.
Diuitiæ comparantur paleis. 124. 299.
aquis. 301.

Docto-

Doctores Eccleſiæ comparantur fontibus. 96.

E

Eccleſia militans comparatur ciuitati. 269.
  vocatur locus paſcuæ. 275

Electio ad dignitatem valet per conſenſum electi, aliàs non. 20.

Elephantis natura. 50.

Ethites lapis fæcundandi virtutem habet. 39.

F

Falco gentilis. 87.

Falconis natura. 113.

Filiorum clamor [illegible] omnes clamores animalium magis mouet. 64.

Fratres, qui poſſint dici. 11.

G

Galli natura.

H

Habitus inclinat per modum naturę. 66.

Hippocritæ aſſimilātur sābuco. 219

Homo comparatur vaſi terræ. 175
  hericio. 213.
  naui. 328.
  Salmoni piſci, vulgo tencone. 376.
  cucurbitæ. 217.
  piſci. 240.

Homines immundi comparantur iunipero. 7.

I

Ieſus dicitur fons viuus. 72.

Ignis S. Antonij qui ſit. 5.

Incarnatio Chriſti comparatur naui. 168.
  quid contulerit. 12.

Innocentia primi parentis comparatur claui. 280.

Iucunditas vera, quæ ſit. 377.

Iuſti comparantur pomis Aurantijs. 219.

Iuſtificare verba ſua quid ſit. 94.

L

Lacrima pungit, quem oratio vngit 23.

Leo ſolus, præ cęteris animalibus in periculis fit generoſior. 17.

Leonis tres proprietates. 102.

Lupus crudelior inter animalia. 98.

Lux habet tria facere. 244.

M

Magnes vbi inueniatur. 50.
  quare attrahat ferrum. 42.

Maria virgo comparatur ſoli. 121.
  tabernaculo. 78.
  terrę. 131.
  ciuitati. 164.
  thalamo. 122.
  amygdalo. 195.
  luci 244.
  lunæ. 284.
  apulegio regali. 363.
  cælo. 60.
  terræ. 72.
  Petræ. 73.

Mariæ interpretatur mare. 15.

Murus, & antemurale quid ſint. 43.

N

Natura humana mare dicitur. 187.

Nemo repente fit ſummus. 16.

O

Oliua miſericordiæ ſignum eſt. 196.

P

Paſſeris triplex proprietas. 22.

Pa-

SERMONES DE TEMPORE, ET DE SANCTIS PER TOTVM FERE annum declamabiles

Armandi de Bello viſu Ordinis Prædicatorum.

De Sancto Andrea Sermo primus.

ERIT tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus de- *Pſalm. 1.*
curſus aquarum. In Pſalmus 1. Differentia eſt inter *Differentia*
arborem quę naturaliter oritur, & non tranſplanta- *inter arbo-*
tur, & illam quę tranſplantatur: quia quę non plan- *rë, quæ trã-*
tatur, & eſt nata in terra ſterili non fructificat ibi: ſed *ſplantatur,*
quę tranſplantatur de terra ſterili ad fertilẽ illa plu *& quę non.*
rimum fructum affert: ſic dicunt hortolani experti. Et huius ſignum eſt quod arbores ſteriles in deſertis redduntur fructuoſę tranſplantate in ortis. Status mundanę vanitatis in quo homo naſcitur eſt terra ſterilis, & ſine aqua. In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa. In hac terra homo non facit fructum meritorium: ideo ad hoc vt homo fructificet neceſſe eſt ipſum tranplantari in terram *Pſal. 62.*
ſtatus gratię quę eſt fertilis, terra noſtra dabit fructum ſuum. In Pſalmo 84. Sed *Pſal. 84.*
ſummopere cauendum eſt ne cum arbor tranſplantetur inter radices de peiori vel priori terra aliquid remaneat: ſed totaliter excutiatur: alioquin vt prius ſterilis remaneret nec poſſum fertilis terrę attrahere humorem. Sic dimittens mundum, & tranſplantatus in terram religionis: debet excutere omnem affectionem terreni vel parentelę carnalis amoris: aliter non fructificabit (Puluerem pedum veſtrorum excutite) Luc. 9. Figura Geneſi 12. Abraham erat ſine prole. dictumque eſt ei a domi- *Geneſ. 12.*
no (Egredere de terra tua, ideſt de mundo ſterili, & de cognatione tua) quantum ad omnem affectionem (& veni in terram quam monſtrauero tibi fertilem: faciamque te creſcere in gentem magnam.) Ecce fructus ibi habuit prolem: ita homo habet exiens mundum: plantatus in religionis horto. Ad propoſitum beatus Andreas natus *Quare Chri-*
in terra ſterili legis iudaice, & ſtatus mundani non portabat fructus meritoriorum *ſtus elegerit*
operum. Et ideo Chriſtus volens ab eo fructus colligere tranſplantauit eum in hor- *& vocaue-*
tum religionis Chriſtianę, multis gratijs irrigatum, & fructiferum: omni mundana *rit Andreã.*
affectione a radicibus excuſſa voluntatis. Vnde Matth. 10. (Petrus, & Andreas relictis retibus ſequuti ſunt Chriſtum.) Habemus ergo quod Chriſtus beatum Andream natum in Synagoga ſterili ad hortum Chriſtiane Religionis vt fructus plurimos faceret tanquam lignum ibi ſterile hic fertile tranſplantauit: & hoc eſt. Erit tanquam lignum quod plãtatum eſt ſecus decurſus aquarum. Vbi cõmendatur a tribus, ſcilicet

Digitized by Google

a vitæ ſanctitate qua micuit | fidei firmitate qua ferbuit | mortis acerbitate quam ſuſtinuit } in ſua { cõuerſatione Angelica tanq̃ lignũ | pr̨edicatione Euãgelica quod plã. | paſſione beatifica ſecus decur.

B Andreas comẽdatur à tribus.

Et hæc tria conueniunt triplici nominis Beati Andreæ interpretationi: quia

Triplex interpretatio huius Nominis And.

interpretatur decorus | interpretatur rñdens | interpretatur vitalis } quod pertinet ad { ſanctitatem conuerſationis Angelicæ firmitatem prædicationis Euangelicæ acerbitatem paſſionis beatificæ.

Nota.

Quantum ad primum commendatur Beatus Andreas, a vitæ ſanctitate qua micuit in ſua conuerſatione Angelica: & hæc fuit virtuoſior. Erit tanquam lignum. Nota ſapiens artifex ad forte ædificium, & ſolidum fabricandum non elegit virgas fragiles, & flexibiles ſed ligna firma, & fortia quæ poſſint ædificium ſuſtentare: Chriſtus non elegit pro ſuo ædificio ſpirituali Eccleſiæ ſuſtentando, & fundando: virgas, id eſt homines flexibiles ad peccatum, & cuilibet ſuggeſtioni aut tentationi conſentientes: ſed elegit homines fortes virtuoſis impulſionibus, & tentationibus reſiſtentes, Apoſtolos. De quorum numero præcipuum lignum infrangibile fuit Beatus Andreas: de quo dicitur. Lignum imputribile elegit artifex ſapiens: Chriſtus: bene imputribile, quia in eo non fuit nodus rancoris ſeu immundiciæ, tortuoſitas inuidiæ, putredo luxuriæ, nec vermis corrodens conſcientiæ. Vnde erat lignum vitæ in medio Paradiſi.

Nota.

Nota ſi vis: quare ipſe, & alij prælati debent eſſe in medio paradiſi, id eſt Eccleſiæ militantis: ſicut alibi dixi de medio: in ſermone pentecoſtes vbi eſt, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri. Hæc de primo.

Ezech. 36.

Quantum ad ſecundum dico quod commendatur Beatus Andreas, a fidei firmitate qua ferbuit in ſua prædicatione Euangelica: & hæc fuit ſolidior: quod plantatum. Arbor ſita, & plantata intra viridarium citius habet fructum, & florem quam ſita in

Nota.

campeſtribus: quoniam frequentius irrigatur, & magis a ventis, & prædantibus cuſtoditur. In campeſtribus autem fructus non ſequitur aut ante maturitatem faciliter aſportatur: ſic in campeſtribus mundanę vitę aut nullus eſt fructus propter carentiam humoris deuotionis: aut propter tempeſtates importunas: aut incurſus dæmonum: bona propoſita ante maturitatem opus tollentium quæ auferunt fructus bonæ operationis: ſed in orto religionis, propter humorem deuotionis, propter tuitionem a tentationibus: propter cautelam ab infeſtantibus dęmonibus afferunt fructus plurimos in

Pſal. 91.

eo plantati. Talis fuit Beatus Andreas: ideo dicitur. Plantatus in domo Domini, id eſt in orto religionis Eccleſiæ militãtis. In atrijs domus Dei noſtri florebit: hoc eſt in atrijs Eccleſiæ triumphantis. Hæc de ſecundo.

Nota.

Quantum ad tertium dico quod comendatur, a mortis acerbitate quam ſuſtinuit in ſua paſſione beatifica: & hæc fuit pęnalior: ſecus decurſus aquarum. Per quas intelliguntur tribulationes martyrij.

Circa quod nota quod via aquarum ſicut via nauis vel fluminum quamuis ſit multum pænoſa, & laborioſa tamen non eſt alia ita facilis ad perueniendum ad terminũ nec ita magni lucri vel mercedis, & ideo mercatores nauim talem libenter aſcẽdunt, & potiſſime nauem velociter diſcurrentem. Spiritualiter loquendo non eſt via ita

Quæ via ſit breuior ad Paradiſum

breuis ad Paradiſum ſicut per aquas martyrii, quæ eſt valde pænoſa: & ideo pænam non timens beatus Andreas nauim aſcendit velociter diſcurrentem, ſcilicet nauim crucis, per quam ad terminum paradiſi peruenit. Vnde clamabat de cruce. Domine

Pſal. 76.

ſuſcipe me pendentem in patibulo. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis. Ioann. 4. Qui bibit ex aqua hac fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam: ad quam, &c.

SER-

SERMO SECVNDVS.

De Natali Domini, vel de Annunciatione.

FIlius meus es tu.Thema conueniens,& in Annunciatione Dominica,& in natiuitate Domini,tamen quantum ad collationem pręſentem poteſt ſic exponi.Aduocatus non poteſt melius finem bonum reportare de cauſa ſicut bonum ius, bonam rationem , legem non ſolum ſcriptam ſed naturæ allegando. In figuram cuius legimus, quod filiæ ſalphaat obtinuerunt in cauſa cum Moyſe de hæreditate paterna : quia allegauerunt iuſtam rationem, & legem naturalem . Vnde dictum eſt a Domino iuſtam rem poſtulant filiæ ſalphaat, da eis hæreditatem.Num.37. Virgo Beata eſt in cæleſti curia,vt ſit peccatorum aduocata. Vnde cantamus ei.Eya ergo aduocata noſtra : vt ergo nobis obtineat hæreditatem æternam,a filio non poteſt aliquid melius allegare quam legem non ſcriptam ſolum: ſed etiam naturæ. Pæte mater mi neque fas eſt vt auertam faciem meam.Certe hęc ſunt verba veri Salomonis,id eſt Chriſti ad matrem : vt ergo ipſe imploranti virgini hæreditatem illam peccatoribus negare non poſſit Pſalmiſta eius allegationem, & legem naturalem quam ipſa proponit hic interſerit dicens.Filius meus es tu.Vbi de dilectione,& lege naturali matris ad filium notantur tria . Nam oſtenditur quod dilectio matris ad filium ex lege naturæ.

Pſal.2.

3.Reg.2.

Tria ſunt notanda circa dilectionē B. Virg. ad Xp̄m.

1	eſt	connaturali	namque ibi eſt	ſine paternitate maternitas	fili-
2		permanentior		cum tēporalitate eternitas	es
3		ſingularior		cū hūani.Diuina p̄ſonalitas	tu.

Quantum ad primum dico, quod lex naturalis ſiue dilectio matris ad filium eſt cōnaturalior.Nam quia ibi eſt ſine paternitate maternitas,ideo dicitur filius meus, non filius noſter. Miles naturalius,& intimius diligit caſtrum quando habet vnum, quam quando habet plura. Amor enim diuiditur in plura,in vnum adunatur:& ſimiliter intimius, & naturalius diligit caſtrum in quo nullum habet parem quam vbi habet alium condominium.Sic beata virgo Chriſtum diligit naturalius omni alia creatura : quia alterius creaturæ Chriſtus eſt Dominus non filius:Beatæ Mariæ Virginis,& Dominus,& filius.Ad hoc tamen poteſt eſſe duplex ratio:quia aliæ mulieres habent aliquando non vnicum filium , ſed plures filios in quos amor diuiditur matris. Sed beata virgo non habuit niſi vnicum in quo totus ſuus amor vnitur.2 Reg.1.Sicut mater vnicum amat filium ita te diligebam. Secundo : quia aliæ mulieres,& ſi aliquando habeant vnicum filium tamen numquā ſolæ: quia ſemper habēt comparem ſcilicet patrem.Vnde nunquam fuit ſola maternitas ſine paternitate:,niſi in Virgine benedicta : vnde nulla ſic proprie poteſt dicere filius meus ſed filius noſter. In figuram huius Deut.21. Præceptum fuit vt cum filius adduceretur contumax ad ſeniores non diceretur filius meus:ſed filius noſter:vnde ibi ſic dicitur,dicent ad eos filius noſter iſte. Sed beata virgo ſola dicere poteſt filius meus:ideo amor connaturalior : quia ibi ſine paternitate ſola maternitas.Mat.17.Hic eſt filius meus dilectus : in quo mihi bene complacui. Hæc de primo.

Nota.

Sola B. Virgo poteſt dicere de Chriſto Filius meus.

Quantum ad ſecundum dico , quod lex naturalis ſiue dilectio virginalis ad filium eſt permanentior.Nam ibi eſt cum temporalitate æternitas: ideo dicitur es:hoc verbo ſubſtantiuo, & permanentiam ſignificante ſacra ſcriptura proprie vtitur Ioan.1. In principio erat verbum,&c.Et infra.Verbum caro factum eſt. Hoc autem ratione ſubſiſtentiæ,& permanētiæ. Et nota ligare vel appodiare ſe ligno frāgili flexibili inſtabili fatuum eſt:quia ſecundum Grego. Qui labenti innititur neceſſe eſt vt cum labente

labatur: ſed res fragilis,& flexibilis rei permanenti appodiata vel ligata ſecuritatem
habet.Spiritualiter nulla res temporalis habet firmitatem,durationem:aut ſtabilita-
Pſal.36. tem:ſed omnia tranſeunt in momento. Tranſiui,& ecce non erat. Vnde de illis non po-
teſt dici proprie, quod ſint:& ideo nullus debet ſe ligare per amorem vel appodiare,
id eſt confidere in temporalibus: quia qui eis innititur cum eis labitur:ſicut figuratur
in Sanſone qui innitebatur fragilibus columnis. Iudic.15.Sed filius Dei quantumcũ-
que humanitatem temporalem aſſumpſerit:tamen ipſe Deus permanens ſemper, &
exiſtens ipſe permanſit, & ideo qui Deo ligat ſe per amorem non oportet timere de
Malach.3. caſu:quia ego Deus,& non mutor. Et hęc eſt cauſa quare Phũs.8. Ethic. dicit,quod a-
mor delectabilis,& vtilis non perſeuerat:ſed amor virtutis; Chriſto ergo proprie cõ-
uenit vt ſit quantumcunque humanitatem fragilem aſſumpſit: & ideo amor virginis
ad filium eſt permanentior,quia ibi cum temporalitate virginis: æternitas diuinita-
Pſal.101. tis. Tu autem idem ipſe es,& anni tui non deficient. Hæc de ſecundo.

Quantum ad tertium dico, quod amor virginis ad filium eſt ſingularior ibi nam-
que eſt cum humanitate Diuina perſonalitas. Tunc ſingularius dicitur a matre dili-
gi filius: quia non ſolum hæreditatem ſuſceptam bene diſponit, ſed etiam, eſt tantæ
virtutis,quod perditam reſtituit:ſic fecit Chriſtus:quia non ſolum hæreditatem ter-
renam bene diſpoſuit: quod fecit ex parte humanitatis:ſed etiam hæreditatem cæle-
ſtem reſtituit:quod fecit ex parte Diuinitatis quæ in ſuppoſito filij cum humanitate
Pſal.15. Aſſumpta eſt. Operatus eſt ſalutem noſtram in medio terrę. ideo dicitur ſingulariter.
Pſal.73. Tu es qui reſtitues hęreditatem meam mihi. Ad quam hæreditatem,&c.

S E R M O T E R T I V S.

De Beato Antonio Abbate, & Confeſſore.

Pſal.2. CVm exarcerit in breui ira eius:Beati omnes qui confidunt in eo. Tanta
Nota maxi- eſt ergo Diuina pietas,& benignitas eius: vt omnibus nocumentis, &
mã prouidẽ- contrarijs de ſalubribus remedijs voluerit prouidere:quod patet mul-
tiã diuinã tipliciter. Primo in operibus naturæ. Quia enim aqua ſulphurea ni-
in creatione mis calida in fontibus vel nimis virtuoſa lęderet:prouidit ſtatim De[us]
Vniuerſi. quod ſemper iuxta fontem ſic feruidum de propinquo fons frigidus
inueniretur. Iterum quia in pratis montuoſis eſt helleborum,quod eſt herba veneno-
ſa,& mortifera comedentibus,ideo Deus prouidit de medicina: quia ſemper gentia-
na virtuoſa contra illud venenum de proximo inuenitur, & reperitur. Iterum quia
aquæ quorumdam fontium in collo carnoſam deformitatem generant circa guttur:
ideo Deus prouidit:quia ſemper in proximo eſt fons alius vt dicunt naturales,& me-
dici cuius aqua potata habet infirmitatem huius curare, & ſanare. Secundo idem o-
ſtendendo ex verbis ſcripturæ. Nam legitur Num.11. Quod cum filij Iſrael peccaſ-
Pſal.105. ſent contra Deum accenſus ignis deuorabat populum. Hoc recitans dixit quod Arſit
ignis in Synagoga eorum flamma combuſſit peccatores. Sed Deus ſtatim prouidit de
remedio quia dedit eis Moyſem pro interceſſore: & ſtatim eo orante ceſſauit. Nam
dicitur ibi quod cum clamaſſet populus ad Moyſem orauit Moyſes ad Dominum, &
abſorptus eſt ignis. Ad propoſitum per aquam ſulphuream, & feruidam, & ferren-
tem

Digitized by Google

tem per helleborum venenoſum per aquam ſcrophulam in gutture generantem:
peccatum originale vel actuale intelligo: ſed per medicinas contrarias ſacramen-
tum pęnitentię quo ad actuale: vel baptiſmum quo ad originale: quę ſunt medicinę
contra prędictas infirmitates ordinatę. Infirmitas autem gutturis, id eſt peccatum
originale propter peccatum gulę contractum: curatur per fontem ſacri baptiſmatis:
aqua calida fœtentis luxuriæ remediatur aqua lachrimarum, & doloris, & generatur
ex fonte contritionis venenum hellebori cuiuſcumquæ peccati mortalis curatur per
amaritudinem gentianæ, id eſt aſperitatem pænitentiæ doloroſa, ſcilicet contri-
tione, confeſſione, ſatisfactione. Sed inuenitur alia terribilis, & grauis mortaliſque
infirmitas, ſcilicet ignis Beati Antonij quo homines ardent, & conſumuntur: quæ
infirmitas quandoque prouenit a natura vt quæcunque alia. Quandoque prouenit
ex Diuina ſententia, & iuſtitia homines aſpere puniente. Nunquid ergo Domine
Deus prouidebis hominibus in hac infirmitate de remedio: peribunt homines igne i-
ſto, & tu non miſereberis: vtique non ſicut igne accenſo in populo Deus dedit Moy-
ſem procuratorē, & extinctorē illius, ignis filijs Iſrael combuſtis, & eius meritis, & o-
rationibus extinctus fuit ita, & Deus cum fuerit iratus miſericordiæ recordabitur,
& ideo contra ignem ſic comburentem prouidit nobis de medico curatore, & extin-
ctore, ſcilicet Beato Antonio: & ideo ignis ille vocatur ignis beati Antonij, non quia
ipſum inferat ſed quia Deus præcibus Antonij ipſum extinguit, ideo ſi Diuina ira:
Diuina ſententia contra aliquam ſeuierit ſi illo igne vel infirmitate alia percuſſus
fuerit confidat in beato Antonio ad ipſum recurrat, quia ipſe in ſe confidentes libe-
rat: hoc eſt cum exarſerit in breui. Vbi inde tria notantur.

Ignis B. Antonij, q. eſt Infirmitas quadã, quomodo curãdus.

Quare dicatur Ignis B. Antonij.

Comminatum iudicium { in breui ira eius.
Illatum ſupplicium { cum exarſerit
Oblatum præſidium. { beati omnes qui confidit in eo, ſcilicet B. Antonio.

Eſt autem ſecundum iſta; noſtri

Comminatio iudicij } cum magna { celeritate: in breui ira eius
Illatio ſupplicij } cum magna { pænalitate: cum exarſerit
Oblatio præſidij } cum magna { ſecuritate: beati oēs qui cōfidit in eo.

Ergo aduertamus diligenter de

Comminato iudicio feſtinantius afflicturo { In breui ira eius
Illato ſupplicio acerbius afflicturo { Cum exarſerit
Oblato præſidio fęlicius profuturo. { beati omnes qui confidunt in eo.

Quantum ad primum aduerte peccator, & Domini time ſententiam, futurum Dei
iudicium non credas te poſſe euadere: non diu lætabere quia in breui ira eius. Non
iuuentus, non fortitudo, non pulchritudo, non diuitiæ, non amici, non parentes, &c.
Poterunt liberare te: nec differetur: quia in breui ira eius: Mihi videtur ſic eſſe de
hominibus ſicut de nauigantibus: contingit ſæpe hominibus nauigantibus quia eis
per fluuium rapidum deſcendentibus, & proſperum ventum habentibus quod obdor
miunt in naui: & quia nauis multum inaduertenter deſcendit ſubito ad portum, & ad
terram venientes, & ferientes ab ictu nauis excitantur: & tunc percipiunt ſubito ſe
curſum perfeciſſe, & ad portum applicaſſe: ita eſt de nauigantibus in hoc mundo: vi-
ta noſtra eſt aquæ decurſus: aqua rapide defluens a mare, ideſt ad mortem. 2. Reg. 14.
Omnes morimur: & quaſi aquę dilabimur ſuper terram quę non reuertuntur. Per
iſtam aquã currendo ad mortē feſtinamus, & habent aliqui ventũ ita proſperum mũ-
danorũ proſperitatē diuitiarum, deliciarũ, honorũ, parentũ, negociorũ, meſſes, vinde-
mias, mercationes. Veniunt itaq; proſpere cuncta cum obdormiunt: nõ ſentiunt motũ:
curſum ad mortē non perpendũt cũ tñ cõtinue nocte, & die currãt, & ad mortē deſcē-
dant: immo quod plus eſt quanto habent ventum proſperiorem tanto magis feſtinãt:

Nota mortalitatem.

quia diuitię,& delicię citius mortem inducunt,& ſubito dum non credunt per vnam
infirmitatem immo per ſenectutem ad mortis portum venientes, ad terram ſepulchri
impingentes, talem ictum recipiunt quod tunc excitantur tunc primo cognoſcunt ſe
applicaſſe in portum,eſſe in morte, ad terram cimiterij,& ſepulchri veniſſe, & totum
quod tranſijt nihil, & breue eis videtur fuiſſe,& vere breue fuit. Ad hoc loquebatur
Iob 10. Iob 10. Paucitas dierum meorum finietur breui: vadam ad terram tenebroſam, &
opertam moris caligine: terram miſerię, & tenebrarum vbi vmbra mortis, &c. Nota
quod dicit terram mortis: ſic eſt de via mortis ſicut eſt de via ad aquas mortuas in
Via ad aquas mortuas. prouincia. Qui enim vult ad aquas mortuas ire: ponit ſe in lacu in tunica ſtricta,&
intrat iuriſditionem viguerij aquarum mortuarum:& breuiter aquas mortuas attin-
git. Ita ſpiritualiter homo intrans mundum ponit pedem in ſtricta tunica, in ſtricta
Nota mortalitatem. vita, in ſtricta miſeria, & pęnam infantuli inde intrat, ideſt recedit verſus mortem:
poſtea poſt modicum intrat ſtagnum iuuentutis, latitudinis fluctuantem ſeculi: vbi
diuerſis vndis,& fluctibus, diuerſis vanitatibus agitatur: & cito redit in tunicam ſtri-
ctam ſenectutis in qua ſtringuntur omnes ſenſus: viſus qui caligat auditus qui ſurde-
ſcit, &c. Et breuiter attingit homo aquas mortuas locum mortis: hoc totum fit vna
Pſal. 89. die: & certe minus eſt vita noſtra, quam vna dies: immo ſecundum Pſal. Mille anni
tanquam dies heſterna que preterijt: tunc homo eſt in iuriſdictione viguerij mortis,
ideſt Domini dei: que ipſe Dominus eſt cuſtos partus, & mortis. Domini dei exitus
Pſal. 67. mortis. in Pſal. ideo dicit Iob. Paucitas dierum meorum finietur breui: vadam ad
Iob 10. terram opertam mortis caligine. Sapienza 5. Conſummatus in breui expleat tem-
pora multa. ergo quia vita breuis: portus mortis proximus, & peccatori Deus com-
minatur iratus faciamus iuxta illud Eccle. 5. De propiciatu peccatorum: noli eſſe
ſine metu: neque adijcias peccatum ſuper peccatum: ne dixeris. Miſeratio Domini
magna: multitudinis peccatorum meorum miſerebitur: miſericordia enim,& ira ab
illo cito proximat,& in peccatores reſpicit ira illius. Non tardes conuerti ad Domi-
num:& ne differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius,& in tempore vindictę
diſperdet te. Beatus Antonius ita fecit, ipſe enim ſciens iram dei ſuper peccatorem:
& breuitatem vitę non tardauit conuerti. Sed iuuenis veginti annorum exiſtens au-
diens illud legi. Si vis perfectus eſſe, vende omnia: & da pauperibus. Ita fecit: &
Quid ſit tẽdere in altũ mare. ſtatim mare penitentię intrauit. Non vtique nauigans prope ripam: prope terram:
ſed altum mare pænitentię aſcendens eremum, ſcilicet deſertum. Et nota
quod volens ire hinc vſque hieruſalem ad terram promiſſionis, tarde veniret: ſi ſem-
Nota mortalitatẽ contra amantes diuitias. per ripa ad ripam, prope terram nauigaret. Sed volens cito venire,& applicare hie-
ruſalem: terram dimittit,& altum mare petit:& ſic cito via breuiata hieruſalem per-
uenit. Ita volens cito venire ad cęleſtem hieruſalem ad terram promiſſionis non de-
bet nauigare: negocia: agere, viuere circa terrena: diuitias, temporalia, & munda-
na: quia licet homo poſſit aliquando attingere: tamen eſt difficile, & multum retar-
dant: immo multominus circa terrena lucra, indebite remigantibus: ſicut vſurarijs
raptoribus, falſis mercatoribus, eſt poſſibile: quia Deus contra tales remiges iraſcitur,
& eos interfecit,& proſternit. Exemplum,& figura. Exodi. 15. De egyptijs volen-
tibus filios Iſrael ſpoliare quę non peruenerunt hieruſalem: ſed ſubmerſi ſunt in ira
Dei. Vnde ibi dicitur. Miſiſti iram tuam que deuorauit eos ſicut ſtipulam. Abbac. 3.
Nunquid in fluminibus iratus es Domine: vel in mari indignatio tua: Vtique eo vo-
lens venire: debet altum mare petere, altam pęnitentiam, & aſperam: quia illa eſt
breuis via ad Deum veniendi: & Diuinam iram fugiendi: & terram promiſſionis
habendi. Pſal. Vt auertat iram eius: ne diſperdat eos: & pro nihilo habuerunt ter-
ram deſiderabilem. Ita fecit Beatus Antonius altiſſimam eremum intrando primus
poſt Chriſtum Eremita: temporalia fugiendo, diuitias contemnendo. Narra de

diſco

Digitized by Google

diſco argenteo:& maſſa auri in eremo [illegible] quo modo fugiendo reliquit. Hęc e-
nim via recte ad Deum dirigit: & Dei iram a peccatoribus [illegible] pęnitentiam
mitigat,& auertit;& peccata dimittit. In Pſalmo. Remiſiſti impietatem plebi tuę: *Pſal. 84.*
operuiſti omnia peccata eorum. Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indi-
gnationis tuę. Hęc de primo.

Quātum ad ſecūdū nota quod ſecunduũ naturales Iuniperus eſt arbor calidę natu- *Exemplū Naturale.*
ræ: & ſi ſemel ardeat, & inflammetur: in cineribus longis temporibus ignem ſeruat.
Et etiam vt fertur ab aliquibus vltra annum. Vnde merito ignis poſtea inflamma- *Nota.*
tur. Et ideo dicitur iuniperus: quaſi gignens pir, ideſt ignem. Per iuniperum in-
telligo peccatorem,& potiſſime concupiſcentia ardentem ſiue concupiſcentia auari-
tiæ: ſiue immunditiæ. Auaritiæ quidem: quia arbor illa ſpinoſa eſt. Spinę autem
a Chriſto diuitię vocantur. Lucæ 8. Ratio eſt ſecundum Gregorium quia ſpina ſe
contrectantem vulnerat, lacerat,& cruentat. Ita diuitiæ ſuos amatores: vulnerant,
& cruentant: dum acquiruntur cum labore, cuſtodiuntur cum timore, dimittuntur
cum dolore. verſus. Diues diuitias: non congregat abſque labore. Non tenet abſq;
metu: non deſerit abſque dolore. Nota quod circa arbores ſpinoſas paſcuntur oues: *Nota moralitatem contra Auaros.*
quandocunque autem prope arborem tranſit ouis: ſemper dimittit aliquid de lana.
Siue enim ouis attonſa fuerit: ſiue cum vellere ſemper ſpinę retinent aliquid de la-
na ouis, & vellere. Sic ſpiritualiter oues ſimplices, ideſt pauperes: habent naſci, ha-
bent negotiari, operari, mercari, victum quęrere: iuxta iuniperum, ideſt diuitem, a-
uarum, ſed vere nihil cum eo facient: quin dimittant ibi de lana aliquid de ſuo:
ſemper pauperes perdunt: ſemper diuites iſtas oues deprimunt, etiam attonſas, ideſt
depauperatas: vel mercedē retinendo vel malam pecuniam dādo: vel tarde ſoluēdo.
Vſuras in eo,& rapinas committendo, decipiendo Dic de paupere: qui ſoluendo di-
uiti res emptas non habebat obolum qui reſtabat: & tandem oportuit ſoluere de-
narium pro obolo: quia non habebat cambium. Dilata etiam de illis qui monetam
tondent,&c. Ergo iſte diues ſpinoſus eſt iuniperus: ſed vide: de iunipero non eſt aliud
niſi magnus ignis: præſcinduntur enim,& ponuntur in ignem: ita diuites huiuſmodi
præſcinduntur morte,& ſicut ſpinę proijciuntur in ignem inferni. Exarcerunt ſicut *Pal. 117.*
ignis in ſpinis. Homines etiam immundi iunipero comparantur, quia fluit humor *Homines immundi cōparantur Iunipero.*
ab arbore faciliter inflammabilis, ſicut glaſſum, ſeu vernitium, ita ab immundis hu-
mor immunditię quo ardent in hoc mundo per culpam,& in alio per gehennam, ſicut
illi ſenes de quibus Daniel. 3. quod exarcerunt in concupiſcentiam Suſanne. Eccl. 14.
Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis ar-
deſcit, peccatores ergo tam iſti quam alij ſunt iuniperus, quia ſicut ex cineribus re-
manentibus ex igne ignis conſeruatur, qui poſtea poſt longa tempora inflammatur,
ita ex igne concupiſcentię in culpa remanentente ſeruat ignis gehennæ, qui in morte
poſtea inflammatur,& in peccatores exardeſcit. In Pſal. Concaluit cor meum intra *Pſal. 38.*
me,& in meditatione mea exardeſcit ignis. Ab iſta concupiſcentia cauit ſibi, & ab
iſto igne Beatus Antonius. Vnde non fuit iuniperus, nec in auaritia, nec in immun-
ditia. Dic quomodo diabolo tentante de immunditia, qui apparuit in forma domi-
cellæ, ſe proiecit in ignem vt igne lignorum fugaret ignem concupiſcentiæ. Ad hoc
videtur fuiſſe locutus. Pſal. Cum dixit ignis in conſpectu eius exardeſcit, & in circui- *Pſal. 49.*
tu eius tempeſtas valida, ſcilicet temptationes, ſed ipſe aduocauit celum deſurſum,
quia ſemper orationibus ad Deum recurrebat. Hęc de ſecundo.

Quantum ad tertium. Nota quod oblationem habent quandam ſuorum ſanctorum
qui habent apud regem talem aduocatum cui propter ſuam probitatem, & valorem
ſuas petitiones expediendas promiſit. Beatus Antonius fecit plures probitates fre-
quentiſſime diabolum vincendo, & fugando: propter quod Deus, & promiſit quod

Digitized by Google

eum in toto mundo facere nominari. Nota conflictus, & victoriam contra demones in ſua legenda: facit autem Deus eum nominari, quia eius petitiones expedit, & exaudit, & hoc in vita ſua incepit. Vnde legitur quod eſtate feruediſſima aquis deficientibus ſua oratione fontem aquæ frigidæ aperuit: quo ſitim, & æſtum aliorum monachorum extinxit figuram dans in hoc, quod Deus orationem æſtuantibus igne Beati Antonij exaudiret, & ad eius preces ſanaret. Idcirco beati ſunt qui confidunt in eo. *Pſal. 129.* Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Eternam nobis Beatitudinem tribuat qui ſine fine viuit, & regnat. Amen.

SERMO QVARTVS.

De Feſto Conceptionis, ſeu Sanctificationis Beatæ Mariæ.

Ex Pſalmo 3.

EXuſerrexi quia Dominus ſuſcepit me. Domus quam debet rex habitare non ſolum debet purgari: ſed ruina, & caſura Domus reparari. Figuratur 2. Paralip. 24. Vbi dicitur, quod templum, quod Deus erat habitaturus, Ioas rex purgauit, quod violauerat athalia, & ruinoſa reparauit. Vnde dicitur ibi operabantur induſtrie, & obducebatur perietum cicatrix, & ſuſcitauerunt domum Domini. Spiritualiter Virgo beata fuit habitaculum filij Dei. *Pſal. 131.* Hæc requies mea in ſæculum ſæculi hic habitabo, quoniam elegi eam. Debuit ergo prius purgari, & quod ruerat reperari: athalia enim Eua per peccatum violauerat corporis templum cuiuslibet naſcentis per habitualem concupiſcentiam, & fecerat ruere animam cuiuslibet per peccati originalis maculam quam, & naturaliter virgo contraxit: & ideo neceſſario fuit ipſam purgari per regem Ioas, ideſt Dei filium regem omnium, & a ruina culpæ originalis releuari: quod factum eſt immediate in primo inſtanti poſtquam concepta eſt: & hoc ipſa confitetur in verbis aſſumptis exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me: vbi nota tria: ipſa namque virgo beata fuit.

purgata	ab originali	ſecretiori prodigio		exſurrexi
præſeruata	ab actuali	potentiori myſterio	quia	Dominus
prælata	in æternali	& altiori ſolio		ſuſcepit me

Surgere non eſt niſi cadentis. Quantum ad primum nota ſurgere non eſt niſi cadentis: & quia ipſa in peccatum originale veriſſime naturaliter cecidiſſet (omni priuilegio ſecluſo) ſicut, & cæteri: ideo dicit exſurrexi, quia hoc fuit neceſſarium. *Exemplum* Ratio eſt, vinitores volentes habere vuas mundas, & vinum defecatum ac mundum vites, quæ ceciderunt ad terram erigunt, vnde pro tempore ne puluis vel lutum terrę vuas reddat immundas aut lutoſas, Beata virgo comparat ſe viti. Eccleſiaſtico 24. Ego quaſi vitis fructificaui. Ad hoc ergo vt botrus ille precioſus Dei filius a quo vinum ſumimus in ſacramento Altaris expreſſum in torculari paſſionis nihil contraheret impuritatis neceſſe fuit pro tempore, id eſt ſtatim in puncto conceptionis vitem, id eſt Virginem erigi a peccato originali. *Pſal. 56.* Exurge gloria mea, exurge Pſalterium, & cythara, exurgam diluculo, id eſt ante ortum. Iob 3. de peccato originali loquens. Expectet lucem, id eſt Chriſtum, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ, ſcilicet Virginis Mariæ. Hæc de primo.

Quantum

Digitized by Google

Quantum ad ſecundum nota quamdiu tyriaca ſeruatur in criſtallo non eſt timẽdum de veneno, quia tyriaca criſtallum vel locum etiam vbi eſt præſeruat a veneno, & ab animali venenoſo. Sic cor quod habet tyriacam, ideſt Diuinam gratiam non debet timere de criminali veneno, ideſt diabolo, nec illud quod habet eam oportet timere de peccato. Beata Virgo non ſolum ſecum ſed pleniſſimè habuit tyriacam ſpiritualem, quia in criſtallo vteri virginalis geſtauit Diuinam perſonam, & in anima pleniſſimam, & abundantiſſimam dei gratiam, ideo fuit ab omni peccato actuali præſeruata. Auguſtinus de Virgine cùm de peccatis agitur nullam volo prorſus habere quæſtionem Ideo dixit ei Angelus, Aue gratia plena Dominus tecum. Lucæ 1.

Quantum ad tertium nota, quòd res quantum eſt maioris lęuitatis, & puritatis tanto in altiori loco ſuſcipitur, & ſituatur, ſicut patet de elementis reſpectu elementatorum, & de igne reſpectu elementorum. Beata Virgo ſecundum Anſelmum fuit tantę puritatis, qua ſub Deo nequit maior intelligi, & ideo debuit ſuſcipi altiori ſolio, & maiore, ſub Deo. In Pſal. In voluntate tua deduxiſti me, & cum Gloria iterũ ſuſcepiſti me, & cum Gloria iterum quantum ad Corpus. Ad illam, &c. *Pſal. 72.*

SERMO QVINTVS.

De Beata Lucia, & quolibet Sancto, vel Sancta pro quolibet mortuo.

Ex Pſalm. 4.

IN pace in idipſum dormiam, & requieſcam. Ex Pſal. 4. Vulgare prouerbium eſt tale. A chaſcum oyſel ſon nyd eſt bel. Cuilibet aui placet nidus proprius, ideſt locus. Ratio eſt, quia locus ſicut eſt principium generationis ita, & conſeruationis, quia, & quælibet res appetit conſeruari, appetit locum ſibi conuenientem, exemplum in natura, coruus naſcitur in montibus, & paſcitur ex cadaueribus, & Columba in petræ foraminibus, & paſcitur ex ſeminibus, & ideo Coruo placent montes, & cadauera, Columbę grana, & petræ foramina. Gen. 8. Noe miſit Coruum, & Columbam de Arca: Coruus remãſit cum cadaueribus: Columba cum ramo virentis oliuæ, cum non haberet vbi requieſceret pes eius ad Arcam reuerſa eſt ad Arcę, ſcilicet foramina, & grana. Locus noſter in quo origo noſtra eſt per creationem, & a quo egredimur eſt Deus, & ad quem boni reuerti deſiderant, ab eo ergo, & a ſua Sapientia tanquam a Noe Arca egreditur, Coruus, ideſt peccator, & Columba, ideſt innocens Anima. Et in propoſito Paſcaſius, & Lucia, ſed Coruus, ideſt Paſcaſius manſit in cadaueribus, ideſt in carnalibus delectationibus, ſed Beata Lucia non habens in mundo vbi requieſceret pes eius, ideſt amor ad Arcã, ideſt triũphantẽ Eccleſiam per martyrium cum ramo virentis oliuæ, ideſt cum corpore virentis virginalis mundiciæ reuerſa eſt, vbi ſicut in loco proprio delectatur, & requieſcit vbi dicit in verbis aſſumptis. In pace in idipſum, vbi notantur tria.

Pſal. 4.
Prouerbio. A ciaſcun augello ſuo nido è bello, cioè pare bello.

ecce		viget conſummationis tranſquillitate	In pace in idipſum
ecce	hæc	gaudet contemplationis ſuauitate	dormiam
ecce		pollet fruitionis ſecuritate	& requieſcam

Quantum ad primum nota, quod quieſcens in re ſtrepituoſa, & mobili nũquam requieſcit vt in quadriga, ſed quieſcens in re immobili, & ſine ſtrepitu ille requieſcit in pace; quamdiu ſumus in mundo, ſumus in ſtrepitu, & re mobili, & in curru currenti *De volubitate huius mundi.*

Digitized by Google

currenti velociter ſiue quadriga, ne dixerim vnica ſed multiplici, & quatuor rotis volubilibus;rotamur enim,& mouemur continuè curru temporis quatuor rotis æſtatis,hyemis,veris,& autumni. Item mouemur curru corporis quatuor rotis complexionum,& humorum ſcilicet ſanguinis flegmatis,coleræ,& melancoliæ. Item mouemur,& rotamur quatuor rotis in curru corporis quatuor qualitatum, ſcilicet calidi frigidi,humidi,& ſicci. Item mouemur curru ætatis in quatuor rotis,ſcilicet iuuentutis,& ſenectutis infantiæ,& adoleſcentiæ. Et iſtę rotę multiplices in quibus vehimur tantum ſtrepitum faciunt, & motum quòd alteratur homo a iuuentute in ſenectutem a ſanitate in ægritudinem,a pulchritudine in turpitudinem,a fortitudine in debilitatem,a proſperitate in aduerſitatem, a vita in mortem. Ideo nullus in hoc mundo poteſt quieſcere in pace,ſed in Deo eſt habitatio pacis, quia ille immobilis manens dat cuncta moueri. Vnde Auguſtinus. Inquietum eſt cor noſtrum Domine donec quieſcat in te. Beata Lucia hoc optimè cognouit vnde noluit in hoc mundo

Pſal.147. facere lectum ſuum:ſed cum Chriſto in pace in idipſum. In Pſal. Poſuit fines tuos pa

Pſal.75. cem, & iterum in pace factus eſt locus eius, & habitatio eius in Syon. Et hæc de primo.

Quantum ad ſecundum nota quòd ſuperfluitas in ſtomaco vel tortiones in vtero ſummè impediunt dormitionem: vnde ſuperfluitas cibi non ſinit hominem dor-

Eccl.5. mire. Eccleſiaſtes v. ſaturitas diuitis non ſinit eum dormire: nec tortiones ſimiliter. Per ſaturitatem intelligo ſuperfluitatem peccatorũ,& reliquias in Purgatorio purgandas: per tortiones intelligo peccata mortalia in conſcientia; torquentia Animã in hoc mundo nunc & poſtea in inferno: vnde iſti in morte non dormiunt ſed vigilant iſti ad tempus iſti in perpetuum. Sed Beata Lucia non habuit ſuperfluitatem quia omnia dedit pauperibus. Nec tortiones peccati mortalis immo ſe permiſit hic torqueri in corpore:vt poſſet poſt mortem; cum Chriſto in Anima dormire. Matt. 8. Non eſt mortua puella ſed dormit. Hæc de ſecundo.

Quantum ad tertium. Nota quòd aliter ſtat Columba in valle aliter in monte vel foramine. Nam in valle ſemper timet. Nunc ſagittam. Nunc accipitrem. Nunc

Homo in hoc mundo non eſt tutus. lapidem. Et ideo ea videns fugit:ſed in monte vel foramine manet tuta. Sic quamdiu homo manet in hoc mundo non manet tutus ab incurſu Dæmonum, & tentationum ingruentium;ſed in monte paradiſi. In foraminibus Chriſti. Ibi manet tutus. Ideo illuc homo debet volare ſicut fecit Beata Lucia: primo deuotione, intẽtio

Pſal.54. ne,dilectione,ac pro hoc tandem in reali inhabitatione. In Pſal. Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ, & volabo,& requieſcam; ibi requieſcit Lucia requie æterna. In Apoc.14. A modo dicit iam ſpiritus vt requieſcant a laboribus ſuis. Ad quam requiem perducat,&c.

SERMO SEXTVS,

De Annunciatione Dominica.

Ex Pſal. 5.

INtroibo in domum tuam. Aliter, & alibi habitant homines tempore belli, & guerræ: alibi, & aliter tempore pacis, & treguæ. Nam tempore belli habitant in exercitu in campeſtribus ſuper faciem terrę in tentorijs, & padilionibus. Sed tempore treguæ habitant in ciuitatibus, villis, & domibus, figura ſecundi regum vnde: Tempore belli vriasnoluit

ire

Digitized by Google

ire in domum ſuam. Vnde cum Dauid peteret: quare non deſcenderit in domum ſuam. Reſpondit Dominus meus Ioab, & ſerui domini mei ſuper faciem terræ manent, & habitant in padilionibus, & ego ingrediar domum meam: ideo ſignũ guerrę eſt homines non habitare in domibus, & ſignũ pacis eſt habitare in eis, & introire. Ab Adam vſque ad Virginem Mariam durauit guerra inter Deum, & hominem: & ideo filius Dei nunquam aliquam domum humanam intrauit: ſed habitauit in tentorio æternitatis in padilionibus cæleſtibus. Eccleſiaſt. 24. Ego in altiſſimis habitaui; ſed quando miſſus eſt Angelus Gabriel: Facta ęſt pax, & tregua inter Deum, & hominem: vnde qui habitat in Cęlis miſertus eſt noſtri. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ioan. 1. Ideo cantant Angeli Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2. Signum enim eſt veræ pacis quãdo rex venit inermis, & pedeſter ad domum inimici: ita fecit Dei filius; quia venit ſine armis potentiæ, ſolum habens ſecum ſceptrum miſericordiæ, & venit in humanitate noſtræ fragilitatis non oſtendens arma diuinitatis. Item inter omnes domos hu- *Quomodo*
manas Virginis Mariæ verginalem aulam elegit in habitationem ſibi; vnde pacem *Chriſtus*
factam denunciat. & in ſignum pacis in ea ſe habitaturum pręnunçiauerat dicens *venit in*
introibo, &c. ibi nota hæc tria. *Mundum.*

primo inclinatur immenſa ſublimitas fraterno amore. } quia { introibo
ſecundo ſublimatur humilitas intenſa materno honore } quia { in domum
tertio donatur oſtenſa vtilitas ſuperno valore. } quia { tuam

Quantum ad primum nota quòd immenſa ſublimitas diuinæ bonitatis inclinari tantum voluit vt noſtrum genus introiret, & frater noſter fieret. Noluit enim ſolũ eſſe amator diuinitate, ſed etiam fraternitate. Eſt autem ſciendum quòd non poteſt *Qui poſſint*
fieri vt ſint fratres qui non communicant eodem ſanguine: vnde ad hoc quòd aliqui *dici fratres*
duo fratres dici poſſint opus eſt, quòd ſint vnius, & eiuſdẽ ſanguinis. Vel ex parte matris. Vel ex parte patris. Vel vtriuſque; filius Dei in diuinitate nihil nobiſcum habebat commune: & ideò non erat frater: ſed creator, & Dominus: ſed voluit aſſumere carnem noſtram, & ſanguinem: vt eiuſdem ſanguinis exiſtẽtes fratres eſſemus, quod fecit introiens in ſancta ſanctorum, ideſt in vterum virginalem, ſanctum ſanctorum cum ſanguine. ipſum ſcilicet aſſumendo. Et figurabat illa figura quam recitat Apoſtolus ad Hæbreos. Summus enim ſacerdos ſcilicet Chriſtus ſemel introiuit in ſan- *Heb. 9.*
cta ſanctorum, ideſt vterum virginalem cum ſanguine. ipſum aſſumens pro noſtrorum expiatione peccatorum: vnde ibi dicitur Chriſtus aſſiſtens pontifex, &c. Non per ſanguinem hircorum: aut vitulorum: quia tunc non fuiſſet de genere noſtro; ſed per proprium ſanguinem noſtrum humanum, ſcilicet aſſumendo: introiuit ſemel in ſancta ſanctorum, ſcilicet Virginem ęterna redemptione inuenta. ibi enim præcurſor pro nobis introiuit Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedech. Melchiſedech ſignificat Chriſtũ. qui fuit ſine patre, ſcilicet in terris, & ſine matre ſcilicet in Cœlis: quod
deſcribitur. Hæb. 10. De hoc poteſt exponi illud. Poteſt homo ſcilicet filius Dei in *Ioan. 3.*
ventrem matris ſuæ Virginis iterato introire: quia primo fuit per creationem. iterato per conceptionem; & renaſci: quia primo natus de patre æternaliter: vltimo de matre temporaliter hæc de primo.

Quantum ad ſecundum. Nota quòd Chriſtus aſſumens carnem in domo Virginis *Nota pro in*
hoſpitatus immenſam humilitatem. quæ in ea fuit mirabiliter ſublimauit. Ratio *carnatione.*
huius eſt. Potentes huius mundi non libenter hoſpitantur in domo pauperum. quia ibi non poſſunt recipi. nec ibi inueniunt neceſſaria. nec vtenſilia: nec ſupellectilia: ſed in domum diuitum vbi omnia neceſſaria inueniuntur libenter veniunt; & domum recipiunt. Sic conſueuit obſeruari in via gallica; princeps autẽ bene receptus ſicut Rex vel Papa conſueuit retributionem dare hoſpiti: vel aliquos redditus. vel

aliquid

aliquid ſpeciale iocale:de hoc eſt figura. Lucæ. 19. Cum Chriſtus voluit hoſpitari cum aliquo:voluit ad domum publicani venire non ad domum cuiuſdam principis vel diuitis:cui dixit Zacheæ feſtinans deſcēde. quia hodie in domo tua oportet me manere. cumque fuiſſet bene receptus optimè remunerauit eum: vnde ſubditur:ait illi Ieſus:hodie ſalus huic domui facta eſt. Spiritualiter Chriſtus Dei filius voluit hoſpitari nobiſcum veniens in hunc mundum:& ſimiliter petens hoſpitium, & mittens Angelum ſuum forarium Gabrielem Archangelum non inuenit domum ſufficientem.neceſſaria vtenſilia pro eo habentem, omnes enim erant pauperes:de paupertati in mercantione pomi Adæ:& Euæ vnde quilibet ſe excuſabat,ſecūdum illud
Pſal. 87 Pſal. pauper ſum ego,& in laboribus a iuuentute mea: finaliter tamen inuenit Angelus vnam domum abundantem diuitijs plenam omnibus bonis omni dono cœleſtis gratiæ. quia Spiritu Sancto abundantiſſimè repleta fuerat: ideo pro Chriſto domū illam recepit dicens.Aue gratia plena Dominus tecum. Lucæ 1. De hac enim domo
Pſal. 111. dictum erat in Pſalm. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & ideo finaliter Chriſtus ibi hoſpitatus fuit:ſed dedit ei iocale mirabile fæcunditatem cum virginitate. maternitatem cum virginitatis honore. beneficium cum redditibus: annulum cum lapide, burſam cum auro. in quo nec primam ſimilem viſa eſt nec habere ſequētem:& ideo hic fuit ſublimata immenſa humilitas cum materno honore:& ipſa facta eſt domus Dei. Gen. 28. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta Cœli; vnde peccatores debent ad eam eſſe deuoti. Poteſt in perſona Chriſti ad eam dici illud verbum cantico
Cant. 3. rum 3. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ. & cubiculum genitricis meæ.& dabo tibi poculum ex vino condito, ſcilicet deuotionis, quod eſt conditum ex ſpeciebus Diuinitatis,& Humanitatis:hæc eſt domus Domini,de qua in Pſalmo:
Pſalmo 83. Beati qui habitant in domo tua Domine,ſcilicet per confidentiam, & deuotionem. in ſæcula ſæculorum laudabunt te,expone ad placitum ſicut vis proſequi. Hæc de ſecundo.

Quid contulit Chriſti Incarnatio. Quantum ad tertium nota quod quamuis embrio in ventre matris organizetur, & diſponatur ad vitam rationalem: non tamen viuit vita rationali donec rationalis anima infundatur:ſed vita plantę vel vita animali; ſed adueniente anima rationali,vita rationalis ei donatur Sic in vtero Eccleſiæ,& Synagogæ, quantumcunque per figuras teſtamenti veteris diſponeremur tamen vitam gratiæ nō haberemus:ſed ſolum animalem,& Naturæ:adueniente autem forma vltima ſcilicet Chriſto;collata eſt nobis vita gratiæ.vnde ſecundum illud. Actuum nono. In ipſo viuimus mouemur,& ſumus. Deuteronomio 30. Diligas Dominum Deum tuum, & voci eius obedias,& illi adhæreas:ipſe enim eſt vita tua,& longitudo tua, & dierum tuorum. Eſt enim vita noſtra in præſenti per gratiam in futuro per Gloriam. Ad Coloſſ. 3. Vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum Chriſto in Gloria. Ad quam &c.

SERMO SEPTIMVS.

De B. Thoma Apoſtolo.

Pſalm. 5. ASTABO tibi, & videbo. Aliter eſt de ſeruitoribus continuè ſequentibus curias,& de ſcholaribus continuè ſequentibus ſcholas,& magiſtrum,& aliter de non continuè ſequentibus;ſed aliquando remanentibus. Nam continuè ſequens ſeruitor Dominum videt plura ſecreta,& plura ardua. Diſcipulus continuè ſequens magiſtrum: videt plura puncta, & plura dubia. figura 7.

Matth.

Matth. 1. Chriſtus qui dicit. Ioan. 13. Vos vocatis me magiſter, & Domine; & bene dicitis. ſum etenim. In monte Tabor egit quædam ardua, & ſecreta: & legit lectionem in qua erant quædam difficilia dubia, & puncta. Illi ergo, qui ſemper ſequebantur eum: Petrus, Iacobus, & Ioannes: viderunt ſecreta, quia transfigurationem: & viderunt dubia, & puncta difficilia: quia corporis glorificationem. Alij autem qui defuerunt nihil viderunt. Quinimmo iſtis dictum eſt. Videte ne cui dixeritis viſionem. Inter cæteros Chriſti ſeruitores, & Diſcipulos Thomas fuit vnus: ſemel autem in ſcholis Chriſtus poſt reſurrectionem: vbi erant Diſcipuli congregati legit vnam lectionem, & ſecreta oſtendit: lectionem dilectionis. Pax vobis. Ioan. 20. & ſecreta reſurrectionis: palpate, & videte: quia ego ſum Thomas non erat cū eis: remanſerat enim illa die extra ſcholas; & ideo lectionem non audiuit; ſecreta non vidit. Sed conſiderans quòd per exhibitionem ſeruitij in charitatem: & ſollicitudinē ſtudij in fide iſta videre poſſit. Promiſit ſeruitium, & ſtudium continuum: vt videret dicens. Aſtabo tibi, & videbo. vbi tria facit. Nam aliquid.

offert	1 offert ſtudium			miniſterio cōtinuati laboris	aſtabo
effert	2 effert dominium	cum		magiſterio ſublimati honor.	tibi, &
affert	3 affert premium			myſterio lucidati decoris	videbo

Quantum ad primum. Nota quòd illi Domino, & magiſtro debetur ſingulariter ſtudium cum miniſterio continuati laboris, qui eſt huius conditionis, quòd omni aſſiſtenti ſibi in ſeruitio ipſe aſſiſtit in periculo ipſum liberando, & aſſiſtenti in ſtudio: aſſiſtit in dubio ipſum inſtituendo: talis eſt Chriſtus, non mundus. Nam *Chriſtus aſſiſtit ſuis ſeruis.* Chriſtus ſeruitoribus ſuis aſſiſtit in periculis ipſos liberando, & eripiendo. Cum *Pſal. 90* ipſo ſum in tribulatrione eri. eum, & glorificabo eum. Et iterum. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi. Item aſſiſtit in dubijs inſtruendo. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te. *Pſal. 31* Et iterum Deus docuit me a iuuentute mea: ſed mundus dimittit: & in periculis, & in dubijs nullum præbens auxilium. Non es ei auxiliatus. *Pſal. 44.* Non ſic Chriſtus, cuius figura habetur. Actuum. 12.

Beatus Petrus, qui erat Chrī ſeruitor, & Diſcipulus fuit in periculo: quia in carcere: & in dubio de via ſiue itinere: ſed quia ipſe aſſiſtebat Chriſto, & Chriſtus aſtitit ei. vnde ibi dicitur: aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo carceris. Ecce periculum: percuſſoque latere excitauit eum dicens. Surge velociter: ecce dubium: ad literam Beatus Thomas, qui fuit ſenior, & Diſcipulus fuit in periculo: quia in carcere poſitus, per regem indię, quia ipſe non fabricauerat ipſi templum materiale ſed ſpirituale; fuit etiam in dubio, de reſurrectionis articulo: ſed quia Chriſto aſtitit famulatu, & diſciplinatu, & Chriſtus aſtitit: eum de fide inſtruendo: ſicut magiſter pueri volens bene inſtruere puerum in alphabeto, continuę aſtat ei: & facit quòd puer ponat digitum ſuper dictionem: ita facit Chriſtus de Thoma ſupra ſe qui eſt alphabetum noſtræ fidei. Apoc. 1. Ego ſum alpha, & ω. Infer digitum, & cognoſce, & cet. & noli eſſe incredulus. Ioan. 22. Et eum de morte ac carceris periculo eripiendo: fratrem regis ſuſcitando. Nota hiſtoriam: ideo poteſt dicere, de Chriſto illud. Pſalm. 31. Aſtitit a dextris pauperis vt ſaluam faceret a perſequentibus animā meam. Hęc de primo.

Quantum ad ſecundū, nota, ꝙ illius dominium, & magiſterium debet efferri omnibus, & præferri: quando magiſter, & Dominus habet veritatem in promiſſis pro ſeruitoribus, & in dictis pro ſcholaribus: mendax doctor nihil docere poteſt: quia omnis ſcientia eſt de vero: ventus, & nubes, & pluuię non ſequentes: vir glorioſus, & promiſſa non complens. Prouerbio 12. Chriſtus eſt Doctor verax. Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Matth. 22. Itē donator verax de

facto

facto complens. Ipſe dicit,& facta ſunt. Sed mundus,& mundani non ſunt veraces nec in dictis,nec in promiſſis: Non eſt in ore eorum veritas:figuratur.Gen.29.& 30 Dixit Iacob ſocero ſuo. Seruiã tibi pro Rachel; & cum deberet dare Rachel dedit Lyam:cum deberet dare oues albas dedit nigras. Vnde ibi dicitur. Mutauit decies mercedem meam:ita faciet mundus, quando homo credit habere vnum habet aliud:promittit iuuentutem;ſoluit ſenectutem.ſanitatem,ſoluit infirmitatem: diuitias,ſoluit paupertatem &c. Sed non ſic Chriſtus: ideo prætulit ſeruitium Dei ſeruitio mundi Thomas dicens; Aſtabo tibi quia tu ſolus verax in dictis. Omnis autẽ homo mendax. In promiſſis diminutè ſunt veritates a filijs hominum tibi Domine qui habes veritatem. Domine Deus virtutum, quis ſimilis tibi potens es Domine, & veritas tua, in circuitu tuo. ideo tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Hęc de ſecundo.

Mũdus vnũ promittit,& aliud reddit. *Pſal.* 115. *Pſal.* 11 *Pſal.* 34 *Pſal.* 9.

Quantum ad tertium. Nota quòd premiũ, quod Beatus Thoma reportauit, quia Chriſto aſtitit in ſeruitio,& ſtudio,fuit viſio. Viſio namque eſt tota merces. Nam prius vidit eum per fidem,nunc videt eum facie ad faciem. Cauſa autem quare ali quando non vidit fuit hæc. Perſona, quæ vertit dorſum,& non faciem alicui ipſum videre non poteſt:ſed quando conuertit ei faciem tunc poteſt eum videre; huius figura. Ioan.20. Maria Magdalena vadens ad monumentum habebat dorſum verſus Chriſtum;& ideo non videbat eum:ſed poſtea vidit eum cum faciem ei vertit. Vnde dicitur ibi. Conuerſa retrorſum videbat Ieſum ſtãtem. Cauſa quare peccatores non vident Deum eſt,quia vertunt ei dorſum per peccatum. Hier.2. Verterunt mihi dorſum,& non faciem. Ita aduerterat ſe Thomas Chriſto per peccatum incredulitatis. Vnde dixit. Ioan.20. Non credam,ſed poſtea conuertit ſe ad Chriſtum,& venit ad cętum Apoſtolorum: & tunc vidit Chriſtum, & credidit; quia vidiſti me Thoma credidiſti. Ezech.6. Cõuerſus leuauit oculos meos,& vidi. Ergo ne Thoma de Chriſto eſt ſicut audiuiſti ab Apoſtolis? Reſpondit illud. Pſal.47. Sicut audiuimus ſic vidimus in Ciuitate Domini virtutum in ciuitate Dei. Sed mirabile eſt quòd Chriſtũ vocat Ciuitatẽ Dñi, Ciuitatem Dei. Ratio eſt:ſępe cõtingit,quòd moneta de fornace nouiter apportata alicui demũſtretur. Aliter autem ſe habet monetam nouam reſpiciens ſolum:aliter reſpiciens, & tangens. Nam reſpiciens ſolum, videt imagines, & characteres: ſed non certificatur de pondere, & numero. Sępe enim contigit,quòd non videtur niſi vnus denarius, & ſunt duo:quia vnus continetur ſub alio. Ad tactum autem cognoſcitur,& pondus,& fortitudo,& numerus. Sic fuit in Diſcipulis alijs a Thoma:de fornace quidem paſſionis:vnus nouam monetã & precioſiſſimam ac indefectibilem humanitatem, ſcilicet immortalitatem attulit: habentem imagines, & characteres indedebiles cicatrices: hanc enim oſtendit Diſcipulis, & ſolum videndam, & non palpandam;dicens. Videte manus meas,& pedes meos. Magdalena autem bene voluit monetam palpare: ſed dictum fuit ipſi. Noli me tangere, ideo Apoſtoli non agnouerunt niſi vnum denarium, ſcilicet humanitatis non Diuinitatis. qui interius latebat. Vnde dixerunt: Vidimus Dominũ. Maria ſimiliter non agnouit niſi vnum,ſcilicet humanitatis. Vnde venit tertio annuncians Diſcipulis,quia vidi Dominum, Ioan.20. Sed Thomæ non ſuffecit videre ſed tangere: ideo Chriſtus ſe ei alteri ad palpandum tribuit: vnde dictum fuit ei. Infer digitum tuum,& manum tuam affer,& cognoſce &c & ideo vidit,& cognouit pondus: quia Diuinitatem, fortitudinem, quia Dominum virtutum: & numerum: quia Dominum,& Deum. Vnde exclamauit dicens: Dominus meus,& Deus meus. Ergo ne inueniſtis vt audiuiſtis? certę ſicut audiuimus, ſic vidimus: quia vidimus Dominum,& vltra multò: quia vidimus Dominum virtutum: vidimus Dominum noſtrum. 3.Reg.4. Verus eſt ſermo quem audiui,& non credebam narrantibus mihi

Viſio eſt tota merces Beatorum.

Ad tactum cognoſcitur pondus.

mihi donec veni, & vidi oculis meis, & probaui, quòd media pars mihi nunciata non eſſet, certe verum eſt non media pars: quia dixerunt, vidimus Dominum, ecce humanitas: ſed ipſe vidit Dominum Deum: quod eſt vltra mediam partem: Dominus inquit meus, & Deus meus: poteſt ergo Thomas dicere illud. Geneſis 32. Vidi Dominum facie ad faciem; & ſalua facta eſt anima mea. Ad quam ſalutem, &c.

SERMO OCTAVVS.

De Beata virgine in Sabbatis.

PRopter hanc in altum regredere. Homines piſcantes circa terram in ripa maris paruum lucrum recipiunt. Parum de fructu reportant: ſed quando terram, & ripam dimittentes, altum mare piſcantur, & aſcendunt: ibi fructum multum inueniunt: lucrum magnum reportant. Figura. Petrus, & alij Apoſtoli piſcati fuerunt circa terram: & ideo dixerũt ei: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cœpimus: ideo dixit Chriſtus. Duc in altum. Tunc concluſerunt multitudinem piſcium copioſam: quia traxerunt retè plenum magnis piſcibus. Sic ſpiritualiter homines negociantes circa terrena parum inde de lucro reportant: & qui in terrenis ponunt fiduciam nihil capiunt: aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil. Hier. 4. Maria autem interpretatione dicitur mare. Vnde qui in altum deuotionis iſtud mare per fiduciam aſcendunt rectè, idest orationem plenam fructu magno reportant: propter hoc dicitur in Pſal. 92. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Ideo vt in ipſa ſpem ponamus, & fiduciam, excitamur: ſicut fecerunt tres Reges magni qui circa Herodem negociantes nihil inuenerunt: ſed in altum aſcendentes ad Mariam venientes inuenerunt puerum cum Maria. Ideo in verbo aſſumpto ad ſimile excitamur. Propter hãc in altum regredere: vbi notantur tria.

Pſal. 7. *Luc. 5.* *Maria interpretatur Mare.*

primo animamur	ad ſingu	deuotionis affectum	propter hanc
ſecundo ſubleuamur	lariter	operationis effectum	in altum
tertio reformamur		correctionis profectũ	regreditur

Quantum ad primum nota, homines quamuis timeant Dominos ſuos ratione iuſtitiæ tamen habent ſingularem dilectionem, & deuotionem ad Dominas ratione miſericordiæ: quia Dominę conſueuerunt eſſe piæ, & miſericordes, & ita in curiis vbi non ſunt Dominæ non inuenitur certa miſericordia quamuis inueniatur iuſtitia. Eccl. 36. Vbi non eſt mulier ibi ingemeſcit eger. In curia Dei eſt iuſtitia, & per filium virginis iuſtitia exercetur: hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Hier. 23. Quamdiu ergo illa curia fuit ſine Domina, inueniebatur iuſtitia, ſed non miſericordia. Sed poſtquam ibi fuit hęc Domina: fuit ibi pro peccatoribus aduocata: fuit in illa curia miſericordia: vnde, & vocatur Mater Miſericordiæ: & ideo ad eam debemus habere ſingularis deuotionis affectum. Sapientię. 8. Hanc amaui, & exquiſiui a iuuentute mea: hęc me conſolata eſt in humilitate mea.

Vbi eſt mulier, ibi eſt miſericordia. *Pſal. 118.*

Quantum ad ſecundum, nota quòd fructus arboris medicinales ſunt meliores, & efficaciores in ſummo quàm in imo ratione maioris digeſtionis, & virtutis ſolaris: & ideo qui vult habere tales fructus oportet, quod in altum aſcendat: Chriſtus eſt fructus nobis medicinalis natus in ſummo arboris pœnitentiæ: quia in ſummo paupertatis vt patet in pannis: & in ſummo puritatis, vt patet in Maria: in ſummo obedientiæ, &c. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat: & ideo volenti

Chriſtus eſt fructus nobis medicinalis.

Digitized by Google

ti habere,& ſumere iſtum fructum oportet in altitudinem bonarum operationum
Pſal. 19 aſcendere per pœnitentiam:& ſic habebit fructus optimos. Aſcendiſti in altum cępiſti captiuitatem accepiſti dona in hominibus: quia cum illo omnia nobis donauit. Ad Rom. 2. Hæc de ſecundo.

Quantum ad tertium nota venatores a via amęna,& herboſa ad viam ſpinoſam & petroſam libenter regrediuntur etiam peditando, & etiam bacculum in manu tenendo,& portando,ſperantes prædam perditam inuenire, & capere poſſe, & potiſſime vbi ſperarent duplicem prędam inuenire:matrem cum filio,auem cũ pullo. Spiritualiter peccatores perdunt Chriſtum in via herboſa delitiarum diuitiarum: quia ibi Chriſtus non eſt natus non conuerſatus: ſed introiuit nemus ſpinoſum, & petroſum pœnitentiæ: & ideo qui illuc voluerit regredi cum baculo Crucis inueniet prædam,auem cum pullo:matrem cum filio: patrem cum filia: prædam duplicatam ſcilicet matrem cum filio: virginem cum Chriſto: patrem cum filia, Diuinitatem cum Humanitate. Sic venatus eſt Iacob. Gen. 32. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis, regredior ſcilicet ad patriam. Ad quam, &c.

SERMO NONVS.

De Beato Vincentio, & pro quolibet Martyre.

Pſal. 8. Nemo repentè fit ſummus.

Gloria,& honore coronaſti eum Nemo repente fit ſummus, & etiam ad magnum honorem,& gloriam,ſine labore maximo, & tribulatione nõ venitur. Non enim montis acumen attingitur ſine laborioſo aſcenſu: nec ſine limitatione,& malleatione, ac fornace aurum fit: quod ĩ regis menſa ponitur. Sic ad honorem, & gloriam ęternam ſine labore pęnitentiæ,& aſcenſu virtutum perueniri non poteſt:nec homo ad menſam, nec ad gloriam peruenit Paradiſi: non tranſiens per tribulationum, & perſecutionum fornacem. figuratur. Geneſi. 39. Ioſeph fuit in multis tribulationibus:quia primo venditus à fratribus,& deinde ab hyeſmahęlitis tandem incarceratus: ſed per hæc venit ad ſummam gloriam, quia Dominum, & Regnum Aegypti: vnde dixit fratribus ſuis. Ite nunciante patri meo vniuerſam gloriam meam. Gen. 45. Ad propoſitum inter omnes Chriſti martyres: Beatus Vincentius aſcendit montem altiſſimum, ſcilicet martyrij:quia vt tribunal ſponte rogum pro Chriſto aſcendit: intrepidus fuit in fornace pœnarum examinatus, limatus, malleatus: quia pectinibus, ferreis, carnes vſque ad viſcera laniatus,&c. Et ideo debuit de magno labore, dolore,& tribulatione ac tormentis pro Chriſto ſuſceptis ad honorem magnum,& gloriam peruenire. Et hoc eſt Gloria, & honore coronaſti eum: vbi nota tria. Nam eum inuenies.

1. ſociatum virtutibus	in ſua	lucente conuerſatione	idẽ ei	debetur honor
2. ſauciatum vulneribus		vincente paſſione.		datur corona.
3. ſatiatum muneribus		excellẽte premiatione		conferẽ gloria.

Quantum ad primum ſciendum,quod quamuis ſecundum Apoſtolum. Rom. 2. debeatur gloria,& honor,& pax omni operanti bonum. Specialiter tamen debetur honor ſtrenuo militi ratione virtutis fortitudinis Beatus autẽ Vincentius inter cęteros decem milites in bello pro Chriſto ſuſcepto ſingulariter fuit fortis, & ideo ſingulariter debuit honorari:quod autem in bello fuerit fortis patet. Philoſophus, enim in 3. Ethico. inquirens præcipuum actum determinat, quòd præcipuus actus

&

Digitized by Google

& potior actus fortitudinis eſt ſuſtinere, & pati magis, quam inuadere, & aggredi. Cuius ratio eſt; quia ſuſtinere importat diuturnitatem temporis; ſed aggredi poteſt aliquis ſubito motu. Difficilius eſt autem diu manere immobilem quam ſubito moueri ad arduum. vnde dicit ibidem philoſophus, quòd quædam ſunt ibi prçuolentes ante pericula: in ipſis autem diſcedunt. Fortes autem econuerſo ſe habent: cũ igitur virtus, ſit circa difficile: aggredi, & inuadere ſit difficile: pati, & ſuſtinere ſit difficilius: fortitudinis actus erit aggredi, & pati: ſed pati, & ſuſtinere prçcipuus. Beatus autem Vincentius habuit duplicem actum fortitudinis. Primo quidem in inuadendo, & aggrediendo. vnde dixit B. Valerio. Si iubes pater ſanctę reſponſis iudicẽ aggrediar. Inuaſit autem non ſegniter non imprudenter: ſed primus ictus fuit validus, & verberans vſque ad cor impij daciani. vnde euaginato gladio ſpiritus quod eſt verbum Dei. Eph. 14. Scutum fidei inimici, ſcuto fidei catholicę eleuato: inuaſit valide, & percuſſit dicens ad dacianum: hactenus ad te ſermo deneganda fide perorauit. ſed nepharium apud Chriſtianorum prudentiam eſſe cognoſce diuinitatis cultum blaſphemando abnegare. Habuit etiam actum ſecũdum prçcipuũ fortitudinis in patiendo, & ſuſtinendo. Quis enim militũ Chriſti acerbiora tormẽta ſuſtinuit? diſtentus fuit in aculeo: laceratus pectine ferreo: carceratus carcere teterrimo: craticulatus igne ſanguineo ſalit* ſale igneo, vulneratus, laniatus, rubricatus corpore toto: heu rubebant vulnera, patebant inter carbones interna viſcera: atque ſic omnia ſuſtinet damna, quòd inter hæc manet immotus ſtrenuus miles Chriſti, & ſolum erectis in Cœlum luminibus Deum precabatur: ergo iſte miles fortis, & patiens. Fortis in prælio, & aggrediendo aduerſarium, & in ſuſtinendo ſupplicium: propter qđ poteſt, & merito comparari adamanti lapidi precioſo: de quo dicunt philoſophi, ꝙ nec ferro frangitur nec igne diſſoluitur. O quam precioſus adamas fuit B. Vincentius, qui nec ferro frangi in mente, nec craticula adurente, nec pectine artus corporis diſcipante: nec etiam igne diſſolui potuit incẽdente: immo moras carnificum arguendo ad pęnam alacriter properabat. Idcirco quia fortis fuit aduerſarium ſuum vicit: intãtum vt diceret. Puto quoniam victi ſumus. ideo dicit Augu. B. Vincentius vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confeſſione, vicit in tribulatione, vicit exuſtus, vicit ſubmerſus, vicit tortus: vicit mortuus; ergo quia virtutem habuit fortitudinis, & triumphum obtulit: erat a rege ſuo meritò honorandus. Eccle. 27. Sapiens in populo hęreditabit honorem, & nomen illius erat viuens in ęternũ. Certè Chriſtus B. Vincentium honorauit viuentem, & morientem viuentem tenebras carceris luce cęlica illuſtrando: eſcas diuerſiſſimas in flores roſeos commutando: choros angelicos ſociando: cantibus cęleſtibus modulis ſuauibus confortando: Honorauit etiam morientem Corpus Angelorum cuſtodię deputando a feris, & auibus, ideſt corui diligentia præſeruando; a marinis fluctibus littori reuocando: & ſpiritum in ſua gloria coronando, vt ſic dici poſſet illud. Heſter. 7. Sic honorabitur quemcumq; rex voluerit honorare.

Quantum ad ſecundum. Nota quòd de leone tradunt philoſophi, quòd in periculis apparet maximè generoſus: nam quando venatoris, & canum inſtat perſecutio non ſe abſcondit, non latitat, non ſe occultat. ſed pugnam generoſam, & certamen forte diligens in campis, vt videri poſſit ſe ad defenſionem parat. ideo ſolus, inter animalia ratione huius generoſitatis. natura eum in capite coronauit. Sic B. Vincẽtius inter omnes martyres habuit canes peſſimos, & cruentiſſimos venatores ipſum acerrimè perſequentes; ſcilicet dacianum, & carnifices: interim vt dentes canum maledicentium non ſufficerent ad opprobria. ſed vngues adiungerẽtur. nõ corneos ſed ferreos ad inferenda ſupplicia. Sed B. Vincentius in pugna contra aduerſarios nobilis. animoſus, & generoſus non latibula, non fugam petiuit. ſed ſtatim in publicum

Solus leo p̄ cæteris animalibus in periculis fit generoſior.

campum ſe poſuit. vnde B. Valerio leuius, pugnanti, & quaſi timide reſpondenti dicit noli pater venerabilis quaſi mente timida ſubmurmurare. ſed libera voce clama. Si ergo iubes reſponſis iudicem aggrediar; vnde ipſe generoſe campo, & bello vltro ſe expoſuit: propter quod merito debuit coronari. Apoc. 6. Vidi, & ecce equus albus, vt qui ſedebat ſuper eum habebat arcum & data eſt ei corona, & exiuit vincens, & vinceret. Quis igitur eſt, iſte vincens niſi Vincentius, qui a te accepit nomé, quia vincit incendia, vicit omnia ſupplicia, cuius.

Albus equus eſt proprium corpus	{	Albens puritate munditiæ
Aſſeſſor proprius ſpiritus		Pręſidens ęquitate iuſtitiæ
Arcus habitus ſcientificus		Percutiens veritate ſcientiæ.

Iſte etiam gratis ſic diſpoſitus. ſic armatus generoſe exijt contra dacianum vincés vt vinceret. & ideo data eſt ei corona. dicit. *Pſal. 20* Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. Poſuiſti in capite eius coronam de la. dixerat enim *Iacob 1.* Iacobus canonica ſua prima. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit ſuſcipiet coronam vitę. hęc de ſecundo.

Quantum ad tertium. Nota quòd pauper mercator, volens ſuam pecuniam pauperem mutuare; ſi ſciret mercatorem, & campſoré ita iuſtum, quod redderet æqualiter: non ſolum ęqualitate proportionis. ſed de meliori pecunia æqualitatem eiuſdem quantitatis. libenter iret ad illum. & illum fugeret a quo nō redderetur æquale nec proportione, nec eadem quantitate. Cum primo enim eſſet lucrum magnū: cum ſecundo damnum. Quicumque viator eſt pauper mercator, quidam ergo negotiantur, & mercantur cum Diabolo, & cum mundo. & ſemper illi cum peccatoribus lucrantur. quia ſemper aliquid eorum retinent: & volunt cum eis lucrari; & iō *Pſal. 78* depauperātur homines cum eis. Pauperes facti ſumus nimis: Deus autem illis, qui volunt pauperem pecuniam meritorum comutuare in pecuniam premiorum reddit æqualitatem. non ſolum ęqualitate proportionis, ſed eiuſdem quantitatis. quia loco decem obulorum dat meritum decem florenorum. vnde Matthęi 25. Quia in pauco fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam: commutat enim iuſtorum pauca merita in multa premia: præſentem pęnam, & miſeriam in futuram coronam, & gloriam: ideo Apoſtolus, qui hoc lucrum cum mercatore iſto fuerat expertus. Dicebat ad Rom. 8. Non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Sed B. Petrus etiam qui multa lucratus fuerat. in Canon. 2. dicit: Vocauit nos in ęternā gloriam in Chriſto Ieſu, meritum paſſionis B. Vincentius mercator diſcretus audiuerat. illud Auguſt. in perſona Dei loquentis: venale habeo: quid regnum Cœlorū: quo emitur: paupertate regnum, labore requies, dolore gaudium, ignominia gloria morte vita. ideo noluit cum diabolo, & cum mundo aliquid negociari, quia iſti depauperant, & ſpoliant ſuos commercatores vſque ad capitale; quia illud etiam recipiunt, ſcilicet animam peccatorum. Matth. 5. Mitteris in carcerem, & nō exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. ſed feſtinauit mercari, & lucrari cū Deo. exhibuit pauca merita, & recepit magna premia. exhibuit tormenta. & recepit paradiſi talenta. exhibuit vulnera, & recepit munera. exhibuit miſeriam, & recepit coronam. exhibuit pœnam, & recepit gloriam. temporale ſupplicium, & reportauit ę- *Pſal. 111* ternum brauium. ideo. Vocat eum glorioſum, & diuitem. quia ſic ſciuit mercari, dicens. Gloria, & diuitię in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi. hęc eſt *Pſal. 149* illa Gloria de qua. Exultabunt ſancti in Gloria, & lętabuntur in cubilibus ſuis. Nec mirum: quia gloria hęc eſt omnibus ſanctis eius. Ad quam, &c.

Sermo

SERMO DECIMVS.

De Purificationis B. Mariæ.

EXultabo in ſalutari tuo. Aues quæ ſole occidente tantum perdunt. Sole Oriente tantum recuperant,& exultant. Propter virtutem, quam a ſole recipiunt, etiam ſi ſol oriatur in nubilo, vel ſereno. Sic auis ſpiritualis, anima fidelis, ſole Chriſto, ſibi occumbente propter peccatum perdit: & ideo exultare non poteſt: ſed Sole ſibi Oriente per pœnitentiam,& gratiam iubilat,& exultat. figuratur. Lucæ primo. Maria ſalutauit Eliſabet. in qua erat ſol ſub iubilo, Chriſtus in vtero, & ſtatim illa auicula Ioan. Bapt. cantauit in vtero matris: Ecce inquit exultauit infans in vtero meo præ gaudio. Spiritualiter aues paradiſi homines per peccatum perdiderunt Deũ in paradiſo terreſtri. & ideo de terra lętiçiæ proiecti ſunt in terram excitatus incolatus, & flexus vbi triſtitia eſt,& non gaudium: neq; cantus. Quomodo cantabimus, canticum Domini in terra aliena. Non gaudere poterant. quia Thobiæ 5. quale gaudium mihi eſt, qui in tenebris ſedeo: & lumen cœli non video: Sed tandem Maria aſcendit in templum ſicut aurora cum Chriſto filio ſole: & ſine nubibus in ſereno: & tunc illa auis antiqua deplumata Symeon ſentiens radium Solis Cęleſtis. cantare cępit, & exultare dicens: Exultabo in ſalutari tuo: vbi tria. Nam aduentum Solis, ſcilicet Chriſti ſereni. hoc eſt de virgine iam nati in templum inuenies. *Pſal. 9.* *Pſal. 136.*

Gaudioſum	in	occurſu	ex	ſpirituali lętitia		exultabo in ſalutari tuo.
Virtuoſum		ſuccurſu		cauſali influentia		
Fructuoſum		recurſu		ſpirituali efficacia		

Quantum ad primum. Nota quòd infirmo ad mortem aduentus ſalutari medici nunciatus ipſum gaudere facit: ſed dilatus ipſum moleſtat. pręſentia autem dilati, & nunciati ipſum exultat. genus autem humanum, per peccatum in tantam ęgritudinem incidit vt apud homines non inueniretur medicus ſalutaris. Infirmati ſunt nec fuit, qui adiuuaret: ideo conſu'uit. Non euadere potero de hac infirmitate. 4. Reg. 8. Dixit Deus. Eripiam illum, & oſtendam illi ſalutare meum: tunc genus humanum gauiſum eſt: ſed aduentus huius medici interim eſt dilatus; Defecit in ſalutare tuum anima mea: ideo Deus tandem hodie hoc ſalutare, miſit in templum: & tunc Symeon in perſona omnium non ſolum gauiſus eſt: ſed etiam exultauit dicens illud. Abacuc 3. Ego autem in Domino gaudebo (ſupple modo per prophetas promiſſo, & denuncio,) & exultabo in Deo Ieſu meo: per Deum miſſo, & per Virginem in templo præſentato. Ergo exultate iuſti in Domino, quia rectos decet collaudatio. in pſal. hæc de primo. *Pſal. 106* *Pſal 90* *Pſal. 118*

Quantum ad ſecundum. Nota quòd in ciuitatibus vbi eſt portus maris, conſueuit poni luminare vulgariter loquendo falos, vt nauigantes de nocte: & exiſtẽtes in periculo illud reſpicientes ad portum ſalutis veniant: & illuc dirigant greſſus ſuos: ita in propoſito genus humanum eſt, in vita præſenti vadens ſicut in mari. In mari via tua. Et fuit nox vſque ad Chriſti Solis veri ortum, & erat in tot tentationibus, quod numquam ante vna nauis, vna perſona potuit ad portum paradiſi peruenire. ſed omnes deſcendebant ad infernum. Exodo 25. Submerſi ſunt in mari rubro deſcenderunt in profundum quaſi lapis; & ideo Beata Virgo poſuit illud magnum luminare hodie in templo: vt nos omnes illud lumen reſpicientes, iter noſtrum ad eum dirigamus, & ſic ad portum paradiſi, & ſalutis veniamus. Illic iter quo oſtendam illi ſalutare meum: hoc videns ille naufragus Symeon, qui ad portum venire volebat: *Pſal. 49.*

 dicit,

dicit. Nunc dimittis ſeruum,&c. quia viderunt oculi,&c. quod paraſti,&c. Lumen ad reuelationem,&c. Luc. 2.

Quantum ad tertium. Nota quod nulla medicina quantumcumque bene præparata, & diſpoſita efficitur ſalutaris ęgroto, niſi ab ęgroto ſumatur, & ſibi incorporetur,& ſua efficiatur: Dei filius fuit medicina parata,& diſpoſita pro nobis in toto veteri teſtamento: ſed non fuit incorporata. Et ideo non erat ſalutaris, ideo petebat. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, ſalutare tuum da nobis: ſed adueniente tempore gratiæ, hæc medicina nobis eſt incorporata, cum carnem noſtram aſſumpſit,& intrauit,& nobis tunc facta eſt ſalutaris. ideo Deuteron.30. Illi adhæreas, ab ipſo enim eſt vita tua. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui. viſita nos in ſalutari tuo, ad videndum,&c. ad lętandum in lętitia. Ad quam, &cętera.

Chriſtus fuit nobis medicina. *Pſal.*84 *Pſal.*105

SERMO VNDECIMVS.

De Beata Virgine in Sabbatis, vel in proceſſionibus generalibus, vt orationes exaudiantur.

Pſal. 9. DEſiderium pauperum exaudiuit. Quando pauperes in curijs magnorũ non poſſunt habere aditum ad regem: & ſuas petitiones expedire ſępe per perſonam intermediam ſuas petitiones expediunt figura. Numeri 11. Populus deſiderauit carnes deſiderio magno, & petiuerunt a Deo tandem per Moyſem tanquam per perſonam mediam,& obtinuerunt. vnde. Manducauerunt,& ſaturati ſunt nimis,& deſiderium eorum attulit eis. Non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Peccatores ſunt pauperes, qui longe ſunt a Deo: longe a peccatoribus ſalus:& ideo eorum petitionem nõ expedit: ſed perſona intermedia Virgo Beata deſiderantibus carnes agni immaculati dat eſcam in tempore opportuno ſic dicitur in pſal. vnde ipſa tanquam perſona media petitiones,& deſideria peccatorum iuxta expedit,& exaudit, & hoc eſt deſiderium pauperum exaudiuit. vbi ponit tria.

*Pſal.*77 *Pſal.*118

Primo: patentem indigentiam humanę calamitatis Secundo: diligentem inſtantiam humanę voluntatis Tertio: tribuentem clementiam ſupernę pietatis.	quia	pauperum deſiderium exaudiuit

Quantum ad primũ. Nota ꝙ ille eſt propriè pauper qui nihil habet niſi ab alio: talis eſt peccator, quia oĩa habemus, & bona naturę, & bona fortunę, & bona gratiæ a Deo, quid habes quod nõ accepiſti. Ideo pſal. Pauper ſum ego,& in laboribus a iuuentute mea,& tamen Beata virgo audiuit pauperes de inopia. In pſal. Et ſicut dicitur. Iacobi 2. Elegit pauperes. Nota electio ad dignitatem valet per conſenſum electi alias non. Sic ſpiritualiter pauperes mundus abijcit, ſed Beata Virgo recipit, tibi derelictus eſt pauper. In pſal. Et ad dignitatẽ glorię cęleſtis eligit, ſed electio nihil valet niſi electioni conſentiãt, quod eſt cum ſunt pauperes ſpiritu, tunc adipiſcuntur dignitatem æternam. Matt.5. Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Ipſa autem aſtitit a dextris vt ſaluam faceret animam meam. in pſal. hæc de primo.

Electio ad dignitatem valet per cõſenſum electi, alias nõ

2 Nota ꝙ ceruus inſecutus a venatoribus ſũme deſiderat fõtẽ vel fluuiũ, qa ꝑ aquã refocillatur:& per fluuiũ a canibus, & venatoribus ſępe liberatur. Ceruꝰ eſt ꝗlibet perſona habens duo cornua: intellectus:& appetitus. Iſtum Ceruum inſequit mundus

dûs,caro,diabolus: quia mundus,caro,dęmonia,diuerſa mouent prælia. ideo ſi volumus eripi;deſideremus aquam,vel fluuium,ſcilicet Virginem mariam:ad ipſam deſiderio,& deuotione curramus.Nam ipſa eſt fluuius, qui de terra Paradiſi nobis attulit merces gratiæ,& gloriæ. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. In iſto *Pſal.45.* autem flumine refocillantur deuoti: & eripiuntur tentati,& tribulati. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et certe meritò: quia deſiderium ſuum iuſtis dabitur. Prou.10. Nota hoc modo expertum eſt,quòd *Pluuia quo* a terra vapor ſiccus eleuatus vadens ad mare; aquam haurit de mari, in maxima *pacto fit.* quantitate;& poſtea cadens in terram ipſam infundit;& germinare facit.Sic deuotio,& deſiderium pauperum ſubintrãs mare: ideſt Mariam eleuat inde,& reportat plenitudinem, & copiam gratiarum: quæ facit in hac vita hominem fructificare. Replet in bonis deſiderium ſuum.Et alibi. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei;& voluntatem labiorum,&c. *Pſal. 102.*

Quantum ad tertium. Nota,quod ad petitionis exauditionem multum facit locus debitus: & ideo locus debitus in quo Deo porriguntur orationes eſt templum. in pſal. Adorabo ad templũ ſanctum tuũ.Sic certe non eſt locus in quo ita cito ex audiamur: ſicut ſi vadamus ad illam, quæ facta fuit templum Dei, ſcilicet Virginem Mariã. ideo cum ibi Deus ſemper habitet: ibi nos ſemper audiet,& exaudiet,quòd ibi ſit in pſal. Dominus in templo ſancto ſuo: quòd ibi audiat, & exaudiat. ibidem. Exaudiuit de templo ſancto ſuo, vocem meam: & clamor meus introiuit in aures eius. Ad illum introitum, &c.

SERMO DVODECIMVS.

De Pœnitentia,per totam Quadrageſimam.

TRanſmigra in montem ſicut paſſer. Boni medici male diſpoſitos,ex infectione aeris: & fumoſitate aquarum cõſueuerunt monere ad dimiſſionem vallium;& aſcenſum montium;in quibus vt plurimum inuenitur aer purus:& ſalutaris. Scriptura ſtatum peccati vocat malã diſpoſitionem,& infectionem aquarum delitiarum. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque, &c. Statum autem pœnitentiæ, curantis malam diſpoſitionem peccati:vocat montem. In Pſal.23. Qui aſcendet in montem Domini. Innocens,&c. ideo Pſal. Bonus medicus illis, qui tempore præterito fuerunt in valle circa aquas delitiarum indicit,vt accedant ad montem ſalutiferũ pœnitentiæ:quia ibi eſt ſolum cura.figura horum.Gen.13. Loth habitauit in Sodomis:quæ regio vniuerſa irrigabatur aquis,ſicut Paradiſus Domini.Gen.13.Sed propter hoc habitatores terræ,peſſime erant diſpoſiti:quia ibi dicitur,quòd homines ſodomitæ peſſimi erant: & peccatores nimis coram Domino; volens ergo Deus, ſicut bonus medicus Loth,liberare de illa mala diſpoſitione. Dixit ei.Gen.16.Salua animam tuam:ne ſtes in omni loco circa regionem:ſed in mõte ſaluum te fac. Hoc modo loquitur hic Pſal.quando dicit.Tranſmigra in montem ſicut paſſer. Vbi admonet nos de tribus. *Pſal. 10.*

1	vt	fugiamus vitiorum dannoſam turpitudinem	tranſmigra
2		conſcendamus meritorum celſitudinem	in montem
3		aſſumamus doctorum virtuoſam ſimilitudinem	ſicut paſſer

Quantum ad primum. Nota quòd illud,quod facit hominem citius mutare locũ & lectum eſt immunditia,& fętor punctura,& dolor ſicut nullus vult in æſtate iacere in lecto pleno cymicibus fętentibus,& pungentibus. Iſtud eſt,quod peccatorem

Digitized by Google

animare debet ad mutandum ſtatum peccati in ſtatum pœnitentiæ. Quia in lecto eius conſcientię eſt fętor inficiens: compunctio conſcientiæ remordens. Et ideo debet ſe mutare ſicut dicitur Threnorum. 1. Migrauit iudas, qui interpretatur confitens: propter multitudinem, & afflictioné ſeruitutis ſuæ: habitauit inter gentes nec inuenit requiem. Omnes inimici eius appræhenderunt eum inter anguſtias. Sed quomodo confitens debet migrare: certe non niſi perfecte, ſcilicet corde, verbo: & opere. Sicut ſcribitur. Hier. 13. Tranſlata eſt omnis Iudęa transmigratione perfecta. Vnde mulieres volentes gallinis nidum mutare non poſſunt eas facere tranſmigrare ad alium perfecte niſi amouendo, & transferendo ouum de loco priori ad alium: ſic ad hoc, quòd aliquis transferatur tranſmigratione perfecta de peccati nido ad nidum pœnitentiæ oportet ouum, ſcilicet conſenſum, & voluntatem peccati transferre in conſenſum, & voluntatem pœnitentiæ. Alias quantumcunque confiteretur ſtatim rediret ad nidum peccati. Prouer. 27. Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo: ſic vir relinquit locum ſuum. Sed nota aliqui ſunt ad modum accidétia: aliqui malignantis ſunt naturæ ſecundum Boętium, quia non migrant de ſubiecto in ſubiectum parum quidem poſſunt mutari: migrare verò minimè. contra quos. Ezec. 3. Veni ad transmigrationem, & aceruum nouarum frugum.

Quo quis pōt ſe transferre: à peccato ad pœnitentiam.

Pœnitentia eſt quędam mons.

Quantum ad ſecundum. Nota quòd per montem intelligitur pœnitentia. ratio eſt: quia mons eſt, primo ſolaris luminis receptiuus, ſic exiſtentes in pœnitétia primo recipiunt diuinam gratiam, & conſolationem. ſecundo eſt vallium obumbratiuus, & refrigeratiuus: ſic pœnitentia refrigerat ęſtum peccantium. tertio eſt aquarum emiſſiuus: ita pęnitentes lachrymas emittunt orationis, & irrigant valles, id eſt pectora aqua, & fluxu orationis, & conſolationis. Selmon mons pinguis mons Dei: mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.

Pſal. 67

Selmon interpretatur	ſenſus vmbraculum. pax	Quantum.	ad primum ad ſecundum ad tertium

In Pſal. Induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ montem quem acquiſiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorum gentes: & ſunt hęc tria quantum ad prędicta tria hęc de ſecundo.

Triplex paſſeris proprietas.

Quantum ad tertium. Nota quòd proprietas paſſeris eſt triplex. Prima eſt quòd ſummę timet muſtellam, & eam ad nidum venientem clamoribus prodit: ita faciũt deuoti de Diabolo, ad conſcientiam veniente, & pullos bonorom propoſitorum, & operum rapiente. quia contra muſtellam ſicut paſſer, clamore confeſſionis pugnant & continua cautela inuigilant. in Pſal. Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer, &c. Secunda eſt, quia paſſer illaqueatus roſtro ſe liberat, ſi per ſe non poteſt ad alios vt adiuuent clamat, & per eos liberatus nunquam ad laqueum reddit: ſed ad locum altum volat: ſic peccator illaqueatus a Diabolo debet roſtro confeſſionis, ſe expedire, & aliorum orationes, & ſuffragia implorare, & expeditus meritis aliorum in altũ pœnitentiæ volare. Pſal. Anima noſtra ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo veniantiũ, &c. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Tertia eſt, quia paſſer ſemper in petra nidificat: ita iuſtus in Chriſto fructificat. In Pſal. Illic paſſeres nidificabunt. quia ibi paſſer inuenit ſibi domum, domum inquam. de qua Pſal. Gloria, & diuitiæ in domo eius ad quam nos perducat, qui habitare facit ſterilem in domo, &c. Si vis plus de paſſere pro pænitétia, quęre in alijs locis quomodo per paſſeres purgabat leproſus ſemetipſum ob. &c.

Digitized by Google

SERMO DECIMVSTERTIVS.

De pœnitentia, per totam Quadrageſimam, vel in proceſſionibus generalibus, vt orationes exaudiantur.

PRopter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus. Nihil trahit tantum perſonam miſericordem ad miſericordiam quantum clamor lachrymoſus, & manifeſtatio miſeriȩ cum planctu, & gemitu. Nam lachryma pungit, illum quem oratio vngit: inde eſt, quòd ad matrem miſericordiȩ preceſi ſua ſalutatione porrigimus ſub typis clamoris lachrymoſi: & gemitus plãctuoſi; dicentes: Salue Regina miſericordiæ, vita dulcedo, & ſpes noſtra ſalue: ad te clamamus, exules filij Euæ: gementes & flentes, &c. figura huius. Exod. 11. Filij Iſrael opprimebantur ab Aegyptijs grauiſſimè operibus duris luti, & lateris. ingemiſcentes autem filij iſrael propter opera, vociferati ſunt; aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus, & audiuit gemitum eorum, & liberauit eos. Ad propoſitum Deus eſt ſumme miſericors: quia miſericors, & miſerator, & iuſtus Dominus: ideo illud, per quod peccatores poſſunt eum facilius attrahere ad miſericordiam, eſt clamor confeſſionis cum gemitu lacrymarum. Illi ergo, qui toto tempore anni præcedentis laſciuiȩ oppreſſi ſunt a Pharaone, & Aegyptijs, hoc eſt a mundo Diabolis, & operibus duris, ideſt mortalibus peccatis: & ſeruierunt in luto luxuriæ, & latere auaritiæ ſi volunt liberari a peccatis, & ſeruitute Diaboli ſi clamauerint confeſſione lachrymoſa, & oſtenſione miſeriæ gemituoſa liberabuntur a Deo, qui trahitur, & pũgitur lachrymis: & audietur in confeſſione, & exaudietur in peccatorum remiſſione, & liberabitur a diabolica ſubiectione. & hoc dicit pſal. propter miſeriam inopum &c. vbi monet nos ad tria: ſcilicet.

Pſal. 11

Lacryma pungit, quã oratio vngit.

Primo	ad	vigilandum
Secundo		lachrymandum
Tertio		ſupplicandum

Circa	peccatorum recognitionem	propter miſeriam inopum
	peccatorum contritionem	& gemitum pauperum
	peccatorum remiſſionem	nunc exrugam dicit Dominus.

fit	autem	recognitio	rõne	miſeriæ euidentis	p p miſeriã inopũ
fit		contritio		conſcientiæ remordẽtis	& gemitũ pau prũ
fit		remiſſio		diuinæ clemẽtiæ indul.	nũc exurgã dĩ, &c.

Quantum ad primum. Notą non poteſt homo ita faciliter conſequi remiſſionem debiti ſicut miſeriam propriam allegando. & paupertatem oſtẽdendo: ſic videmus, de iure quod ille, qui allegat paupertatem vulgariter liberatur per iudice ma moleſtia creditorum. verũ eſt, quòd in ſua liberatione oportet quòd iſtud fiat: quòd ipſe denudetur coram iudice, & vltimo ſi frangatur lumbare dechorda, & iuret, ſic liberaĩ. Ita ſpiritualitur, per peccatum efficimur, Deo debitores. ideo nõ eſt melior nec facilior expeditio, quã recognoſcere miſeriã, & inopiã propriã, quã homo per peccatum incurrit: & eã oſtendere, & allegare Deo: quia ſic Deus parcit debitum, & remittit. Serue nequã omniũ debitũ dimiſi tibi: quoniã rogaſti me. Matt. 18. Verum eſt ꝙ oportet te denudare corã iudice: quod fit ꝑ peccatorum confeſſionem corã cõfeſſore: & oportet ꝙ frãgatur chorda. i. voluntas quȩ trahebat ad peccãdũ, & ꝓmittatur emẽda. & ſic a debito liberatur. & quia Iob dixerat. 13. quòd homo breui viuẽs tpe re plet multis miſerijs. & iõ pſal. eã recognoſcebat. Improperiũ expectauit

cor meum:& miſeriam:& omni offenſa dicit ſe liberatum expectans expectaui Dominum,&c.vſque de lacu miſeriæ,& de luto fecis.Ita etiam ſciens ſe debitorem repertum per Deum inopem ſe dicebat:perſecutus eſt hominem inopem, & mendicũ ideo recognoſcebat,& oſtendebat ſuam inopiam.Inclina Domine aurẽ tuã,& exaudi me quoniã inops,& pauper ſũ ego:ideo liberatũ ſe dixit: parcet pauperi, & inopi, & animas pauperũ ſaluas faciet:ex vſuris, & iniquitate redimet eorum animas. Ergo vigilemus circa recognitionem peccatorum:ratione miſeriæ euidentis.propter miſeriam inquit inopum. hæc de primo.

Natura cerui. Prima *Secunda cõditio.* *Tertia con*

Quantum ad ſm. Nota ꝙ ceruus quamuis ſit duri cordis: quia os habet in corde, & duræ ceruicis:quia cornua habet in capite:&tñ ſemper lachrymat in morte. Sic quamuis peccator habeat os.i.duritiã peccati in mẽte,& cornua in capite.i.ſuperbiã:debet tñ in fine peccatorũ in quadrageſima vbi eſt mors eorũ plorare,& lachrymare.Exẽplo.Pſa.Dicẽtis defecit ĩ dolore vita mea:& anni mei in gemitibus.Et iterum nota, vulnerat, & morſibus interficit hominem: ſed eo interfecto plorat ſuper eum,& ſuper ſingula vulnera eius:ita homo qui interfecit ſeipſũ per peccatũ conſẽtiendo, & vulnerauit operando : debet plorare,& gemere ſupra ſe, & ſuper ſingula vulnera,ideſt peccata.Sic faciebat pſal.dicens. Laboraui in gemitu meo la.per ſingnoct.lect.me.&c.ideſt conſcientiam meam ſtratum meum rigabo . Nota hic de gemitu qui fit quando terra proijcitur ſuper mortuum , ſicut dixi in ſermone cinerũ ; ſantificate ieiunium : ergo ploremus circa peccatorum contritionem ratione conſcientiæ remordentis.ideo inquit, & gemitum pauperum.

Nota hoc, quia poteris applicare , pro documento in concione de miſericordia Dei.

Quantũ ad tertiũ.Nota dr̃ in vulgari prouerbio,ꝙ qui præmier vident premier præcedet.Et ideo eſt ſciendum,quòd aliter debet homo ſequi iudicem:& ipſũ adire vel quemcumque Dñm ſuum,qñ ſedet ad iudicandum vel ſententiandum, & tenet manum ad enſem vel gladium:& aliter qñ ſedet ad elemoſynas dandũ , & tenet manum ad burſam vel denarium . Nã cum ſedet ad ſentẽtiandum debet homo fugere,vel non feſtinare,vt ſit primus:quia primi peius habent,& acrius puniuntur.Sed qñ ſedet ad elemoſinas dandas,& tenet manus ad burſam vel denarium: tunc homo debet feſtinare vt ſit de primis:quia ſępe nihil habent vltimi clauſa burſa vel deficiente pecunia,vel facta tota,& ſufficiente elemoſina. Ad propoſitum Deus ſecundum pſalm.Iudex iuſtus,& miſericors igitur in vita iſta ſedet ad miſerendũ vel elemoſinas dandum:& tenet manum ad burſam,& ad denariũ. In pſalmo. miſericors, & miſerator Dñs. ideo modo in hoc tẽpore feſtinare debemus venire ad eum dum parcit . & debemus eſſe primi in Quadrageſima : quia nunc exurgam dicit Dominus. In vita autem alia futura, & poſt Quadrageſimam Deus ſedet ad ſententiandum,& habet manum ad gladium . In Pſalm. Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo: ideo non oportet ad ſententiam feſtinare pro tunc , ſed ad elemoſinam. ideo nunc exurgam dicit Dominus.In Iohele 2. Nunc ergo conuertimini ad me in toto corde veſtro . In ieiunio, & fletu: & planctu,& ſcindite corda veſtra: quia ſequitur benignus,& miſericors Dominus , Sed quare:certè quia in pſalmo dicitur: Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit arcum ſuum tetendit , & parauit illum: & in eo parauit vaſa mortis:ideo eſt, quamuis per viam generaliter poſſet ire oneratus , & portare tunicam ſuam , & crocellos ſuos. tamen ſunt aliqui paſſus vbi oportet deſtroguar vulgariter, & ſoluere pedagium . Qui autem tranſiret ſine exoneratione,& ſolutione pedagij inſequerentur eum illi de iuriſdictione,cum gladijs,& baliſtis,& ſagittis,& eſſet in periculo:ita fit in portubus maris,& rhodani,& aliquibus villis ſicut in carcaſona de ſale.

Ita ſpiritualiter quamuis aliquo tempore poſſumus portare peccata:tñ modo tẽpore quadrageſimæ oportet deponere per confeſſionem , & ſoluere, pedagium per

pœnitentiam

Digitized by Google

pænitentiam,& ieiunium. Et hoc dicit Propheta. Conuertimini ad me in toto corde veſtro:& ſoluatis pedagium in ieiunio,& fletu,&c.quod ſi facere nolueritis:niſi nunc conuerſi fueritis curia perſequetur vos. Gladium ſuum vibrauit:arcum ſuũ tetendit,&c. Ergo ecce ſecundum illud. 2.ad Corinth.6. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Ad quam ſalutem,&c.

SERMO DECIMVSQVARTVS.

De Cathedra Sancti Petri Apoſtoli, & proquolibet eius Feſto.

DIxi Domino: Deus meus es tu. Differentia eſt inter clericum paruum, & pauca ſcientem:& clericum magnum, & multa ſcientem:quia clerico paruo,& pauca ſcienti non datur Cathedra ad legendum,& docendum:ſed datur clerico multa,& magna ſcienti. Ad propoſitum. Sic pariſij in fonte ſcientiæ obſeruatur: quod magiſtris in artibus parum, & pauca ſcientibus non datur Cathedra ad legendum:ſed legunt in ſcamno,& banco. Magiſtris autem in theologia multa, & magna ſcientibus: datur Cathedra ad docendum. Figura huius Nee. 8. Quia Eſdrę clerico ſummo, & in lege Dei peritiſſimo fecerunt Cathedram ad legendum. Vnde ibi dicitur, quod ſtetit ibi Eſdras ſuper gradum ligneum quem fecerunt ad loquendum:& apperuit librum coram omni populo ſuper vniuerſum populum eminebat,& benedicit Eſdræ.7. Ad propoſitum beatus Petrus hodie poſitus eſt in Cathedra Doctor ad legendum: ad docendum totum populum Antiochiæ. Si ergo quæratur quæ eſt cauſa: certe nulla alia: niſi quia ſummus clericus: non paruus:quia ſumma ſciebat. Non pauca: quamuis enim aliquando ſciuiſſet quæ erant hominum:tamen tunc non quæ hominum:ſed quæ Dei. Caro enim, & ſanguis ipſi non reuelauerat. Ideo ipſe inquit Cathedram accepi,quia dixi Domino,&c. In quo deſcribit eum tripliciter.

Pſal. 15.

De Sacerdote.

primo	vt	deuotum confeſſorem	dixi
ſecundo		promotum aſcenſorem	Domino
tertio		iam notum profeſſorem	Deus

Fuit namque beatus Petrus

Confeſſor fidem publicans prædicationis eamore.	dixi
Acceſſor plebem iudicans prælationis honore.	Domino
Profeſſor legem penetrans cognitionis vigore	Deus.

In confeſſione populo perfecit lucidando veritatem catholicam.	dixi
In aſcenſione Chriſto ſuccedit attingendo dignitatẽ Eccleſiaſticã.	Domino.
In perfectione cęteros exceſſit pęnetrando deitatem mirificam	Deus.

Quantum ad primum. Nota, quod nullus Doctor ita efficaciter proficit ſicut ſcientiam oſtendendo intellectui, & per exempla demonſtrando ſenſui. Non eſt enim verior demonſtratio illa quæ ad ſenſum eſt:ideo in mathematicis ſunt veriſſime demonſtrationes: quia, præter demonſtrationes ad intellectum fiunt deſcriptiones ad ſenſum:Ita profecit beatus Pet Sicut Doctor ſummus. Nam ea quæ docuerat ad intellectum de fide deſcribebat ad ſenſum opere prædicando. Vbique Domino cooperante: & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, id eſt miraculorum

Demoſtratio ad ſẽſũ eſt potior.

Digitized by Google

lorum prodigijs: cui a Deo ſuper hoc, ſingularitur eſt gratia collata. Vnde ad vmbram ipſius ſanabantur infirmi: quod de nemine aliorum Apoſtolorum legitur: per quod amplius perfecit in cõuerſione infidelium ſicut patet in actibus aliorum Apoſtolorum: ideo ipſi competit illud. Pſal. Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Hæc de primo.

Quantum ad ſecundum. Nota, quod magna miſericordia, & magna gratia fit clerico pauperi: quando Dominus terræ ipſum vocat ad ſe, & facit acceſſorem in priuatis conſilijs acceſſorem in publicis pænitentijs: acceſſorem, & ſucceſſorem in beneficijs: ita fuit per Chriſtum petro factum: quia ipſum vocauit ad ſe ne dixerim pauperem ſcholarem: ſed pauperem piſcatorem: & tamen eum conſtituit acceſſorē in omnibus operibus ſuis Primo quidem in ſecretis conſilijs: ſicut patet in tranſfiguratione in monte Tabor: vbi Petrus fuit primo vocatus, & dixit. Faciamus hic tria tabernacula. Marci. 1. In ſuſcitatione puellæ Marci. 5. Et ſic in alijs. Item acceſſorem in publicis. Marci. 4. Ecce nos reliquimus omnia: quid ergo erit nobis. Amen amen dico vobis: ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Item in acceſſorem, & ſucceſſorem in ſuis bonis beneficijs: quia fecit eum principē *Pſal. 104.* Eccleſiæ, & omnium Apoſtolorum. Conſtituit eum Dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ, vt erudiret principes ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret. In qua maximam gratiam, & miſericordiam ei fecit: quia ad doctrinam talem requiritur auctoritas Cathedralis: hodie in huius ſignum Antiochiæ Cathedræ honorem accepit: ſucceſſor Domini ſui ex miſericordia eius factus *Pſal. 106.* ideo dicitur. Confiteantur Domino miſericordię eius, & mirabilia eius: filijs hominum. Exaltent eum in Eccleſia plebis, & in Cathedra ſeniorum laudent eum Merito ſeniorum: quia dictum erat: & ſenes eorum ſapientiam doceret. Cathedra enim iuuenilis laſciuiæ eſt Cathedra peſtilentiæ: quam vitauit, ſed Cathedra ſeniorum maturitatis veritatis, & pęnitentiæ: in qua legitur. Prudentia, & lex veritatis eius quæ fuit in ore eius, & in hac Cathedra fuit hodie collocatus: non in ea Cathedra vanitatis, & fatuitatis. in Pſal. Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum: & in via peccatorum non ſtetit, &c. Sed in lege Domini fuit voluntas eius: fuit filius inquam Domini: cuius ipſe fuit acceſſor, & ſucceſſor. De quo in Pſal. Dominus in Syon (id eſt Eccleſia) magnus, & excelſus ſuper omnes populos in qua celſitudine fecit Dominum ſuum, & vicarium tam ſuper Apoſtolos: quam ſuper alios Petrum Apoſtolum. Sicut ſcribitur Geneſi 27. Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius, ſcilicet Apoſtolos ſeruituti eius ſubiungaui. Hæc de ſecundo.

Tu tamen poteris applicare pro quolibet Sacerdote.

Quantum ad tertium. Nota, quod ipſe factus eſt per Chriſtum Doctor, & profeſſor vtriuſque iuris: tam canonici: quam ciuilis non enim decet habere Cathedram niſi Doctorem fecit autem ſicut fit in alijs Doctoribus. Nam noluit eum Doctorem facere nec biretum conferre niſi debita examinatione præcedente publica, & priuata: & quia ſemper examinatio debet fieri in ſcientia doctorandi: & beatus in ſcientia ſalutis debebat doctorari: fuit examinatus. In examinatione prima in fide. In ſecunda de charitate, & iſtę fuerunt priuatæ. In tertia de ſpe quæ ſunt vertutes Catholicæ: & hæc fuit publica. Prima examinatio facta fuit. Matth. 14. Quando Chriſtus venit ad Diſcipulos ambulans ſupra mare: & dixit eis. Habete fidutiam. Et Petrus dixit ei Domine. Si tu es iube me venire ad te ſuper aquas. Et cum ambularet ſuper aquas videns ventum valde validum timuit. Vnde in iſta examinatione: quia multum dura, & primaria trepidauit, & non multum bene ſe habuit: nec ſufficientur. Vnde cum cepiſſet mergi: clamauit dicens. Domine ſaluum me fac. Et ſtatim Chriſtus reſpondit, & repræhendit eum.

Modi-

Digitized by Google

Modicæ fidei quare dubitaſti, ideo quia non plene: næc ſufficienter in prima examinatione ſe habuit de fide: tunc ipſum non doctorizauit. Sed de charitate ſecundam examinationem priuatam adiecit. Ioann. 21. Dicens. Simon Ioannis diligis me plus his, & ipſe optime. Tunc reſpondit dicens. Domine tu ſcis; quia amo te. Per triplicem reſponſionem oſtendens ſe triplicem habere charitatem ad Deum. Et ſeipſum: & ad proximum. Videns Chriſtus, quod de priuata examinatione charitatis reſponderat eum ad reſpondendum expoſuit de ſpe ſimul & fide in qua ſe male primo habuerat, & hoc fuit. Matth. 18. Quando interrogauit omnes Diſcipulos publice. An in ipſum: vt in hominem crederent: & vt Deum remuneratorem ſperarent dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis. Et alijs male reſpondentibus. Petrus volens in vtroque iure Doctorizari, reſpondit de iure canonico, & ciuili. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Ecce de iure ciuili. Primo de humanitate. Tu es Chriſtus in quo fuit Spiritus Sancti vnctio. Filius Dei viui: ecce de iure canonico, id eſt Diuino: & ſic, & Creatorem credidit: & remuneratorem ſperauit. Ideo Chriſtus videns ipſum ita bene reſpondentem: ipſum Doctorem in vtroque iure fecit: dicens. Beatus es Symon bar-iona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi: ſed Pater &c. Bonum Doctorem habuerat: quare bonus ſcholaris erat. Et ego dico tibi: quod dabo tibi claues regni cælorum, id eſt coronā circularem. Et ex hoc factus eſt ſanctiſſimus Doctor. Ad literam Antiochiæ raſerunt ipſi caput ad modum coronę in opprobrium, & ideo eam portant clerici: non in dedecus: ſed in honorem ipſius, & Eccleſię decus: ideo poteſt dicere illud. Ad Tymoth. 4. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolum autem mihi: ſed, & ijs qui diligunt aduentum eius. Dixit autem quam reddet: quia ad litteram beati Petri, & clericorum fuit, & eſt per remotionem, & ablationem: & ſignat quod clerici debent propter Deum relinquere tēporalia, & eſſe raſi a ſecularibus negotij, & Deo ſolummodo adhærere: quia ipſe reddet centuplum. Matth. 19. Centuplum accipietis, &c. Et ideo clerici accipientes tonſuram; dicunt illum verſum. Dominus pars hæreditatis meę, & calicis &c. Et ideo dicit. Quam reddet mihi Dominus, ideo dicitur Sapien. 1. Reddet iuſtis intercedem laborum ſuorum quæ multa eſt: vnde. Gaudete, & exultate in illa die. Matth. 5. Ad quam, &c.

Quando Chriſtus laurea doctoratus donauerit. Petrum.

Quare Clerici tonſurā deferāt.

SERMO DECIMVSQVINTVS.

De Beata Maria Virgine.

Pſal. 15.

A Dextris eſt mihi. Regula eſt in mathematicis, quod duæ lineæ ex oppoſito concurrentes, & interſecantes in puncto: quæ prius fuit ad dexteram poſtea eſt ad ſiniſtram, & econuerſo. Ad propoſitum in mundo eſt duplex linea: duplex, ſcilicet via: vna iuſtorum, & alia impiorum. In Pſal. Nouit Dominus viam iuſtorum, & iter impiorum. Per dexteram intelligitur proſperitas, & per ſiniſtram aduerſitas. Aliqui deficiunt in aduerſitate: ſed plures peccant in proſperitate. In Pſal. Cadent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis: ideo via iuſtorum eſt via aduerſitatis, & ſiniſtra in iſto mundo, & via malorum proſperitatis, & dextera: ſed iſtę duę vię ſe interſecant in puncto, id eſt in morte, & tunc illi qui fuerunt in mundo iſto ad dexteram proſperitatis vadunt ad ſiniſtram pænę, & aduerſitatis, & econuerſo iuſti qui in iſta via fuerūt ad ſiniſtram aduerſi-

Digitized by Google

aduerſitatis : vadunt ad dexteram gloriæ, & proſperitatis. De quibus Prouerb. 4. Vias quæ a dextris ſunt nouit Dominus : quæ autem a ſiniſtris peruerſę ſunt, ideo
Pſal. 1. dictum eſt. Nouit Dominus viam iuſtorum, ſcilicet notitia approbationis : quia ad dexteram, & iter impiorum : quia ad ſiniſtram, peruerſę ſunt enim horum. pulchra figura. Geneſi 48. Ioſeph obtulit filios ſuos Iacob benedicens, & Manaſſem primogenitum ſuum ad dexteram : & Effraim ſecondo genitum ad ſiniſtram. Iacob autem vt dicitur ibidem extendens manum ſuam dexteram poſuit ſuper caput Effraim minoris: ſiniſtram autem puſuit ſuper caput Manaſſem : qui maior natu erat commutans manum. Per Iacob intelligitur Deus: per Ioſeph: mundus. Ioſeph interpretatur creſcens: & habet primogenitum Manaſſem, ideſt obliuionem, quia accreſcentia temporalium facit obliuiſci Deum. Interpretatur etiam iuſtus : & habet ſecondo genitum Effraim, id eſt frugiferum. Iſte frugifer per mundum in vita iſta ponitur ad ſiniſtram, & ad paupertatem, &c. Sed obliuioſus Manaſſes ponitur ad dexteram proſperitatis: ſed in morte Deus manum commutat : quia iuſtum ponit ſub manu dextra gloriæ: obliuioſum autem, & maiorem natu ponit ſub ſiniſtra pænę : & quia beata virgo in tota vita iſta fuit ad ſiniſtram aduerſitatis, & pænę : neceſſe fuit vt in morte poneretur ad dexteram proſperitatis, & glorię : quod ſe teſtatur feciſſe filius Dei. A dextris eſt mihi, ergo. Regina cęli lætare: quia quem meruiſti portare, &c. In hijs verbis tripliciter deſcribit.

Primo	vt regnantem	In	perpetuis	a dextris
Secondo	vt lętantem		precibus	eſt
Tertio	vt participantem		bonis mutuis	mihi

Regnans	in	perpetuis	quia homo conſequitur	ſupernum ſolium
Exultans		precibus		ęternum premium
Participans		bonis mutuis		maternum gaudium.

Quantum ad primum. Nota quod perſonę honorabiliori, digniori, & immediatiori regi in regno: poſt regem debetur locus honorabilior: dignior, & in mediatior: & ideo matri reginę debetur locus honorabilior, & immediator. Talis autem perſona eſt regina mater regis: locus autem eſt a dextris. Figura. 3. Reg. 2. Venit Berſabee regina ad regem Salomonem : & ſurrexit rex in occurſum eius, & adorauit eam : ſeditque ſupra thronum ſuum : poſituſque eſt thronus matris regis quæ ſedit ad dexteram eius. Beata virgo eſt dignior poſt filium inter creaturas in Paradiſo & ei coniunctior: & immediatior, qui eſt a dextris. Vnde in morte ea veniente ad filium. Filius qui eſt alter immo plus quam Solomon : ad literam occurrit ipſi, &
Pſal. 44. poſitus eſt thronus matri, & ſedit ad dexteram. Aſtitit regina a dextris in veſtitu deaurato, id eſt in corpore glorificato : quia in vtroque. Eſt tamen aduertendum, quod quędam perſonę ſunt ambidextræ, ideſt vtraque manu : vt dextra vtentes : & iſtę quocunque ſe vertant ſunt ſemper ad dexteram: talis erat Aioth. Iudic. 3. Qui vtraque manu vt dextera vtebatur : aliæ ſunt habentes vnam manum ſolam dexteram, & iſti non ſunt ſemper ad dexteram. Sed in determinato ſitu loci: & diſtantia, & tempore. Sic duę perſonę ſpiritualiter fuerunt ambidextræ : quia tota vita fuit ſpiritualis, & abſque omni peccato: ſed aliæ omnes habent ſiniſtram aliquid pertinens ad corpus, ſcilicet peccatum. Vnde Bernard excepta inquam virgine de qua propter honorem Domini cum de peccatis agitur. Nullam prorſus volo quæſtionē habere. Si omnes ſancti, & ſanctæ cum hic viuerent interrogati fuiſſent. Vtrum ſine peccato eſſent. Omnes vna voce clamaſſent. Si dixerimus, quod peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt : quia ipſa ergo cum filio fuerat ſine ſiniſtra decebat vt ex omni parte, ſcilicet animæ, & corporis eſſet ad dexteram gloriæ. In alijs autem ſanctis : quia fuit ſiniſtra alicuius peccati non eſt ſic.

Vnde

Digitized by Google

Vnde non fuit ex parte corporis in dexteram:ſed erunt poſt determinatam temporis diſtantiam,ideſt in reſurrectione,ideo dicit mater filio illud. Tenuiſti manum dexteram meam,ſcilicet animam,& corpus, & cum voluntate tua Deduxiſti me in Paradiſum:me,ſcilicet in anima, & cum iterum per corporis reſurrectionem ſuſcepiſti me:dicendo illud Pſal. Sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.Dextera namque Domini fecit virtutem : dextera Domini exaltauit me,dextera Domini fecit virtutem.Ideo non moriar ſed viuam:quia habetur Prouerb.3. In dextra eius longitudo dierum , & in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria. Hæc de primo. Pſal.67.

Quantum ad ſecundum . Nota, quod eſt differentia inter poſſidentem regnum ad tempus,& vſurpatiue:& poſſidentem in perpetuum,& collatiue. Qui enim habet regnum ad tempus,& vſurpatiue:nunquam perfecte gaudet,& lętatur in ipſo: quia ipſum timet perdere.Sed ſemper eſt in dubio timore,& anxietate:Sed habens regnum in perpetuum,& ex alterius collatione gaudet , & lętatur ſtare in eo ſecuro,& ſine anxietate. Hęc autem differentia inter regnum temporale, & cęleſte ponitur:regnum enim temporale eſt per vſurpationem.Vt Auguſt. recitat in libro de ciuitate Dei.Regna magna:magna ſunt latrocinia. Ille autem vſurpat qui non debite ſed vltra quam debet:vel regna vel alia temporalia amat : & iſta nō habemus niſi ad tempus,& ideo in nulla re temporali debemus eſſe ſine timore:quia oportet ea perdere nec eſt igitur perfectum gaudium:quia Iob 21.Gaudent ad ſonitū tympani,& in puncto ad inferna deſcendunt : ideo beati omnes qui timēt Dominum in Pſal.Ideo regnum huius mundi eſt ſimile illi regno.Vbi quolibet anno vnus eligitur , & quolibet anno deponitur, & in fine anni de regno expellitur . Et cogitur exulare ſed regnum Dei non eſt de hoc mundo, & ideo eſt perpetuum, & confertur liberaliter a Deo,& ideo ibi homo poteſt lętari,& exultare ſecure:quia eſt inamiſſibile. Exultabo , & lętabor in te in Pſal. Vbi deſcribit matrem filius vt lętantem in bonis perpetuis:quia habet cum eo ęternum premium , quod notatur cum dicitur eſt,quod verbum eſt ſubſiſtentiæ permanentis. Dominus regnauit decorem indutus eſt,Ecce quantum ad ſe. Et enim firmauit orbem terræ qui non commouebitur,ecce perpetuitatem regni,& ſubiungit mater:imamiſſibilitatem pręmij. Parata ſedes tua ex tunc a ſæculo tu es. Hæc de ſecundo.

Quantum ad tertium . Nota quòd bonorum peregrinorum eſt vt vnus recepta curialitate,& ſeruitio ab alio in patria illius,ipſi recompēſet in terra ſua:ſic Chriſtus peregrinus fuit in hoc mundo cum matre. Luc.24 Tu ſolus peregrinus,quaſi diceret,non. In Pſal. Incola ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Beata autem virgo in terra ſua,ideſt in corpore ſuo,& in mundo iſto,Chriſto contulit beneficia,& ſeruitia.Nam cum in hoſpitio, ideſt vtero ſuo recepit, veſtem de panno proprio contulit,ſcilicet de corpore ſuo, & ipſi miniſtrauit, & parauit,&c. Et quicquid potuit curialiter fecit , & ideo Chriſtus in terra ſua in cæleſti patria matrem compenſare debuit:eam in hoſpitio Paradiſi collocando,& veſte corporalis reſurrectionis induendo, & cibū Angelorum ei conferendo : omnia bona mutuo communicando,& participem efficiendo quod fecit:ideo dicitur.A dextris eſt mihi. In quo oſtenditur,quod fecit eam participem in bonis mutuis:quia habet cum eo paternum gaudium:in Pſal. Quid,ideſt aliquid mihi eſt in cælo:quod tibi conferant a te quid, ideſt aliquid voluit ſuper terram , ſed ibi non eſt ſimile : quia ibi deficit caro mea, & cor meum, ſed tu quidem habes ipſa, &c. Deus cordis, & pars mea Deus in æternum:& merito:quia Dominus pars hęreditatis meæ mihi in pręclaris, & enim hęreditas mea pręclara eſt mihi. Ergo rogemus cælorum reginam, vt nos bonorum ſuorum faciat participes,& ſecum eſſe lætantes in illo etiam regno

æterno

Digitized by Google

æterno regnantes, quare cum dies illa venerit de qua ſcribitur. Matth. 2. In qua quidem eius filius ſtatuet agnos a dextris: hædos autem a ſiniſtris, cum illis dixerit. Ite maledicti in ignem ęternum. Nos illud mereamur audire. Venite benedicti patris mei percipite regnum: quia ibunt illi ad ſupplicium æternum: iſti autem ad vitam æternam. Ad quam, &c.

SERMO DECIMVS SEXTVS.

De Annunciatione Dominica, vel Natali Domini.

Pſal. 16 De abſconditis tuis repletus eſt venter. Principis rempublicam gubernantis eſt theſaurum tempore neceſſitatis, & indigentiæ ſubditorum diſtribuere a diuerſis partibus vbi eis eueniet neceſſitas mittere, & diſpenſare. Hoc autem fit vt precioſior, & magis dilecta in loco precioſiori: & magis dilecto portetur, & ponatur Figura horum. Geneſi. 44. Ioſeph factus publicæ gubernator vniuerſalitatis: imminente fame aperuit horrea ægypti: & diſpenſabat frumentum non ſolum in ægypto: ſed etiam in alijs regionibus: vnde cum impleuiſſet ſaccos fratrum ſuorum: tacite mittens in terram canaam fecit poni ſuum cyphum ſibi charum in ore ſacci fratris ſui Beniamin ſibi chari, & prædilecti. Ad propoſitum Deus eſt vtilitatis publicæ totius vniuerſi gubernator: cuius prouidentia in ſua diſpoſitione non fallitur: quia ergo in tempore naturæ ipſe theſaurum temporalium dederat humano generi, & non ſufficiebat ad humanam ſalutem: poſtquam ipſe theſaurum legis Moſaicæ aperuerat tempore legis ſcriptæ: nec ſufficiebat: tandem ſecretius, & nobilius nobis miſit tempore gratiæ Chriſtum in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi ſunt: ſecundum Apoſtolũ ad Colloſenſi 2. Et quia iſte theſaurus a ſeculis erat abſconditus: tamen charus: ſecretum vas, & Deo chariſſimum vterum, ſcilicet Virginalem Deus pater elegit: in quo vaſe ille cyphus argenteus clarus veritate doctrinæ, & ſonorus prædicatione in via ļetificans: quia calix inebrians in quo augmentatur, ideſt cuncta operatur Deus pater nobis eſt apportatus, & hæc verba. Dirigit Deo patri di-
Pſal. 16. cens. De abſconditis tuis adimpletus eſt venter.

Vbi nota tria.

Nam { Homini aliquid reuelatur / receptatur / ſecundatur } quia { de abſconditis / de tuis adimpletus / eſt venter }

hic namque { reuelatur diuinitas occulta / receptatur infirmitas menſurata / ſecundatur verginitas imprægnata } ideo dixit { de abſconditis / tuis adimple / eſt venter. }

Chriſtus eſt theſaurus pretioſus. Quantum ad primum. Nota quod cum Chriſtus eſſet theſaurus precioſus, & abſconditus: non fuit totaliter, & publice paratus, & reuelatus; quia denudari deſiderat qui talem theſaurum per viam portat: ſed fuit nobis abſconditus, & velatus ſola fide reuelatus: fuit autem abſcondita, & ſua diuinitas in matris vtero, in crucis patibulo, & lapideo ſepulcro. In matris vtero fuit abſcondita ſicut theſaurus in agro. Nota quod homines volentes theſaurum ſuum ſeruare a latronibus: ponunt in loco inexcogitato, & de quo nullus ſuſpicetur: vnde aliquando ponunt in agro. Ita fecit Deus volens hunc theſaurum filium ſuum dæmonibus cælare in loco inexcogitato

gitato in agro florido; vtero virginali ipſum abſcondit: non ſolum tribus menſibus ſicut fuit abſconſus Moyſes. Exo.7. Sed nouem menſibus ſicut cęteri hominum: & quis hoc vnquam cogitaſſet: certe hoc factum eſt quatenus hoc ſacramentum diabolo celaretur. De hoc Matth.2. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro,&c. Secundo fuit abſconditus in patibulo crucis, ſicut abſconditur lux in nubilo, veniente enim nube terreſtri, & groſſa, Lux in nube tempore tempeſtatis abſconditur:& ſol niger redditur,& eius claritas obumbratur. Ita fuit in tempeſtate paſſionis:quia tunc claritas diuinitatis non videbatur: quinimmo ipſe ſol factus eſt niger, quia vidimus eum: non habentem ſpeciem neque decorem. Abacuc.3. Splendor eius vt lux erit:cornua in manibus eius,hoc fuit in cruce: ibi abſcondita eſt fortitudo eius ante faciem eius ibit mors. Tertio fuit abſconditus in lapideo ſepulchro:ſicut abſconditur leo in antro: catulus leonis in antro poſitus, & mortuus tertia die ad vocem patris reſurgit:ita Chriſtus poſitus mortuus in ſepulcro, Deo patre clamante illud Pſal. Exurge gloria mea exurge Pſalterium, & cythara,&c. Et ſtatim reſurrexit dicens Exurgam diluculo, ideo,& competit ſibi illud Pſalm. In abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Tu es Deus abſconditus,& ſaluator Iſrael. *Eſa.4.* De his tamen omnibus eſt reuelatus per fidem. Lucæ.4. Abſcondiſti hæc prudentibus, & ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis, ideſt fidelibus Chriſtianis. Hæc de primo principali.

Quantum ad ſecundum. Nota quod in vita iſta ſola virgo fuit adimpleta,quia Deum recepit temporalia enim non replent, ratio hæc eſt ſic eſt de receptione bonorum temporalium in mundo ſicut de receptione aquę in puteo. In puteo enim duę ſitulę numquam ſunt plenę ſimul ſed dum vna impletur,alia euacuatur. Sic in homine ſunt duę ſitulę,anima, & corpus. Quando enim corpus impletur temporalibus, anima euacuatur ſpiritualibus, & econuerſo, ideo homo numquam eſt plenus. Anima eius non impletur bonis. Eccleſia.6. Sola enim beata virgo ex ſpeciali munere habuit plenitudinem in mente per gratiam collatam, & in ventre per Diuinitatem incarnatam, ideo Luc.1. Angelus eam plenam vocauit, dixit. Aue gratia plena Dominus tecum,&c. In Pſal. Adimplebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum. Hæc de ſecundo.

Qua arbor poſſit dici Benedicta.

Quantum ad tertium. Nota de nulla arbore per florem fructum ferentem viſum eſt vt flos ſimul ſtaret cum fructu,ſed veniente fructu flos marceſſit,& cadit,vnde nunquam ſtant ſimul, ſed ſi inueniretur talis arbor vbi flos ſimul ſtaret cum fructu,& fructus cum flore non corrupto,illa arbor,& fructus eius poſſet dici benedicta. Hoc autem inuenitur in arbore vbi fructus, & flos idem ſunt ſicut in ficulnea proferente ficus precoquas vulgariter figuũ flores. Nã ibi ſimul ſtãt flos, & fructus, quia idem ſunt. In nulla muliere nunquam fuit ſimul flos, & fructus, virginitas, & fæcunditas, nec vnquam ſimul ſteterunt,ſed adueniente fructu, cecidit flos virginitatis. In fructu autem beatæ Mariæ virginis,ſimul ſteterunt flos,& fructus,virginitas,& fæcunditas,ratio autem fuit quia ille fructus fuit flos. Eſaya.11. Egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet Vnde cantamus. Virgo Dei genitrix virga eſt,flos filius eius. Ideo quia idem erat flos,& fructus. Fructum genuit filium concipiendo, & pariendo, & flos non emarcuit virginitatem perdendo vel mouendo,ideo venter ille cum fructu ſolus benedici debuit, ſic fecit illa Eliſabeth Luc.1. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Illud fecit. Luc.11. Quæ extollens vocem dixit Chriſto. Beatus venter qui te portauit,& vbera quæ ſuxiſti. Quinimmo ille dixit. Beati qui audiunt, &c. Ad quam beatitudinem,&c.

Digitized by Google

SERMO DECIMVSSEPTIMVS.

De Annunciatione Dominica, vel Natali Domini.

Pſal.18. IN ſole poſuit tabernaculum ſuum. Ad bonum domus ordinatorem pertinet vnicuique locum ſecundum conditionem conferre, vt primis, & maioribus, & nobilibus locus prior, & honorabilior, & nobilior conferatur, & minoribus minor, & mediocribus mediocris eligatur. Figura Geneſi.43. Ioſeph diſpenſator, & ordinator domus ſuæ, & Pharaonis in conuiuio fecit ſedere fratres ſuos ſecundum conditionem cuiuslibet vt primus eſſet in primo loco, & ſic de alijs. Vnde dicitur vnus ibi. Sederunt coram eo primogeniti ſecundum primogenita ſua, & iuxta ętatem ſuam. Hoc ſimiliter eſt in naturalibus Deus enim qui fecit omnia in ordine, & menſura, nobilibus auibus dedit locum altiorem vt aquilæ. Iob.34. Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum, ignobilibus dedit locum inferiorem vt paſſeribus. Paſſer enim ſolitarius in tecto. Illic paſſeres nidificabunt. Ibi enim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, & vbi reponat pullos ſuos. In Pſal. Ad propoſitum. Deus pater voluit mittere filium ſuum in mundum, & quia ipſe ſicut nobiliſſima Aquila quæ prouocat ad volandum pullos ſuos. Deut.32. Non debuit ſibi dare nidum, & tectum vteri cuiuslibet mulieris vbi eſt nidus communis hominũ, ſed oportuit vt eligeret ſibi tamquam aquilę regię nidum in arduis in loco alto, & in pręruptis ſalicibus, hoc eſt in Virginis almæ viſceribus, in quo loco altiſſimo per merita, & virtutes: De⁹ pater tabernaculũ, & nidum filio ſuo fecit ſicut ipſe filius promiſerat. Leuit.26. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri ambulabo inter vos: & ero veſter Deus. Et hoc factum eſt, & completum in Annunciatione: de quo dicitur hic. In ſole poſuit tabernaculum ſuum: vbi tria deſcribuntur. Nam hanc filij humanitatem. Pſal. deſcribit tanquam.

Curioſius fabricatam	Nam hæc continet	plenitudinem ſanctitatis	taberna.
Copioſius prædicatam		magnitudinem diuinitatis	poſuit
eminentius ſublimatam		originem claritatis	in cælo.

Sanctitas	hoc	affuit	in	mẽte ſpirituali	ideo dicitur	taber.
Diuinitas		latuit		vẽtre verginali		poſuit
Claritas		peruit		dote ſpirituali.		in ſole

Tria quæ opatus fuit Deus in tabernaculo, opatus eſt etiã in Virgine. Quantum ad primum. Nota quod beata Virgo comparatur tabernaculo propter tria. Quæ Deus in tabernaculo veteris teſtamenti operatus eſt: ad iudeorum ſalutem. Quæ ſpiritualiter eſt in Virgine ad Chriſtianorum ſalutem operatus. Nam illud tabernaculum Dei fuit per deſcenſum Dei ſanctificatum: nube lucidatum in pacto fęderatum. Sic habitatio Virginis fuit per deſcenſum Spiritus ſancti ſanctificata: & etiam in vtero, & cæteris copioſius ſecundum Bernadum. Vnde de hoc. In Pſal. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus Sic ſecundo: cum Deus deſcendit in iſtud tabernaculum non deſcendit niſi in nube: quam in ea aſſumpſit noſtrę humanitatis. Exodi.33. Ingreſſo primo tabernaculum fęderis deſcendebat, ideſt ſuo deſcenſu ſe præbebat columna nubis. Apoca.21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Sic ſecundo ſicut in tabernaculo fæderis Deus locutus eſt Moyſi facie ad faciem: ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum, & pepigit pactum fęderis cum populo dicens. Præcedet te facies mea, & ego oſtendam tibi omne bonum. Exo.3. Et ipſe præceſſit eos cum tabernaculo per colunnam nubis per diem: & per colũnam ignis per noctem: vſque ad terram promiſſionis. Exod.13.

Ita in

Digitized by Google

Ita in tabernaculo humanitatis Aſſumptæ in tabernaculo virginis Deus nouiſſime locutus eſt nobis in illo facie ad faciem: & pepegit pactum fœderis, & dilectionis nobiſcum dicens: quod pręcederet nos facies ſua, & oſtenderet omne bonum: quia gloriam paradiſi, & ipſe pręcedit nos columnam nubis quantum ad fidem, & igni quantum ad charitatem Donec veniamus ad bona Dñi in terra viuentiũ. Ideo hoc eſt tabernaculum. Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domum Dei. *Pſal.41.* Hoc enim eſt tabernaculum ſuum vbi ſolum habitauit in hominibus. Quod ſolum filio Dei ingredienti ſoli ſine peccati macula debebatur. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. Reſpondet qui ingreditur ſine macula. In Pſal. Ille eſt Chriſtus: quia de alijs. Pſal. In peccatis concepit me mater mea.

2 Deus fecit incarnationem ſicut ſapiens piſcator: quia talis volens capere piſces in hamo: con proijcit: nec oñdit ferrum nudum piſcibus: ſed coopertum carnibus: proſequuntur, & capiuntur. Sic facit Deus volens capere homines, & ad ſe trahere: miſit filium non nudum: vtiq; quia Diuinitatis potentiam horruiſſemus: & fugiſſemus: ſed veſtitum carne noſtra: vt ei ſimiles ipſum proſequeremur, & ab ipſo traheremur: & ideo antequam ipſum ad mundum, & ad mundanos proijceret: poſuit eum in camera vteri virginalis: vbi eum in carne nr̃a poſuit, & veſtixit. Quod factũ fuit in Dñica Annunciatione, ideo dicitur. Poſuit in mari manum eius id eſt *Pſal.88* in Maria quæ interpretatur amarum mare: filium ſuum qui eſt manus dextera: per quam pr̃ operatur in fluminibus, ideſt Virginis viſceribus dexterã eius. Ipſe inuocauit me: pater, &c. Ego primogenitum ponam illum, ſcilicet patris ab ęterno, & matris in tempore, excelſum prę regibus terrę Nota etiã, quod dicit ſignãter poſuit manum in mari, ideſt in Maria manum: quia modus eſt magnorũ per terram euntium vt a pręcurſſore faciant donum ſingularem ſibi ſignari, & ad manum ſuam poni ſibi, & ex tunc nullus illuc ingreditur, vel habitat niſi ipſe ſolus: & eſt ab omnibus alijs ſecura. Ita fecit Dei filius: quia in hunc mundum veniens pręmiſit pręcurſorem ſuum. Quia miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo, &c. Et iſte ſignauit hoſpiciũ *Luc.1.* gratum: ſingulariter ad Mariam Virginem. Et ingreſſus dixit. Aue gratia plena. Et poſuit ad manum curiæ: ad manum Dei. Dominus tecum. Et ideo ex tunc: nullus habuit poteſtatem in domum illam: quia nec diabolus, nec peccatum nec Ioſeph, nec mundus: ſed ſolus Dominus ibi habitauit. Solus Dominus eſt ingreſſus. Porta hæc clauſa erit & non aperietur: quia ſolus Dominus ingredietur per eam: hoc etiam *Ezech.44* ipſa petebat. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. In Pſal. Tu formaſti me, & po *Cantic.8.* ſuiſti ſuper me manum tuam.

3 Beata Virgo ſoli comparatur propter tria. Nã ſol eſt omni luce creata in quãtitate maior, claritate lucidior, fęcũditate virtuoſior. Ita beata Virgo eſt omni ſancto Paradiſi maior: quãtitate meritorum: lucidior claritate premiorum, virtuoſior fęcunditate prolis, & morum, vel fæcunditate donorum vel miraculorum: ſicut enim ſol eſt fons lucis, & caloris, & in cuius virtute inferiora germinant: ita beata Virgo Maria fuit fons illius qui eſt lux vera: quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et illius de quo in Pſal. Non eſt qui ſe abſcondat a calore eius: *Ioan.1.* eo dicente. Veni mittere ignem in terram. Et cuius virtute, & gratia: nos inferiores in bonis operibus germinamus: vnde poteſt dici de ea illud Pſal. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in ęternum. Ad terra enim ſol, & luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Abach. 3. Vnde Apo. 12. Signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, &c. Dic quare comparatur ſoli, & lunę: ergo eſt illa de qua dicitur Eſai. 19. Ciuitas ſolis vocabitur vna: ſicut autem diximus ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum: in ciuitate Dei noſtri, &c. Ad cuius viſionem, &c.

Digitized by Google

SERMO DECIMVS OCTAVVS.

De Beato Gregorio.

Pſal. 18. SApientiam præſtans paruulis. In Pſal. Rex ardua periculoſa: & difficulter ad diſpenſandum non datur per Dominum tardo viro ſed prudenti, & fideli: prouido, & ſapienti. Matth. 24. Fidelis ſeruus, & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. *Figura.* Figura huius. Geneſi. 41. Pharaoni occurrit res ardua, & difficilis ad diſpenſandum, & bene ordinandum, ſcilicet ſeptem anni ſummæ ęgeſtatis, & ſterilitatis: ideo oportebat, vt in iſta re tam ardua eſſet talis per Pharaonem poſitus diſpenſator: quod malum inopiæ ſeptem annorum egeſtatis per bonum copiæ ſeptem annorum fertilitatis prudentius temperaret: vnde dicit Ioſeph Pharaoni. Prouideat rex virum ſapientem, & induſtrium: vt præficiat eum terræ ægypti, &c. Vt non conſumatur terra, &c. Rex autem pręfecit diſpenſatorem non niſi ſapientem ipſum, ſcilicet Ioſeph. Cui dixit: nunquam ſapientiorem te inuenire potero: tu eris ſuper domum meam, & tui oris imperio, cunctus populus obediat: vno tamen regni ſolio te præcedam: & tulit anulum de manu ſua: & dedit Ioſeph, & ſtolam. Ad propoſitum res ardua, & difficilis eſt regere domum vniuerſalis Eccleſiæ militantis: Ideo Deus quando ipſe diſponit: non committit eam niſi viro prudenti, fideli, induſtrioſo, & ſapienti. In Eccleſia enim primitiua præceſſerunt ſeptem anni vbertatis, & fertilitatis quãdo regebatur ſeptem operibus miſericordiæ: & erat plena ſeptem donis Spiritusſancti. Timeo enim ne hodie ſint ſeptem anni ſterilitatis: & regnent ſeptem peccata mortalia in perſonis Eccleſiaſticis: Ideo Deus in Eccleſia non ponit diſpenſatorem niſi ſapientem: qui ſciat de prioribus Eccleſiæ fertilitatibus, & bonis operibus nunc in Eccleſia diſpenſando prędicationem, & opere proficere. Sed dicens: vnde hoc, quod in Eccleſia inueniuntur multi diſpenſatores qui non ſunt ſcientes in ſpeculabilibus: prudentes, & induſtrij in agibilibus, ſapientes de cæleſtibus. Reſponſio eſt: quia ad diſpenſandum eos Deus non poſuit: ſed parentes vel mundus Vnde conqueritur Dominus. Matth. 24. Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens quem conſtitut Dominus, &c. Et quia beatus Gregorius fuit ſciens: ſapiens, & induſtrius. Ideo Deus dedit ei regimen ſuper re ardua, & difficili, dicens. Nunquid ſapientiorem te inuenire potero: tu eris ſuper domum meam, & Eccleſiam: & dedit anulum, & ſtolam, id eſt inſignia Pontificatus ſummi. Vno tamẽ ſolio te præcedam: quia ſcilicet ego Dominus, & tu ſeruus. Si ergo quæratur quare hæc fecit Chriſtus. Certe quia erat ſapiens, & induſtrius, & hoc eſt: quia ipſe erat ſapientiam pręſtans paruulis. Vbi Pſal. Tripliciter deſcribit beatum Gregorium primo veritate lucentem: quia habuit ſapientiam. Secundo charitate feruentem: quia fuit pręſtans. Tertio humilitate placentem: quia comparauit ſe paruulis.

Fuit namque beatus Gregorius } in { rudium eruditione veritate fulgidus. / inopum ſuſtentatione charitate feruidus. / humilium recognitione paruitate placidus.

{ habuit ſapientiam / fuit pręſtans. / comparauit ſe paruulis.

Ergo iuxta prædicta beatum Gregorium, hijs verbis intuendo eum inuenimus.

Fulgi-

Digitized by Google

Fulgidum } in { ſplendore veritatis.
Feruidum } in { ardore charitatis
Placidum } in { decore paruitatis.

Fuit namque ipſe { Doctor egregius / Paſtor propitius. / inſpector proprius } ideo dicitur { ſapiens / præſtans / cōparauit ſe paruulis

1 Beatus Gregorius fuit Doctor egregius habens claritatem veritatis doctrinæ propter ſuam ſummam ſcientiam : quam ſimul habuit : vnde vt in vita eius dicitur a pueritia : in phyſicis, & artibus liberalibus pleniſſimè eruditus fuit : ideo vocatur hic ſapiens. Nota vix reperitur quis bene gradiens : bene, & alte volans : & econuerſo, ſicut perdix quæ bene graditur : male volat, & econuerſo hyrundo. Sic vix inuenitur homo habens ſcientiam de terrenis, & curam habens, & ſcientiam de ſupernis: quia vix ſe compatiuntur. Sed beatus Gregorius, & habuit noticiam per ſcientiæ cognitionem, & curam per adminiſtrationem, & prælationem de inferioribus : & noticiam, & dilectionem de cæleſtibus, & ſuperioribus : vnde Gallo poteſt merito comparari qui grana vno oculo colligit, & reſpicit inferius, altero oculo a miluo ſe tuetur: & cælum intuetur ſuperius: clamore ſibi, & alijs præcauens mortem a miluo. Sic fecit beatus Gregorius: quia ſic in ſcriptura ſapuit, & docuit, vt nunquam dimitteret ſuperiora : nec vnquam relinquiret cæleſtia. Sed de vtriſque clariſſimè docuit: ſcripto, verbo, pariter, & exemplo: vnde poteſt ipſi competere illud Iob. 38. Poſuit in veſtibus hominis ſapientiam, & dedit gallo intelligentiam: inde eſt quod ſecundum ſuum nomē dicitur Doctor gregis: vel egregius: ideo dicitur Eccleſiaſt. 15. In medio Eccleſiæ aperuit os eius : & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus ſtola gloriæ induit eum. Quod factum eſt quando indicio columnę pręfulgidæ in ſignum ſuæ fulgidæ Doctrinæ latitans eſt inuentus, & in ſummum Pontificem eſt ordinatus. Nota de Doctrina eius in vita, & quomodo Petrus ſanctitati, & ſcientiæ Gregorianæ teſtimonium dedit. Ideo competit ipſi illud Pſal. Et 2. Paralipomeno. 1. Sapientia, & ſcientia data ſunt tibi : diuitias autem, & ſubſtantiam, & gloriam tibi dabo.

Galli natura.

2 Dominus conqueritur de rectoribus Eccleſiæ: quia ipſi non preſtant ouibus pabulum, & ſubditis: nec paſcunt eos: ſcilicet potius volunt paſci ab eis. Ezech. 24. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges paſcuntur a paſtoribus : ſed beatus Gregorius non fuit de illis: ſed ipſe gregi ſuo prouidit: ideo dicitur pręſtās. Vbi ſciendum quod bonus paſtor ouibus ſuis tria pręſtat: & ita fecit beatus Gregorius. Nam ille primo prouidit de ſono fiſtulæ blandientis. Nam communiter paſtores habent cabretam, vel fiſtulam, qua gregi melos canunt: ita prouidit beatus Gregorius, cantum Eccleſiaſticum ordinando. Ipſe enim fuit pater canentium in cythara Nota in legenda quomodo conſilium generale pręelegit cantum eius cantui Ambroſiano. Secundo prouidit de pabulo paſcuæ nutrientis Nota quomodo in vita eleemoſynas faciebat, ſcutellam argenteam dari fecit, ſeptem Monaſteria conſtruxit, omnium indigentium nomina ſcripta habebat; tribus millibus ancillis Chriſti. 70. libras auri quolibet anno dabat, & cætera in vita eius. Tertio prouidit de baculo diſciplinæ corripientis.

Bonus Paſtor tria pſtat ouibus ſuis.

Nota in legenda ſua qualiter ſubditos corrigebat : ideo iſte non erat piger, & dormiens ſuper gregem ſuum: ſed erat de illis de quibus Lucæ. 2. Paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum : ideo prius benè comparatus eſt gallo qui ſolus vigilat, & cuſtodit vigilias noctis ſuper gregem ſuum: & ad vigilandum excitat: quod fecit beatus Gregorius, & prædicando, & ſcribendo, ideo Gregorius interpretatur quaſi vigilans. Iſte ergo fuit Paſtor

Digitized by Google

ſtor propicius: preſtans neceſſaria gregi ſuo:ideo poteſt dici etiam illud Iudic. 18. Hoc,& hoc preſtitit mihi . Hic eſt de quo Apoſtol.2. Corinth.9. Hilarem datorem diligit Dominus Ecce ſonum fiſtulæ blandientis: qui enim adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit: Ecce pabulum paſcuæ nutrientis,& augebat incrementa frugum iuſtitiæ. Ecce baculum diuinæ charitatis.

5 Res omnes ad principium ſunt gratioſiores,& placentiores in ſua paruitate: vt patet in pueris,& animalibus alijs:quia poſtea cum creſcunt non ſunt ita grata. Sic ſpiritualiter quamdiu homo facit ſe paruulum per humilitatem eſt Deo gratus,placens,& acceptus:ſed non cum creſcit in ſuperbiam.Iaco.4. Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Quanto autem homo maior eſt merito,& minor ſui reputatione in animo : tanto Deo acceptabilior :quia Eccleſia.3. Dicitur. Quanto maior es humilia teipſum in omnibus. Horum figura. 1. Reg.4. Vbi dicitur, quod Saul maior erat omni populo ab humero , & ſupra:nec inueniebatur vir ipſi ſimilis in Iſrael, & tamen ipſe erat paruulus in repreſentatione, & ideo fuit ſic Deo gratus,quod eum fecit regem in Iſrael. Vnde dicitur. 1.Regum.3. Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis,caput factus es in tribubus Iſrael: Sic eſt de quo liber , & fuit in beato Gregorio . Nam cum magnus eſſet in genealogia : quia natus de nobiliſſimis romanorum : magnus in ſcientia, & vita, & reputatione: quia maiores dixerunt Papæ de ſua abſentia . Petrum offendiſti, Romam deſtruxiſti, Gregorium diuiſiſti . Item Angelus dicenti . Pax Domini,&c. Reſpondit. Et cum ſpiritu tuo . Tamen ipſe ſe paruulum reputans: Papatum fugit. Nota hiſtoriam,&c. Item ordinatus in Papam ſe primus ſeruus ſeruorum Dei nominauit: & alios inſtruxit nominari . Nota alia ad ſuam humilitatem pertinentia : & idem cum eſſet paruulus apud ſe Deus eum exaltauit in Eccleſia militante, & triumphante, vt poſſit de eo intelligi illud. Matth. 18. Aduocans Ieſus paruulum ſtatuit eum in medio eorum ; ergo concludamus quod ſequitur : quicumque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte : hic maior eſt in Regno Cælorum . Ad quod &c.

SERMO DECIMVSNONVS.

De Pœnitentia per totam Quadrageſimam : vel per totum tempus Paſcale.

Pſal.19.

Surreximus, & erecti ſumus. Inter cętera quæ plus , & amplius excitant hominem a ſomno , & faciunt eum ſurgere de lecto eſt clamor vel ſonus fortis.Vnde in æſtate ad ſonum tonitrui ſurgũt homines a lectis,& excitantur a ſomnis.Sic legitur Ioſue primo. Fuit excitatus Ionas per gubernatorem dicentem cum dormiret ſopore graui. Quid ſopore deprimeris: ſurge, & inuoca Deum tuum . Ad propoſitum ſtatus peccati mortalis eſt ſopor grauis: quia ſicut ſoporatus non habet opera vitæ:ita nec peccator habet opera vitę æternæ meritoria. Dormierunt ſomnum ſuum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Illud ergo quod plus excitat homines a peccato, & facit ſurgere a peccati lecto eſt clamor confeſsionis, quod figuratur Ioann.11. Vbi dicitur, quod Lazarum dormientem quatriduanum , id eſt fœtentem in monumento ſuſcitauit Ieſus clamans voce magna dicens.

Figura.

Clamor cõfeſſionis efficaciter excitat à peccato.

Lazare

Digitized by Google

Lazare veni foras,& ſtatim prodijt qui fuit quatriduanus mortuus. Sic ſpiritualiter qui eſt fætens per habitudinem peccatorum excitatur, & prodit ad clamorem confeſſionis,& modo eſt tempus in quad.ſurgendi,ſecundum Apoſtolum. Rom. 12. Quia hæc hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: quia multi clamauerunt per confeſſionem,ideo excitati ſunt a peccati ſomno, & ſurrexerunt a peccato : ita vt poſsint dicere. Surreximus, & erecti ſumus . Vbi nota quia vt dicit Pſalm. Per pænitentiam.

Subleuamur a vitijs Informamur in gratijs Solidamur in præmijs	ſurreximus & erecti ſumus	Namque per pænitentiam

Subleuamur relinquentes vitiorum ruinoſam turpitudinem Reformamur aſcendentes meritorum fructuoſorum altitudinem Solidamur amplectantes premiorum fructuoſam certitudinem	ſurreximus & erecti ſumus

1 Homo conſueuit ſurgere de lecto, & de conuiuio. De conuiuio quando miniſtratur cibus venenatus, & potionatus tunc eſt menſa peccatorum. Prouerb.23. Noli eſſe in conuiuijs peccatorum nec reſpicias vinum quando flaueſcit:blande enim ingreditur, & in nouiſſimis mordebit vt coluber: & quaſi regulus venena diffundet.Surgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris Nota quod peccatum per conſenſum cor attingendo hominem interficit ſicut venenum . Secundo ſurgit potiſſime quando habet malam ſocietatem:vt ſerpentem pungentem, vel cadauer mortuum, & fætidum.Peccator habet ſerpentem mordentem in lecto, ideſt peccatum remordens conſcientiam : & cadauer mortuum , id eſt peccatum fætidum.Matth.23. Væ vobis qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis:qui foris apparent hominibus ſpecioſa:intus vero ſunt plena oſſibus mortuorum Sicut vulnerati dormierunt in ſepulchris,&c. Contra hos Apoſt. Surge qui dormis exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.

2 Arbor tortuoſa,& declinans ad arborem rectam colligata erigitur: & in rectitudinem eleuatur peccatores ſunt declinantes,& tortuoſi. Omnes declinauerunt *Pſal.* 13. ſimul inutiles facti ſunt non eſt qui faciat bonum, &c. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, ideo debet ſe colligare rei rectæ vt rectificetur:quia Cum ſancto ſanctus eris,&c.Nunc autem arbor decora,& fulgida eſt erecta. Arbor ſcilicet crucis,& pænitentiæ : cuius altitudo pertingit vſque ad cælum:huiuſmodi eſt fructuoſa copia meritorum: ergo tortuoſus peccator debet iſti adhęrere per amorem, & ſe ei colligare per operationem, & ſic in rectitudinem erigetur. 2. Eſdre.6. Poſitum eſt decretum vt omnis homo qui hanc mutauerit iuſſionem,tollatur lignum de domo ipſius: erigatur, & configatur in eo. In hoc enim ligno. Dominus erigit eliſos:Dominus dirigit iuſtos.In eo erexit nobis cornu ſalutis.Lucæ.2. *Pſal.*144.

3 In naui admiraldus,vel Dominus nauis habet bellatores ſuos ſcriptos in libro ſuo, & qui ibi eſt ſcriptus certitudinem habet de premio ſuo: Deus fecit nauē ad bellandum contra nauem diaboli:mundi,& peccati. Qui ergo ſunt de naui peccatorum non ſunt ſcripti in libro vitæ : ſed mortis. Apocalip.3. Non habes quod viuas, & es mortuus. Trenorum.11. Peccauerunt patres noſtri, & non ſunt. Sed illi qui de naui peccatorum ſunt tranſlati ad nauem peccatorum ſunt ſcripti in libro vitæ.Ioan.40 Tranſlati ſumus de morte ad vitam. Nam ſunt ſecuri de ſtatu,& premio:quia vos a peccato ſurrexiſtis,& ad meritoria opera vos erexiſtis: ideo ad premia æterna ſcripti eſtis:ergo iuxta illud Lucæ.10.Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.Ad quod cælum, &c.

Digitized by Google

SERMO XX.

De Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis.

Pſal.20. POſuiſti in capite eius coronam. In regno temporali obſeruatur, quod rege ad regnandum coronato coronatur, & regina: vt ſicut illi datur decus regale ad regnandum principaliter: ita ipſi ad conregnandum *Figura.* acceſſoriè: & ſicut ſunt participes laboris: ita ſunt participes honoris. Figura Heſter.2. Poſtquam rex Aſſuerus diadema ſuſceperat regni ſimiliter dedit Heſter poſtea ad regnandum: vnde dicitur ibi. Adamauit eam rex ſuper omnes mulieres: habuitque gratiam, & miſericordiam coram eo, & poſuit diadema in capite eius fecitque eam regnare. Ad propoſitum Dei filius per ſceptrum *Pſal.2.* crucis, & coronam: factus eſt rex in æternum. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, &c. Quia regnabit in domo Iacob in æternum: quia ergo ipſe coronatus erat in regno: decebat vt regina coronaretur ab eo, & conregnaret cum eo: potiſſime: quia, & ipſa ipſum coronauit in regno ſuo. Cantico.3. Egredimini filię Syon, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua: ideo ipſe ſicut alter Aſſuerus adamauit eam ſuper omnes mulieres. Ita factum Lucæ.1. Angelus proteſtatur. Benedicta tu in mulieribus: habuitque gratiam, & miſericordiam coram eo: ſicut dixerat ibidem Angelus. Inueniſti gratiam apud Dominum: poſuiſti diadema regni in capite eius, & fecit eam regnare ſicut dixerat ei Angeluss. Regnabit in domo Iacob. Hæc eſt ergo regina miſericordiæ, ſponſa Dei electa altera Heſter. Quæ ſalutem populi apud regem felicius procurauit: quam, & filius coronauit vt ei Pſa. Loquitur dicens. Poſuiſti, &c. Vbi circa virginem tria deſcribit. Inuenies, ſcilicet aliquid.

Depoſitum	& hoc fuit	patris ſapientia æqualis	poſuiſti
Propoſitum		matris excellentia Virgina	in capite.
Appoſitum		luminis gloria æternalis	coronam

1	depoſuiſti ſapientiam coæqualem	quia	intrauit ſecretius.
2	propoſuit excellentiam Virginalem		exultauit ſublimius
3	appoſuiſti gloriam æternalem		miniſtrauit præcelſius

Ideo dicit	Poſuiſti
	In capite
	Coronam

1 Nobile, precioſum, & charum depoſitum non niſi in loco precioſo, & nobili debet poni. Sic filius Dei cum eſſet nobiliſſimum depoſitum: non niſi in loco nobiliſſimo adeo debuit poni. In Virginis thalamo: quod figuratum eſt Geneſi.2. Cum *Figura.* enim Deus creaſſet hominem: noluit eum ponere niſi in loco nobiliſſimo, ſcilicet terreſtri Paradiſo. Vnde ibidem dicitur. Plantauerat enim Dominus Deus Paradiſum voluptatis a principio: in quo poſuit hominem, &c. Certe hæc Paradiſus voluptatis: fuit Virgo beatiſſima propter tria quę illa Paradiſus habuit. Nota primo, habuit lignum vitæ in medio. Primo hoc lignum fuit Chriſtus. Ego ſum via veritas, & vita. Ioanni 14.

Nota hoc lignum habuit: quod erat lignum vitæ: & ſcientiæ boni, & mali. Applica hæc quomodo Chriſto conueniunt. Iob 38. Poſuit in viſceribus hominis, id eſt Virginis: quia Chriſtus ſe vocat filium hominis: ſapientiam increatam, ſcilicet boni, & mali ſcientiam.

Secundo

Digitized by Google

Secundo habuit fontem cum fluuio. Gen.1.Qui diuidebatur in quatuor capita. Iſte fons fuit Dei filius. Eccleſia. 1. Fons ſapientiæ verbum Dei. Ioan.4. Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam : qui diuiditur in quatuor capita,& in quatuor Euangelia ipſum prędicantia.

Nota autem,quod fluuius egrediens de Paradiſo in hoc differt ab omnibus alijs: quia alij montes,& aliæ terræ fontem, & aquam non habent a ſe:ſed ab alio vt dicit Ariſtot.lib.Mete.ſ.a mari. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Eccle.1. Omnia flumina intrant mare. Sed paradiſus non habet fontem , & aquam ab alio niſi a ſe:& a Deo. Sic fuit in virgine : nam omnes aliæ mulieres prolem habent ab alio:quia a viro : ſed hæc non niſi a ſe, & a Deo Ideo ipſi proprie competit, illud. Pſal. Poſuit deſertum, ideſt virginem beatam deſertam ab omni virili conſortio. *Pſal.106.* In ſtagna aquarum parientem Chriſtum ſtagnem , & abundantiam omnium cæleſtium gratiarum,& terram ſine aqua, ideſt virginem ſine aqua virilis ſeminis : ſed cum aqua myſtici ſpiraminis In exitu aquarum: id eſt in partu Chriſti : a quo exit omnis aqua gratiæ ſacramentalis.

Tertio in paradiſo voluptatis fuit homo abſque quocunque vitio. Sine enim peccato, & peccati cuiuſlibet macula ibi poſitus fuit homo Adam, ſcilicet primus terreſtris:qui a ſolo Deo de terra fuit ſine homine generante productus:ita in beata Virgine fuit Chriſtus homo poſitus abſque omni peccati originalis, & actualis macula.Innocens manibus,& mundo corde. *Pſal.23.* Factus adam cæleſtis qui ſine humano patre genitus de terra noſtræ carnis aſſumpto corpore formatus in Paradiſo voluptatis fuit poſitus in vtero Virginali. Vnde hoc optime verificatur hic. Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis : in qua poſuit hominem , id eſt Chriſtum.Dico autem, quod hoc depoſitum Deus incarnauit ſecretius.Fecit enim ſicut Aquila quæ ad fæcundandum in nido ſuo ponit lapidem præcioſum ethitem. Sic Deus pater Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos.Deut.24.Et ſic in Sion firmata ſum . Lapidem ſummum ideſt Chriſtum : qui tenet ſummum humanitatis, & ſummum Diuinitatis. A ſummo Cælo egreſſio eius , & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Angularem electum precioſum : quia. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli, ſcilicet caput Eccleſiæ : vbi connectit duos parietes,Deum,& hominem. Si vis plus de hoc vocabulo ponere:quęre in illo Sermone.In ſole poſuit tabernaculum ſuum.

Lapis Ethites facūdā di virtutē habet,

Pſal.117

2 Per caput intelligitur eminentia,& celſitudo Eſt autem ſciendum,quod arbores profundius radices figentes:celſius caput eleuant,& ſummitatem.Sic perſonę profundius figentes radicem humilitatis quo ad Deum altius eleuantur. Figura.1 Reg.2. De Saul cui dictum eſt. Cum paruulus eſſes in oculis tuis caput in tribubus Iſrael factu es.Sic quia beata virgo inferius fixit radices:& omnibus ſe amplius humiliauit dicens.Ecce ancilla Domini.Luc.2. Ideo Deus reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ:faciens ei magna qui potens eſt:exaltans eam ſuper omnes choros Angelorum ad cæleſtia regna:eam ponens caput fidelium:& in caput cæleſtium platearum.Vt dicat illud Pſal.Conſtitues me in caput gentium. Sapientia enim humiliati exaltabit caput illius. Eccleſiaſtic. 11. Verum ſicut caput influit membris cæteris virtutem: ita virgo eſt poſita nobis caput vt influat rorem cæleſtis gratiæ qua ipſa plena eſt iuxta Angelicum dictum. Luc. 1. Aue gratia plena. Ideo debemus ad eam recurrere cum deuotione in rore cæli deſuper . Ab iſto capite deſcendens erit benedictio noſtra. Geneſi. 27. De ipſa autem dicitur Cantico. 11. Caput meum plenum eſt rore.

Arbor profundius radices figens altius eleuatur.

Pſal.17

Nota quod corona datur	Regnantibus bellantibus virginibus	In ſignum	regni triumphi caſti conſilij.
datur autem	regibus bellantibus Virginibus	dum	in ſolio collocantur in campo dominantur ſub in velo conſecrantur

3 Beata virgo debuit coronari:quia regnans cum filio. Aſtitit regina a dextris tuis. Apocalip. 12. Signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius:& in capite eius corona ſtellarum. 12. Quia triumphās de diabolo:vnde contriuit draconem pede caſto:ipſa conteret caput tuum. Genneſi 3. Ideo Sapient 4. In perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum premium habens:quia ſe deo conſecrans ſub virginitatis velo. Vnde virginitas eſt per fæcunditatem conſecrata non violata ſed velata. Eſaiæ. 11. Induit me Dominus veſtimento ſalutis,quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam coronatam monilibus ſuis. Ideo beata virgo regnans pugnans,virginitatem ſeruans: poteſt dicere illud ad Thimot. 5. capit. Fidem ſeruauit de reliquo repoſita eſt mihi corona. Ergo,& nos cum Chriſto ei ſeruiendo regnemus: contra ſuos inimicos triumphemus. Puritatem ſeruemus:quia ſecundum Iac. Canonica ſua prima. Beatus vir qui ſuffert tentationem : quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Ad quam nos perducat,&c.

SERMO XXI.

De Aſſumptione Beatæ Mariæ virginis.

Pſal. 21. DOminus autem aſſumpſit me : in Pſalm. 26. Mundus habet quod vnius perſonæ promotio exaltatio, & ad altiorem gradum aſſumptio eſt totius generis ſublimatio, promotio, ſalus, & liberatio. Figura. Genneſi. 45. Exaltatio enim, & promotio Ioſeph qui factus eſt Dominus ægypti : ſublimatio totius ſui generis patris, & fratrum : & famæ releuatio : & ſalus, & inopiæ liberatio fuit.

Vnde dixit ipſe fratribus ſuis. Nolite timere: pro ſalute enim veſtra miſit me Dominus ante vos. Hoc idem figuratum eſt Heſter. 4. Heſter enim ad regnum aſſumpta fuit totius populi Iſraelitici ſublimatio, ſalus, & a morte liberatio. Vnde mandauit ei Mardochęus. Heſter. 15. Memento dierum humilitatis tuæ : & inuoca Dominum : & loquere pro nobis: & libera nos a morte. Et ſic factum fuit. Aman hoſte ideorum ſuſpenſo.

Sic applicando ſpiritualiter, Beata Virgo eſt illa cui cantamus. Et ſi reos ſancta ſpernis: vt quid ſis pręlata cernis hierarchijs reſpice. Vnde ipſius pręlatio, & ad regnum cæleſte aſſumptio: eſt totius generis humani ſalus, promotio, & liberatio. Vnde ipſa nobis loquitur cum Ioſeph illud. Pro ſalutem enim veſtra miſit me Dominus ante vos:& nos deuote ad illam debemus dicere illud Mardochei. Memento dierum humilitatis tuæ, quando, ſcilicet dixiſti. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Lucæ. 1. Et inuoca Dominum, & loquire pro nobis: & libera nos a morte: quia media vita in morte ſumus.

Quod

Digitized by Google

Quod igitur ipſa pro nobis prçſtet ſalutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium,qui oderũt nos. Aman hoſte iudęorum : per ipſam pede caſto calcato per ſui ad Cœleſte regnum aſſumptionem nos ſignificat;de ſe dicens.Dominus autem aſſum pſit me.Vbi commendatur per Pſalmiſtam de tribus.Primo a ſummis honoribus,& reuerentijs:quia ſemper fuit cum ea Deus.ideo dicitur Dominus. Lucæ 1.Aue gra tia plena Dominus tecum. Secundo a ſummis premiorum eminentijs: ideo dicitur aſſumpſit. 3.Reg. Te aſſumam,& regnabis ſuper omnia, quæ deſiderat anima tua. Tertio a ſummis meritorum ſufficientijs.ideo dicitur me. Eccl.24. In me gratia oĩs vitæ,& virtutis.hæc igitur regina . Pſal.26

ꝑ cęteris habuit	Aſſiſtentem potentiam veræ diuinitatis Collatricem clementiam gloriæ cũ beatis Suſceptricem gratiam propriæ ſanctitatis	iõ dr̃	Dominus aſ ſumpſit me.

Igitur aſſumpta eſt maria in cęlum gaudent angeli.Namque filius perſonaliter eam in ſuo	obitu viſitauit accubitu collocauit habitu coronauit	Dñs aſſumpſit me.

1 Nota hiſtoriam quomodo eam filius in fine perſonaliter viſitauit, & ad regnum proprium inuitauit:& ſpiritum eius in vlnis proprijs deportauit: in floribus ſanctorum vide Hiſtoriam.Vnde ſicut Dominus cum ea fuerat in ventre corporali ter,in mente ſpiritualiter:ita fuit cum ea in morte præſentialiter. A Domino factum eſt iſtud:& eſt mirabile in oculis noſtris vtique mirabile:ſed non irrationabile.Si enim mulier regina bellare non debeat:ſi tamen arma regi tribuat; arma regis induat:quibus regnum acquiritur.non eſt irrationabile ſi regina perticeps ſit in regno:quod illis armis acquiretur.Sic ſpiritualiter arma quibus ſibi,& nobis regnum cœlorum acquiſiuit virgo beatiſſima Chriſto tribuit, & eis ipſum induit in thalamo vteri virginalis vnde exiuit. Tamque ſponſus procedens de thalamo ſuo:vt gigas exultans ad præliandum : & ideo fuit rationabile vt eſſet particeps conregnando. Pſal.117

Hæc autem arma fuerunt noſtræ humanitatis corporis, & ſpiritus. A Domino ergo factum eſt iſtud;quamuis ergo ſecundum pſalm. Verum ſit, quòd Domini eſt regnum tamen hoc die poſt mortem. Hæc aſtitit regina a dextris eius in veſtitu deaurato.in veſtitu mortis.Deus noſter,Deus ſaluos faciendi:& Domino Domini,exi tus mortis.Nota quare geminatur ly,Domini.Docet Philoſophus,quod in proceſſu ſyllogiſtico: ſi altera premiſſarum habeat defectum aliquem: ſtatim in concluſione patebit:vnde ſi aliqua premiſſarum fuerit particularis:concluſio erit,& particularis.Et ſi aliqua premiſſarum fuerit negatiua,& concluſio erit negatiua. Ad concluſionem mortis debitam duæ cõcurrunt premiſſæ,quæ ſunt duæ partes iuſtitiæ quas ponit.Pſalm.dicens:Declina à malo,& fac bonum:ſi aliqua iſtarum, vt per peccatũ commiſſionis non declinetur malum, vel per peccatum omiſſionis non fiat bonum in proceſſu noſtræ vitæ fuerit negatiua;& concluſio in morte, de cœleſti patria erit negatiua.Amen dico vobis neſcio vos.Matth.25. Quia igitur Beata Virgo vtramque premiſſarum habuit:malum omnino peccati actualis declinando:immo cauſãs in alijs declinationem ex ſuæ ſanctitatis ſplendore: & omne bonum opus operãdo: idcirco concluſionem glorioſam a Domino in mortis exitu reportauit:ideo dicitur hic:Domini Domini exitus mortis,ergo oremus pro nobis. cum Pſalm. Dominus cuſtodit te ab omni malo; quantum ad illud. Declina a malo : cuſtodiat animam tuam Dominus.Quantum ad illud.Fac bonum;Dominus cuſtodit introitum tuum. Quantum ad vtramque præmiſſarum.Et exitum tuum. Quantum ad concluſionẽ affirmatiuam.Domini eſt aſſumptio noſtra. de qua ſequitur. Pſal 67 Pſal.30

2 Scien-

2 Sciendum eſt, quòd quamuis ſponſus, & ſponſa, de die non ad paria iudicentur: tamen de nocte ad paria aſſumuntur. Nam a ſponſo ſponſa: & ad ſecretum cubiculi: ad delitiarum thalamum; ad vbera conſolationis; ad dulcedines fruitionis: aſſumitur, & vocatur. Cantic. primo. Introduxit me rex in cellariam ſuam: exultabimus, & lętabimur. Spiritualiter quamuis immediatè ab inſtanti conceptionis fuerit in mente beatus: & poſt reſurrectionem glorificatus in corpore: tamen virgo beata quamdiu fuit in die vitæ pęnitentis hoc non habuit: immo fuit multis perſecutionibus, & tribulationibus ſubiecta. Sed veniente nocte mortis eam Dei filius ad ſecreta cubiculi Cœleſtis ad dulcedinem Diuinæ viſionis, & fruitionis eam aſſumpſit; & introduxit. Sap. 8. Quæſiui illam ſponſam mihi aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Ex hoc nota, quòd inter omnia, quæ ſunt cauſa attractionis eſt ſimilitudo: & quia ſecundum Auguſt. Similitudo eſt cauſa dilectionis. inde eſt quòd amor maximè habet viam attractiuam. Eccleſiaſt. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile: & omnis caro ad ſibi ſimilem adiungetur. Vnde videmus, quòd quamuis magnes ſit ſuperius: inferius ferrum, ſupra ſuam naturam ratione ſimilitudinis trahitur ſuperius ad magnetem. Chriſtus quamuis debuerit ſuper omnia fratribus aſſimilari. Hæb. 2.

Similitudo eſt cauſa attractationis, & amoris.

Magnes attrahit ferrũ, quia eſt ſibi ſimile.

Tamen fuit ſimilior omnibus ſuæ matri tanquam filius, qui eſt imago parentis: ideoque ratione ſimilitudinis in natura; in innocentia, & in gratia: omnibus alijs plus eam dilexit: & plus eam ſibi iniuit, & ad ſe ſumpſit. tanquam magnes lapis precioſus ſurſum trahens. Virginem, quæ fuit firma ſicut ferrum in fide filij, & charitate: ideo dicitur. Pſalm. 17. Miſit de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de quo ſequitur.

3 Nota, quòd in feſto coronationis Reginæ: rex, & Regina non debent indui alijs, & alijs indumentis: ſed veſtibus eiuſdem coloris: eiuſdem naturæ, & eiuſdẽ ſpeciei Chriſto in feſto Aſſumptionis, & Coronationis Reginæ apparuit veſtitus veſtibus humanitatis noſtræ ſumptis de opertorio. de petia vteri virginalis: quia igitur ipſa promuerit vt Dei filij eſſet mater. Decuit vt ipſa veſtibus eiuſdem naturę eiuſdem ſpetiei apperret induta: vt ſcilicet in anima non ſolum eſſet beata: ſed in corpore glorificata. Tenuiſti manum dexteram meam, ideſt animam in voluntate tua deduxiſti me: eam ad paradiſum portando, & cum gloria iterum ſuſcepiſti me: eam corpori vniendo, & glorificando. Nota quod quandoque ponuntur pulchri flores cum propria terra ſuæ Natiuitatis in altari. Sic flos ideſt ſpiritus Virginis cum terra proprij corporis in altari Cœleſti fuit poſitus iſto die: & ideo ratione duplicis ſtolæ acceptæ duplicatur ly me, deduxiſti me: quantum ad ſtolam animæ: & cũ gloria iterum ſuſcepiſti me: quantum ad ſtolam Corporis. Domine probaſti me. in toto curſu præſentis vitæ. & cognouiſti me in morte. Tu cognouiſti ſeſſionem meam per corporis diuiſionem, & reſurrectionem meam: per eius reſumptionem. Tu autem Domine miſerere noſtri: ſpiritum meum recipiendo. & reſuſcita me: Corpus meum glorificando. Et retribuam eis: meis, ſcilicet Apoſtolis, & deuotis, pro eis orãdo. In hoc cognoui, quia voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. teterrimos ſpiritus repellendo. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: animam meam beatificando. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in ęternum, Corpus reunitum glorificando.

Pſal. 72

Pſal. 138.

Ad quam gloriam nos, perducat, &c.

SERMO

Digitized by Google

SERMO XXII.

De Beato Martino Confeſſore.

EXtollo manus meas ad Templum Sanctum tuum. In reædificatione muri, vel Templi eſt bonum in magiſtro operis verbo dirigere. ſed multo eſt melius facto manum apponere. Plus enim valet vnus ictus magiſtri principalis quam decem vnius Diſcipuli inſtrumentalis. *Pſal. 27*

Ad illius enim	exemplum exemplar inſtar	quilibet	animatur informatur regulatur	

De opere enim magiſtri principalis dicitur. Exod. 13. erat quaſi lignum in manu tua. Exemplum per ſimile in natura. Bonus eſt canis prębens latratum ad prædevenationem: ſed optimus, qui poſt hoc prebet greſſum ad eius captionem. vnde optimus, qui poſt latratum prebet curſum. Ad propoſitum eccleſia militans eſt illa de qua in Pſal. Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas cuius participatio, &c. Huius ciuitatis eſt murus, Diuina præcepta. Ante murale Diuina conſilia: verum quod in fundamento labili ſunt fundata: quia in noſtra fragili humanitate. qua propter ruũt & corruunt tota die: vnde de hoc fundamento de Gen. 1. Formauit Deus hominem de limo terrę, ad imaginem ſuam. non igitur mireris ſi ruit murus diuinorum mandatorum. *Pſal. 121* *Murus & antemurale, quid.*

per peccatum	immunditiæ auaritiæ ſuperbiæ	quia formauit	hominem de limo de limo terræ eum ad imaginem ſuam.

Nec mireris ſi ruit quotidie antemurale conſiliorum: quia Deus formauit hominem.

de limo de limo terræ ad imaginem ſuam	ideo non mireris ſi fugit	caſtitatem paupertatem obedientiam, & humilitatem.

Ideo tantum ruerunt, & corruerunt, vt Hieremias lamentaretur. Threnorum 2. Luxitque antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt. Iſtius igitur muri, & antemuralis reformationes, & reædificationes ſunt curati, & prelati. Prędicatores, Doctores, & Paſtores, vt ergo raperetur murus pręceptorum, & antemurale conſiliorum: non ſufficit dictare, & dirigere: ſed oportet laborare, & reparare, & manum apponere: vnde non ſufficit latratus prædicationis: ſed etiam neceſſarius eſt greſſus operationis. Figura. Nee. 4. Cum Muri Hieruſalem eſſent a Caldęis diſſipati: poſtea fuerunt a Iudæis reparati. Dicitur autem ibi quod populus ædificans vna manu faciebat opus: & altera tenebat gladium: quis eſt ille gladius niſi de quo, Ephe. 6. Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt Verbum Dei: ergo Prædicatores, & Paſtores Populi debent vna manu facere opus: per operis oſtenſionem, & altera tenere gladium per verbi prædicationem. Sed notanter dicitur primo, quòd vna manu faciebat opus. Secundo, quod altera tenebat gladium: quia primo debet precedere operatio. Deinde ſequi prædicatio Chriſti exemplo. de quo Actuum primo. Qui cępit facere, & docere. Sed videtur contra quoſdamqne non verificetur illud. Geneſi 22. *Documentum pro prædicatoribus.*

Vox quidem, vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. Dilata quomodo ſunt aliqui, qui quod verbis prædicant moribus impugnant: iſtorum vox Iacob eſt: ſed

m anus,

Digitized by Google

manus,manus ſunt. Eſau prædicatio bona operatio mala: vnde in huius ſignum dixit Chriſtus mulieri,quæ vocem prædicationis extollebat.Lucę 11.vbi dicitur.Extollens vocem quædam mulier de turba.&c.Chriſtus.Quinimmo:beati qui audiũt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Non ergo ſufficit extollentia prędicationis: ſed eſt neceſſaria cuſtodia operationis. quia igitur Glorioſus Confeſſor Martinus fuit inter reparatores huius muri pręcipuus: quod non ſolum extulit vocem prædicationis: ſed manus appoſuit operationis: oſtendi poteſt in verbis propoſitis dicens. Extollo manus meas,&c.In quibus verbis Beatus Martinus commendatur de trib.: namque murus militantis Eccleſiæ,per tantum artificem, Beatum Pontificem conſeruatur ex calce.

Eleuatę tranſitionis ⎫ extollo
Roboratę operationis ⎬ manus meas
Regulatæ ordinationis ⎭ ad templum ſanctum tuum.

Ergo hic Martinus pauper,& modicus Cœlum diues ingreditur:ſed quare: certè,quia habuit.
Curam eleuatam contemplationis montuoſæ.
Palmam roboratam executionis operoſę.
Formam regulatam intentionis virtuoſæ.

Ideo dicit { extollo / manus meas / ad templum ſanctum tuum } principium eſt igitur gaudem martio·quia tu ò Martine.

Contemplaris ſublimia ⎫ extollo
Operaris vtilia ⎬ manus meas
Ordinaris ad premia ⎭ ad templum ſanctum tuum.

Nota ꝑ his, qui ſanctis meditationibus incumbunt.

1 Nota,quòd ratione altæ cotemplationis dicitur hic,extollo, ideſt extra totũ mundum in Deum mentem tollo: vbi nota quòd mons, qui ſuper omnes montes alios extollitur duo habet. nam citius, & amplius recipit ſolares illuminationes: & non recipit aereas impræſſiones, talem dicit magiſter Hiſtoriarum eſſe montem Olympum,qui caret nubibus lapidibus ventis,& pluuijs:ſic vir ſanctus,qui contẽplatione ſuper alios extollitur citius,& amplius illuſtratur diuinis illuminationibus,& non maculatur mundanis impreſſionibus:vnde talis caret nubibus caligino ſi erroris;lapidibus odioſi rancoris:ventris odioſi,& ambitioſi honoris:& pluuijs luxurioſi amoris.

Beatus Martinus velut manens Olympo præditus fuit vſque ad finem vitæ ſuper alios contemplatione mirabili eleuatus: vnde etiam circa mortis horam. extollens oculos dicebat. Sinite me cœlum, videre vt ſpiritus dirigatur ad Dominum. Ideo fuit amplius ſancto Spiritu, eleuatus: dum enim ſacramenta offerret, & ad Deum preces emitteret globus igneus apparuit ſuper caput eius. Ex quo factus eſt Apoſtolis compar;quia in ſpecie viſibili ignis corruſcantis ſanctum ſpiritum ſicut, & Apoſtoli ſic recepit.Fuit etiam a mundi maculis præſeruatus: caruit namque nube tenebroſi erroris,per ſpiritum charitatis: vnde fuit illi circa commilitones benignitas,miſericordia,& mira charitas.

Nota in vita eius quomodo leproſum horridum recepit ad oſculum charitatis; quomodo recipiebat peccatores,etiam Dœmonibus veniam promittebat. Ventis ambitioſi honoris, per ſpiritum humilitatis reſiſtebat: vnde fuit illi patientia, & humilitas ſupra modum.

Nota in vita quomodo renuit officium Diaconatus, & elegit officium Exorciſtæ in quo locus iniuriæ videretur. Pluuijs ignominioſi fœtoris, per ſpiritum Caſtitatis,in cuius ſignum poſt mortem eius caro,quam cinis ſemper obtexerat:ita reſplẽduit

Digitized by Google

duit, vt quiddam reſurrectionis decus extincta proferret. Vnde vitro purior la&te candidior carne monſtratus eſt gemma ſacerdotum. ideo Eccli. 19. extolletur in maius exemplum. Ratio eſt: quanto aliquis magis ad ima deprimitur, tanto ſuperiora maiora ſibi videntur. Et econuerſo, quanto in altius aliquis extollitur, tanto inferiora minora ſibi videntur. Sic ſpiritualiter quantum aliquis, per terrenorum amorem ad ima deprimitur, tanto dona cœleſtia ſibi maiora videntur. Vnde & quidam infelices in iuuentute nollent iſtam vitam pro beata deſerere terram, pro Cœlo: lu ctum pro Paradiſo. Econuerſo autem quanto per contemplationem, & dilectionem in ſuperiora, & Cœleſtia aliquid eleuatur, tanto ſibi terrena minora, & nihil, & tanquam per ipſemata: immo nulla videntur. Sic fuit eleuatu Beatus Martinus, qui per Diuinam contemplationem poſitus in alto per ſui recognitionem: nihil ferè putabat inſpectum omnino; vnde adhuc Cathecumenus tantę humilitatis fuit vt etiam vno ſeruo contentus ei calceamenta detraheret, & plerumque detergeret. Inde factus Eṗs non Cathedra pontificali: ſed ſubſella ruſtica tripedali in Eccleſia vtebat̃. Ideo extolletur iſte in exemplum maius: vtique contra illos quos modica inflat ſciẽtia: quos gloria vexat inanis: quos ingroſſat ſuperbia; quos electio vehit, quibus inflatis non ſufficit tota platea ad ſtatum: tota careria ad greſſum: tota camera ad lectum: tota menſa ad cibum: tota Eccleſia ad cantum: tota ſchola ad argumentũ, &c. Contra illos extollitur in exemplum maius. Per pſalmiſtam enim loquitur. Dixit iniquis nolite inique agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu veſtrum: quia peccatorum confringam cornu, & exaltabuntur cornua iuſti. Iſtius ſupple de quo ſcriptum eſt. Eſa. 42. Dñs voluit vt ſanctificaret eũ & magnificaret legẽ, & extolleret. Ergo ecce nunc bñdi. d. o. ſ. d. In noctibus extollite manus veſtras. de quo ſequitur in ſecundo. *Pſal. 74.* *Pſal. 133.*

2 Nota, quòd prælati habent vtramque vitam: contemplatiuam, ſcilicet, & actiuam. & ideo debent non ſolum contemplando: & orando ad Deum, pro ſubditis aſcendere, & ſe extollere: ſed debent, per curam, per correctionem, per ſuſtentationem: & nutritionem ad populum deſcendere. vnde ſicut intuitus contemplationis: ita manus neceſſaria eſt operationis: peccatum in naturalibus: ſic Aquila rex auium cui cura eſt de pullis educandis non ſolum ad ſolem in altum: ſed ad prędam dirigit ex alto oculum: immo deſcendit ad eam extendens pedem, & manum quam pullis diſtribuit. & inde eos nutrit: ſic pontifex non ſolum debet habere oculum cognitionis, & contemplationis ad Deum: ſed debet extendere ad ſubditos manus pietatis, largitatis, ſuſtentationis, & nutritionis in proximum. Sic fecit B. Martinus, qui oculis ac manibus ſemper in Cęlum intentis; dicebat. Dñe ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius non recuſo laborem.

Quantum ad primum ſequitur manum ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extẽdit ad pauperem; quantum ad ſecundum. Et tangit tres inſignes actus manuum ſuarum: legitur in vita ſua. Et vide ibi, quod arborem Diabolo dedicatam quam fecit eradicari contra ſe cadentem ſigno Crucis oppoſito in oppoſitam partem ruſticorũ retorſit. ideo dicitur manum ſuam miſit ad fortia. in Pſal. 88. In manu potenti, & brachio extenſo firmetur manus tua: & extollatur dextera tua, iuſtitia, & iudicium, &c.

Secundò vide in vita ſua quomodo ambianis medietatem chlamydis adhuc catecuminus algenti pauperi nudo dedit: & quantum ad hoc dicit manum ſuã aperuit inopi. Extendit manum ſuam in retribuendo.

Tertio vide quomodo dum ad miſſam iret præcepit Archidiacono vt pauperem indueret: & tandem cum tunica ſua data: illum deformem habitum induiſſet Spiritus Sanctus in igne brachia eius veſtiuit. ideo dicitur, & manus ſuas extendit ad

pauperem.

Digitized by Google

Pſal.140 pauperem.ipſum qui eum poſtea igne Spiritus Sancti operuit. Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo:eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Nota in holocauſto totum incendebatur: ſed in ſacrificio relinquebatur aliqua pars ſacerdoti:ideo aliquando in miſſa non totum offertur ſacrificans, & ſacrificiū: ſed eſt pars aliqua ſacerdotis, quando non eſt Deo gratus: ſed in ſacrificio Martini fuit totum incenſum. quia ſacrificans,& ſacrificium. ideo dicitur hic quod eleuatio manuum mearum;& ſacrificium. Dirigatur etiam oratio ſicut incenſum ergo manum ſuam miſit ad fortia,manum ſuam aperuit inopi: & palmam ſuam extēdit ad pauperem. Dicitur autem extendit, & aperuit contra illos,qui non extendunt

Pſal.25 nec aperiunt ad dandum.ſed ad recipiēdum. de quibus pſal. Ne perdas cum impijs Deus animam meam: & cum viris ſanguinum vitam meam. in quorum manibus iniquitates ſunt:dextera eorum repleta eſt muneribus. Iſti ſunt qui dormierūt ſomnum ſuum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus ſuis: tamen B.Martinus inuenit dormiens Chriſtum videns ſuo pallio palliatum: ergo & tu opera manuum tuarum non deſpicias:quia beati omnes qui timent Dominum,qui ambulāt in vijs eius. Labores manuum tuarum: quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

3 Nota quod illa quærenda eſt res vbi eſt locus ſuæ originis: vnde aqua citius inuenitur in fōte:fructus in arbore;calor in igne; ſplendor in ſole. totius bonitatis: totius gratiæ:totius gloriæ: fons,& origo eſt Deus:& ideo non aliundè quærenda eſt gratia:& gloria quam a Deo.Inde eam Beatus Martinus poſtulabat.inde eam habebat:vnde in virtute Trinitatis deificæ meruit eſſe trium mortuorum ſuſcitator magnificus: dic de alijs miraculis quæ magis placuerunt: vnde quia ad Deum recurrebat:dicitur hic ad Templum Sanctum tuum: hoc Templum eſt ipſe Deus cui loquebatur B.Martinus.cum Pſal.5. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introi-

Pſal.5. bo in domum tuam:adorabo ad Templum Sāctum tuum in timore tuo. Ab iſto tem

Pſal.28. plo B.Martinus in iſta vita accepit gratiam:in alia gloriā. vnde pſal. In tēplo eius omnes dicent gloriam.

Ad quam gloriam nos,perducat,&c.

SERMO XXIIII.

De Annunciatione Dominica, vel Natali Domini.

Pſal.29 PReſtitiſti decori meo virtutem. Prouerbio 22.dicitur, quod qui diligit cordis munditiam habebit regem amicum.Ratio eſt vnum enim inter cętera plus attrahens,plus alliciens, eſt pulchritudo decor,& mūditia: quod patet in natura.quamuis enim ſunt multi flores fructiferi tamen numquam apis trahitur

Ad aliquem niſi pulcher ſit,& decorus,&

terreſtri pulchritudine } quantum ad { placitum Cœlorum
& Cœleſti decore } { cęlicum rorem

Figura Heſter 11.Quæſitę fuerunt regi aſſuero,per vniuerſas prouintias puellæ Virgines pulchrę,& ſpecioſę inter quas fuit Heſter. De qua ibidem dicitur,quòd erat pulchra nimis,& decora facie: huius ſolius decor, & pulchritudo regem ad ſe traxit.

traxit. Vnde dicitur ibidem, quòd adamauit eam rex plus quam omnes mulieres. Habuitque gratiam, & miſericordiam coram ea ſuper omnes mulieres: poſuitque diadema regni in capite eius: fecitque eam regnare.

Ad propoſitum Beata Virgo tantum dilexit cordis munditiam: & habuit per omnia tantum decorem, quod ei cantat Eccleſia. Cant. 4. Cap. Pulchra es, & decora filia Hieruſalem: tota enim pulchra es, & macula non eſt in te, & ſumitur de Canticis Canticorum. 4. Cap. Tanta enim erat eius pulchritudo, quod Chriſtum de aluëario paternę gloriæ traxit in aluum maternæ aulæ. Dicitur enim Chriſtus apis: quia ſecundum Ambroſium in Hexameron, ſine commixtione ſexuum, & corruptione gignitur: ita Dei filius in Virgine ſine virili ſemine: Dei ſolius ſpiramine: Verbum factum eſt caro: ergo iſtius pulchritudo Chriſtum aſſuetum ad ſe ſola attraxit intantum, quod rex adamauit eam pluſquam omnes mulieres. Ita enim promiſit ipſi Angelus. Luc. 1.

Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: & modo facit eã regnare. Igitur ipſa ſciens, quòd habuit pulchritudinem coloris terreſtris, in corpore, & decorem roris Cœleſtis in mente: quæ Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam attraxerunt. Deo Patri, hæc loquitur cum pſalm. Præſtitiſti, & cętera. Vbi deſcribitur.

Paternæ maieſtatis dignatio	prętitiſti
Maternæ virginitatis conditio	decori meo
Supernæ vtilitatis receptio.	virtutem

O ergo quam pulchra, quam ſerena quam benigna, quam amena eſſe virgo creditur: quia eſt ex	præſtitiſti.

Paterna dignatione vterus purior fęcundatus		
Materna conditione ornatus pulchrior informatus	ideo	decori meo virtutẽ.
Superna receptione infirmus debilior reſtauratus		

1. Nota, quòd non impropriè, & non ſine myſterio ſcriptura filij Dei incarnationem vocat præſtantionem. Ratio eſt, quandoque enim ſeminatur ſemen in terra ſterili, & hoc eſt perdere: quia nec ſemen recuperatur, quandoque in terra fertili, & hoc eſt lucrari, & creſcere mutuare, & pręſtare: quia in terra fructifera duplicatur hæc eſt Chriſti parabola. Lucę 8.

Semen eſt Verbum Dei: vnde Deus quandoque ſeminat in terra ſterili: peccatorum terra deſerta inuia, & inaquoſa: & hoc eſt perdere: quia hoc eſt ſemen quod cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud: ſed Beata virgo eſt terra fertilis. Terra noſtra dabit fructum ſuum: ideò Verbum Dei a Spiritu Sancto in *Pſal. 84* Terra vteri Virginalis non fuit perditum ſed præſtatum: quia fuit in ea ſeminatũ Verbum Dei, & reddidit duplicatum: quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: ſeminauit ibi Spiritus Sanctus Deum: & ipſa benedicta in æternum protulit nobis Deum, & hominem: ideo dicitur pręſtitiſti non dediſti vel perdidiſti. 1. Cor. 9. Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum: præſtabit, & augebit incrementa frugum, &c. Expone auctoritatem quomodo eſt ſemen illud. De quo dictum eſt Abrahę. Gen. 22. in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Panem, &c. Iſte eſt ille de quo. Pſalm. Panem Angelorum manducauit homo, &c. augebit incrementa frugum.

2. Nota granum purum ſine palea ſeminatur in terra; ſed exit cum ſpica veſtitum palea: ita granum frumenti Diuinitatis ſeminatum in vtero virginali: exiuit nõ ſolum, ſed indutum ſpica, & palea noſtrę humanitatis: ideo dicitur augebit incremen

Digitized by Google

ta frugum: ergo eſt bene præſtare filium Dei humanare. Sap. 8. Solem ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti.

Nota, terra quędam corporalis producit per agriculturam humano artificio: quædam per ſuperiorem naturam Cœleſti beneficio: igitur in his quæ producuntur humano artificio terra læditur, foditur, teritur, & conculcatur: vt patet in agrorum cultura: vnde ſegetes expetuntur. In his quæ producuntur Cœleſti beneficio terra: non læditur: non frangitur ſed illęſa conſeruatur: vt patet in lapidum precioſorum minera: vnde precioſi lapides extolluntur. Sic ſpiritualiter quædam generantur in terra noſtrę humanitatis, per comunem agriculturam humanæ propaginis: & tunc ſemper hęc terra lęditur, & deſtruitur: quia cum corruptione mulieres concipiunt, cum grauamine geſtant, & cum dolore parturiunt, franguntur clauſtra pudoris, læduntur hoſpicia decoris: ſed in virgine Beata non fuit huiuſmodi prolis generatio per humanam agriculturam: ſed per ſuperiorem naturam non humano artificio ſed Cœleſti beneficio: non modo communis propagationis: ſed modo ſpeciali Sancti Spiritus, imprę gnationis. Et ideo non fuit corruptio in concipiendo, grauamen in portando, dolor in parturiendo; ſed ſine lęſura, ſine fractura hoſpitij virginalis Virgo peperit: virgo poſt partum quem genuit adorauit. ideo dicitur ſolem ideſt Chriſtum Solius Solis Cœleſtis virtute generatum; ſine læſura boni hoſpitij virginalis vteri præſtitiſti. Dilata de bonitate iſtius hoſpitij quomodo inhoſpitantur omnes ęgroti: omnes deuoti. &c. & propter hoc poteſt ipſa dicere. illud Iudith 19.

Hoc, & hoc præſtitiſti mihi: hoc ſcilicet virginitatem cum fęcunditate; & hoc fęcunditatem cum Virginitate: vel genus humanum poteſt dicere. hoc, & hoc: hoc ideſt Diuinitatem: & hoc ideſt humanitatem: pręſtitiſti mihi.

2 Sciendum, quòd quidam Doctores exponentes illud. Leuit. 23. Sumetis nobis fructus arboris pulcherrimæ; dicunt, quòd arbor illa pulcherrima erat, quæ producit, iſta poma citrina, quæ dicuntur arangia; quę pro tanto non ſolum pulchra vel pulchriora: immo pulcherrima nuncupantur; quia quamuis aliquę dicantur arbores pulchrę, quæ aliquo tempore florent, fructificant, & folia ſeruant: tamen illa dicitur pulcherrima, quę ſemper ſeruat folia, flores, & fructus ſimul ſemper producit, & ſeruat, talis eſt arbor iſta arangiorum in qua ſemper fructus, & flores ſimul reperiuntur. Sic ſpiritualiter pulcherrima eſt arbor, quę cum folijs honeſtę conuerſationis flores: aliquando per virginitatem, & poſtea fructificat per fœcunditatem. Nunquam tamen viſum eſt in aliqua alia muliere. A Virgine Glorioſa, quòd eſſet tantus decor in aliqua vt flos Virginitatis ſimul maneret cum fructu fęcunditatis immo ſemper cum eis cadit iſte flos adueniente fructu. Mane floreat, & cętera, & areſcat.

Pſal. 89 Sed in Beata Virgine fuit decor completiſſimus. Nam in ea ſemper manſerunt folia pulcherrima conuerſationis, ſemper fuit flos Virginitatis producens fructum fęcunditatis: ideo pulcherrima appellatur. Iudit 5. Pulcherrima fœminarum eligitur ei. Eſa. 35. Gloria Libani data eſt ei; & decor Carmeli, & Saron. Nota quomodo Gloria Libani conſiſtit in perpetuo candore: & decor Carmeli in fructuum valore, quę duo habuit Beata Virgo: poteſt autem, & aliter applicari: quia Beata Virgo ſemper habuit florem propoſiti interioris, & fructum facit interioris. Cant. 2. Flores fructus parturiunt. Contra quoſdam, qui bene florent, per bonum propoſitum, & intentionem; ſed non fructificant, per fructum, & executionem. Exiccatum eſt fęnum, & cecidit flos, &c. Si vis dilatare dic totam auctoritatem, Eſa. 40. capit. Quia igitur Beata Virgo habuit hanc pulchritudinem loquitur ei. Pſal. Audi filia, & vide, &c. & concupiſcet rex decorem tuum: tantum enim iſtum decorem concupiuit

rex

Digitized by Google

rex,quòd matre iſto decore induta, & filius eodem indui voluit. Prouer. 31. Fortitudo enim,& decor indumẽtum eius. Dominus regnauit decorem indutus eſt:indutus eſt: indutus eſt Cominus fortitu. de qua ſequitur. *Pſal. 92*

3 Notandum,quòd ſine quibuſcumque humanis labore vel arte in amari maris viſceribus ſola Cœleſti virtute lapis precioſus generatus. quæ dicitur corallus ſecundum Doctores naturales,iſtius conditionis,quòd infra mollis, & albus inuenitur:ſed extra poſitus induratus, & rubicundus efficitur: hic quamuis multas virtutes habeat:tamen hanc habet ſpecialiter,quod confortat cor, & virtutem naturalẽ roborat,& reſtaurat.vnde infirmis deficientibus in virtute fit ex eo reſtauramentũ, & electuarium.vnde reſtaurantur,& ſanantur ad vitam.Spiritualiter primi parentes noſtri tantum comederunt de fructibus in primo prandio quod ferè ſe ſuffocauerunt. vnde fuit tam exceſſiuus cibus, & tam acerbus quod tam ipſi quam poſteri infirmitatem incurabilem incurrerunt.vnde nulla mulier fuit poſtea ſine ventris dolore:nec homo ſine frontis ſudore.Gen. 3.dictum eſt viro. In ſudore vultis tui veſceris pane tuo:& mulieri:in dolore paries.Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. igitur Deus in ira ſua non continens miſericordias ſuas fuit iſtius infirmi ſollicitus: qui non habebat vnde ſolueret medicum vel medicinam.Ego autem infirmus ſum, & pauper Dominus ſollicitus eſt mei. hac ſollicitudine in amari maris viſceribus,ideſt dicitur Virginis Mariæ ſanguinibus;quæ amarum mare interpretatur ſola,ſcilicet virtute. Corallum produxit, ſcilicet Chriſtũ benedictum,qui albus exiſtit:& lacteus mollis, & tenellus virginea carne exiſtẽs in vtero virginali:ſed ſtatim exiens fuit contra peccatores peſſimos induratus: vnde in hora ſuæ natiuitatis duram mortis ſubitæ ſententiam ſodomitæ omnes receperunt,cum corporum,& animarum dannatione. Cępit autem immediatè pro peccatoribus rubeſcere per ſanguinis effuſionẽ in circumciſione. Cant. 1. Dilectus meus candidns,& rubicundus Ex iſto lapide precioſo factum eſt electuarium reſtauratiuum quomodo virtutis debilitata,& perdita in infirmo homine reſtauratur: & hoc factum eſt in Sacramento Euchariſtiæ. Domine Deus virtus ſa[illegible]tis meæ in die clamaui: & nocte coram te. *Pſal. 108* *Pſal. 39.* *Pſal. 87.*

Nota quomodo infirmus clamat nocte,& die ad medicum . Ita humanum genus nocte,& die ad Deum veteris,& nouæ legis:quia ipſi dictum erat.Dñs virtutem populo ſuo dabit.Dñs benedicet populo ſuo in pace. Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te:aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quem poſuit: & enim benedictionem dabit legiſlator. Ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus Deorum in Syon.

Ad illam viſionem, &c.

SERMO XXIIII.

De Beato Andrea Apoſtolo.

SAluaſti de neceſſitatibus animam meam.Prou. 17.dicit.Omni tp̃e diligit,qui amicus eſt:& in hoc cognoſcitur verus amicus quando non ſolũ tempore proſperitatis:ſed etiam tempore aduerſitatis diligit:ſed multi ſunt amici ficti,qui non diligunt niſi propter proſperitatem,& fugiunt aduerſitatem. Eccl. 6. Eſt amicus ſocius mẽſę: tales habuit Chriſtus multos amicos,qui eum ſequebantur ad menſam agni paſcalis: ſed non ad aram crucis: Chriſtus eſt amicus fideliſſimus:quia ſi tẽpore diligit proſperitatis multo amplius *Pſal. 30.*

Digitized by Google

in tempore neceſſitatis. Cum ipſo ſum in tribulatione. Figuram habemus. Matth. 8.
Cum enim diſcipuli in mari fluctibus agitarentur, vt pe nè mergerentur recurrerũt
ad Chriſtum dicentes. Domine ſalua nos perimus: qui imperauit ventis, & mari, &
ceſſauit tempeſtas. Ad propoſitum homines in mari huius mundi exiſtentes ſunt in
periculo mortis continuæ vel propter fluctus carnalium deſideriorum: vel ventos
honorum vel diuitiarum: intantum, vt ſemper clamare habeant. Dñe ſalua nos: peri
Pſal. 68 mus. Ita clamabat. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquę vſque ad ani-
mam meam. In hoc periculo B. Andreas exiſtebat. In ſignum cuius tota die per Ma
ria piſcabatur. Chriſtus autem ſingulariter Andream dilexit: vnde ſpecialiter de eo
cantamus. Dilexit Andream Dñs, &c. Videns ergo Chriſtus Andream in maris peri
culo: & maris temporalis vbi reficiebat retia: & maris ſpiritualis vbi committũtur
vitia: quod eſt altero periculoſius: ipſum de vtroque ad ſuũ collegiũ vocãs de tantis
neceſſitatibus liberauit, & ſaluauit, & hoc ipſe ei recognoſcit dicens. Saluaſti de ne
ceſſitatibus animam meam vbi deſcribit ſeipſum verbo Pſalmiſtę a Chriſto fuiſſe.

Ereptum Electum Erectum	fuit namque	ereptus a mundi electus ad Chriſti erectus ad Dei
contaminatis ſpurcitia vocantis conſortia premiantis ſolatia	ideſt	de neceſſitate animam meam ſaluaſti.
Ereptus Electus Erectus	eſt igitur vt	vitaret peccatorum intraret Apoſtolorum acceptaret Beatorum.
mundiale contagium ſpirituale collegium finale premium.	ideſt	de neceſſitate animam meam ſaluaſti.

Natura Elephantis. 1 Scribitur, quòd elephas hominem errantem in ſylua inueniens eum dirigit
præcedendo donec reducit ad viam: pro homine contra draconem pugnat, eum a
morte protegit liberat, & defendit: ita fecit Chriſtus. inuenit enim B. Andreã in ſyl
ua huius mundi: errantem in multis perplexitatibus peccatorum. vnde Chriſtus ſe
poſuit illi præuium in vita iſta donec Andream ad viam ſalutis reduxit: pro eo, &
alijs contra draconem diabolum pugnans vſque ad mortem. Vnde de non ſequenti-
bus Chriſtum ipſe interrogat. Deut. 32. vbi ſunt Dij Deorum in quibus habebant
fiduciam. Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant: hęc erunt
Chriſti verba in morte contra illos. de quibus ait Apoſt. ad Phil. 3. quorum Deus
Pſal. 106 venter eſt, &c. Sed de B. Andrea, & alijs eum ſequentibus dicitur. De neceſſitatibus
eorum eduxit eos: & deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habita-
tionis.

Vbi inueniatur magnes 2 Sciendum eſt, quòd circa maris littora inuenitur lapis precioſus magnes ap-
pellatus: qui naturaliter trahit ferrum intantum, vt etiam naues vbi ſunt claui fer-
rei ad ſe trahat. Per ferrum intelliguntur viri fortes, & firmi in fide; qui ſuſtinent
ignem tribulationis: malleum perſecutionis: & ſecurim paſſionis: quales fuerunt A-
poſtoli omnes; ſpecialiter tamen Petrus, & Andreas; Sic ergo iſti duo velut duo cla-
ui populos per Chriſti prædicationem Deo adunantes: erant in naui ſecus mare ga
Pſal. 22 lileæ. Tranſeunte ergo Chriſto magnete circa illud mare ſtatim eos ad ſe traxit: tan
quam futuros ſuæ fidei fundatores. Et de hoc in perſona Andreæ loquitur. Super a-
quam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Ad terram reficiebãt retia
ſua quando vocauit eos. Mat. 10. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, &
tollat crucem ſuam, & ſequatur me: qui voluerit animam ſuam ſaluam facere hic

nota

Digitized by Google

nota quomodo abnegauit patrem, & ſeipſum per Chriſti ſequelam: & tulit crucem vſque ad paſſionem. nec mirum. quia ipſe trahebatur ad Chriſtum. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita anima mea deſiderat ad te Deus.

3 Nota, quòd piſces non poſſunt ſeruari ſine aqua in piſcario: ideo conſueuit fieri aquæductus per quem aqua venit ad piſces qua mediante viuunt, & ſeruantur Chriſto naſcente cœpit areſcere ſynagoga in qua poſitus erat Andreas Apoſtolus: vt ergo ſaluaretur per aquam fidei factus eſt aquęductus miraculis Chriſti, ſcilicet humanitas per quam documenta fidei ad Andream, & cęteros Apoſtolos peruenerunt; quibus ſaluati ſunt, & alios ſaluauerunt. Saluauit vos propter nomen ſuum: vnde potuit Andreas diceret illud. Gen. 32. Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Ad quem ſalutem, &c. *Pſal. 105*

SERMO XXV.

De Annunciatione Dominica, vel de Natali Domini.

FActus ſum tanquam vas. Docet experientia, quòd vas artificis diſſipatũ, & fractum: non poteſt melius, & citius quam per eundem artificem reparari: idem enim artifex nouit materiam de qua fecit, formam ſecũdũ quam fecit: finem ad quem fecit. & ideo hæc deſtructa poſſunt melius per eundem artificem, quam per alium reparari. Sap. 15. Vaſorũ iudex eſt figulus. Figura. Hier. 18. vbi dixit propheta deſcendit in domum figuli, & ipſe faciebat opus ſuper rotam, & diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat ex luto manib. ſuis. Conuerſus fecitque vas alterum ſicut placuerat in oculis eius. Spiritualiter ſcriptura vocat Deum figulum, & homines vaſa figuli: quia ſicut figulus ex luto vas format. ita Deus hominem ex luto terræ formauit vnde de vtroq;. Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos, &c. Et alibi qui finxit ſigillatim corda eorum. vnde & Greg. in Homilia ſuper illo verbo. Ipſe ſe finxit longius ire. Compoſitores luti figulos vocamus. Iſte igitur figulus Dñs Deus a principio quando cõſtruxit mundi rotam fecit manibus ſuis ex luto vnum vas, ſcilicet hominem in quo poſuit precioſa ſecreta: quia ſuam imaginem ſcientiã, & gratiam. Gen. 2. Formauit igitur Deus hominẽ de limo terræ ad imaginẽ ſuam creauit illum; ſed quia iſtud vas erat luteum ad modicum flatum venti cecidit in peccatum, & cõfractum eſt; & diſſipatum: vnde non ſolum apertum fuit, & perforatum vt bona ſpiritualia perderet. ſed etiam vt bona naturalia nõ in tanta excellẽtia haberet; quinimmo in duas partes ſibi fractum eſt: quia per mortem (carne ab anima ſeparata) corpus cecidit in ſepulchrum, & anima in infernum. Per tentationem enim peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Et hęc optimè vidit Hieremias qñ vidit vas diſſipatum quod figulus fecerat manibus ſuis. Eccl. 23. Cor fatui quaſi vas confractum. Sed iſte figulus opera ſua nolens dimittere imperfecta: quia Dei perfecta ſunt opera ſicut, & ipſe perfectus, & abſque vlla iniquitate peruerſus: oculo miſericordiæ ſuæ, in Dñica annunciatione in filij Dei incarnatione iſtud vas ipſemet formauit: Chriſti humanitatem ipſemet formando in vtero virginali; ſicut placuit in oculis eius. in quo vaſe non ſolum inueniretur ille qui eſſet ad imaginem. ſed ille qui eſſet imago Dei patris omnipotentis: Dei filius, ſcilicet benedictus. vnde iſtud vas repleuit bonis theſauris, & ſecretis Cęleſtibus: quia placuerat in oculis eius. Lucę 2. *Pſal. 30* *Pſal. 2*

Digitized by Google

Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Igitur Chriſti humanitas in conceptione ſua ad Diuinitatem recipiendam; patris filium per eundem excelsũ opificem eſt formata: & tunc partes vaſis confracti repertę ſunt quando manibus artificis Dei filio in vnitatem: non artis: ſed ſuppoſiti ſunt coniunctæ. & hoc ipſe cõfitetur in verbis aſſũptis factus ſũ, & cętera. In qua factione oĩbus mirabiliora; tria mirabilia concurrunt, & in verbis illis ordine debito deſcribuntur. hic.n.tranſit.

Aeternitas		novitatem			factus
Immobilitas	in	nobilitatem	ideo dicitur		ſum
humana fraternitas		nobilem dignitatem			tanq̃ vas.

1 Nota, quòd Deus fecit ſicut faciunt periti, & aſtuti bellatores, qui habentes quandoque habitum proprium, & cognitum ſuperinduũt diſſimulatum: vt illo minus cognito hoſtis minus aduertat: & tamen ſub paupere habitu virtutem gerentis fortitudinis cum venitur ad factum vires reſerant fortitudine ſub paupere latente habitum manifeſtant, & ſic triumphum de hoſte reportant. Sic Dei filius fortis, & potens in prelio: omnium aliorum manus docens ad prelium, & digitos ad bellum. Veniens ergo ad debellandum hoſtem antiquum: habitum ſuperinduit pauperem noſtræ humanitatis: quem accepit à paupere opertorio vteri virginalis ſuam diuinitatem operiens. quatenus hoc ſacramentum diabolo celaretur. 4. Reg. 21. figuratum: vbi dicitur quod mutauit rex Iſrael habitum ſuum. & ingreſſus eſt bellũ. Hic rex Iſräel eſt Dei filius benedictus: qui mutauit habitum quando veſtiuit humanitatem noſtram intra virginis vterum. Sub hoc igitur habitu virtutem Dei, & ſapiẽtiam latitantem oſtendit quando in bello paſſionis vexillum crucis eleuans de hoſte tam impijſſimo triumphauit. ad Philipp. 2. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; humiliauit ſemetipſum: factus obediens vſque ad mortem: mortem autem crucis; propter quod, & Deus exaltauit illum, &c. In ſimilitudine hominem factus. Nota quod quędam fecit Deus immediate vt mundum, & primum hominem: & hęc fecit ſine alterius adiutorio: quędam mediate vt iſtos effectus, & alios quotidianos; & iſta fecit cum aliorum agentium adiutorio: ſicut ergo in prima formatione humani generis primum hominem ratione ſuæ primitatis fecit ſine quocumque adiutorio cuiuſlibet agentis: ita debuit facere in reformatione ſecundum hominem Chriſtum ratione ſuæ dignitatis immediate ſine auxilio cuiuſcumque hominis generantis: & ſicut de terra inculta humano vomere primum: ita de Terra intacta humano ſemine fecit ſecundum hoc ipſe confitetur. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio. Hic nota ſi vis quomodo per ſemetipſum regis filius: habitum induit militarem ſine alterius adiutorio; ſicut dixi in illo ſermone. Homo natus eſt in ea. Hic ergo æternitas tranſit in notiuitatem: diuinitas ad pauperem humanitatem factor ad ſenſibilitatem ille de quo. Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt verbum caro factum eſt.

2 Nota, ꝙ quãuis ipſe habitũ mutauerit ꝙ enim nõ erat aſſumpſit: & ꝙ erat ꝑmãſit; nõ tñ diuiſionẽ paſſus neq; mutationẽ. Exẽplũ in natura; fluuius de paradiſo terreſtri egrediẽs viſcera terrę ſubintrãs: & poſtea egrediẽs de terra oriẽs (ipſe idẽ manẽs) intra viſcera terrę, & extra idẽ ĩ ſua origine irrigat vniuerſę terrę Aegypti ſuꝑficiẽ, & fecũdat. Sic ſpũaliter Dei filius eſt ille fluuius. Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ Dei. Hic.n. fluuius egreſſus ꝑ ęternã gñonẽ de paradiſo ſinũ intellectus pr̃nã ĩgreſſus eſt terrę viſcera.i.virginis aluũ: q inde ꝑ natiuitatẽ egreſſus totã terrã eccleſię militãtis humore grẽ, & doctr. rigãs mirabiliter fęcũdauit. vñ Eccl. 24. Ego q̃ſi fluui⁹ dorix, & ſicut aq̃ductus exiui de paradiſo: dixi. Rigabo ortũ plãtariorũ, & inebriabo partus mei fructus: ſequitur. penetrabo oẽs partes inferiores terræ. Sicut autẽ fluuius idẽ manet ĩ paradiſo, & ſub terreno habitaculo: & extra ĩ terrę ſuꝑ cılio

Chriſtus eſt fluuius.
Pſal. 45.

Ita

Ita Dei filius idem manſit in intellectu paterno;& in ſinu materno:& in mundo externo. Tu autem idem ipſe es,& anni tui non deſi. Ad iſtam entitatem aſſumpſit noſtræ humanitatis fluxibilitatem. Quod ſatis oſtendit. Apoc. 1. Vbi vtrumque confitetur dicens. Ego ſum alpha,& omega, principium,& finis: primus,& nouiſſimus. Vt alpha principium,& primus Diuinitatem reſpiciant omega finis,& nouiſſimus humanitatem in qua ſunt omnia, quæ de ipſo ſcripta fuerunt conſummata. Exod. 3. Poſtquam dixit qui eſt miſit me ad vos: per quod diuinitatem oſtendit ſubiunxit. Ego ſum qui ſum, ego ſum Deus per meam Diuinitatem, qui ſum homo per aſſumptam humanitatem. Audi populus meus,& loquar Iſrael,& teſtificabor tibi Deus Deus tuus ego ſum. Pſal. 101

3 Nota, quòd vas in quo debent poni precioſæ reliquię conſueuit de maſſa argentea prius amota rubigine per doctum artificem confici, & formari; humanitas Chriſti debebat precioſiſſimas reliquias conſeruare: nō vtique oſſa Beati Petri aut Pauli, non &c. Sed filij Dei: ideo Spiritus Sancti artifex doctus de Matre Virgine in eius conceptione peccati originalis præpulit rubiginem poſt quod de puriſſimis ſanguinibus eius ipſi Dei filio vas corporeum tam pulchrum formauit tam decorũ quod fuit prę omnibus alijs puriſſimum. Prouerb. 24. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum: igitur virgo Beata eſt de qua ſumpta eſt illa maſſa noſtræ humanitatis: ex qua fabricatum eſt illud vas precioſiſſimum omni lapide precioſo ornatum ſcilicet corpus Chriſti: ſolo Spiritu Sancto artificio in quo fuit veriſſime filij Dei perſona: de quo vaſe ſcribitur. Eccle. 50. Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide precioſo: ergo iuxta doctrinam Apoſtoli primæ ad Theſſ. 4. Cum hæc ſit voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Sciat vnuſquiſque veſtrum: vas ſuum poſſidere in ſanctificatione,& honore: non in paſſione deſiderij ſicut, & gentes, quæ ignorant Deum. hic dilata ſi vis,& tale vas ſanctificatum non immundum erit illud de quo. Eccle. 43. Vas caſtorum in excelſis in firmamento Cœli reſplendes ſpecies Cœli gloria ſtellarum.

Ad quam gloriam nos, perducat, &c.

SERMO XXVI.

De conuerſione B. Pauli Apoſtoli.

COnuerſus ſum in ęrumna mea: dum configitur ſpina. Vulgariter dicitur, & eſt ad propoſitum, quod de eadem terra murus fit, & foſſatum: quod cum ad ſenſum in arte materiali pateat eſſe verum; in ſcientia animæ ſpiritualiter non minus veriſſimum reperitur. Nam ſecundum Ariſt. 9. metaph. Poteſtates rationales valent ad oppoſita. hoc cōperimus ſpiritualiter ſecundum Auguſt. Quod vnde peccator fodit ſibi foueam æternę damnationis ad pacem: inde per pœnitētiam poteſt ſibi ędificare murum reparationis ad gloriam vt inde proferantur animæ medicamenta: vnde facta ſunt vulnera: figura. Heſt. 15. Cum heſter per pręſumptionem veniſſet ante aſſueri regis ſolium non vocata contra præceptum; fodit ſibi foueam damnationis,& mortis: ſed cum vidit regis animum contra ſe ſæuientem. vnde per præſumptionem foueam mortis ſibi parauerat: inde immediate murum reparationis,& ædificationis ædificauit per humiliationem:& reparauit medicamenta: vnde venerant vulnera. & ideo roſeo colore in pallorem mutato laſſum ſuper ancillulam reclinauit caput. Propter hoc ibi dicitur, quod ſtatim conuertit Deus ſpiritum regis in manſuetudinem: & reginæ pę

Pſal. 31 Pro hac feſtiuitate poteris applicare, quod habet. collatione 1 de B. Andrea, 2. nota illud, quã pulchrũ eſt.

humiliationem ignouit præſumptionem:vnde ergo foſſa exiuerat culpæ: inde murus ædificatus eſt veniæ. Exemplum: nam dicitur eſſe ſerpens venenoſus tyrus nõie: cuius venenum eſt adeo mortiferum, & morſura: vt nullo medicamento curari valeat niſi ſuo. Hoc modo ſerpens captus virga ſpinoſa fortiter cæditur verberatur, & vulneratur donec virus exeat:deinde ſerpente ſic flagellato contra virus proprium efficitur medicina:& contra omne etiam virus alienum a tyro dicitur tyriaca;quia valet contra omne venenum: & ſalutifera eſt medicina. Ad propoſitum peccator greſſus ſuos dirigens contra Deum,per peccatum ſibi fodit foueam culpæ in preſenti:& pœnę pro futuro. Foderunt ante faciem meam foueam:& inciderunt in eã. Sed per pœnitentiam vnde ex proprio corde fecit foueam:& murum ędificat meritorũ per operationem bonam. De horum numero fuit B.Paulus Apoſtolus. Nã ipſe fuit quaſi venenoſus ſerpens contra Chriſtũ vt ipſum morderet,& ſuos,ſicut cantamus. Ibat furijs inuectus dirum toto pectore virus efflabat,& ſanctorum ſanguinem ſine intermiſſione ſitiebat:vnde,& epiſtolas ad hoc accepta in Damaſcum. Act.9. Ecce ſerpens. Sed Chriſtus vnde exibat venenum perſecutionis extraxit tiriacam prædicationis:vnde ſerpentem iſtum proſtrauit verberauit,& verberando virus infidelitatis extraxit:& tiriacam prędicationis confecit:vnde dictum eſt ei. Act.9. Quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. vnde proſtratus eſt ſæuiſſimus inimicus,& perſecutor:ſed erectus eſt fideliſſimus prędicator. vnde ſicut Heſter peccatum pręſumptionis euaſit per humiliationem;ita Paulus cum fuit ꝓſtratus dixit. Dñe:quid me vis facere? & vnde exiuerat venenum,& toxicum.inde de terra eadem medicinam faceret: & fidei tiriacam vt ipſe dicit. Ad Rom.11. Vbi abundauit delictum ſuperabundauit, & gratia, & hoc idem ipſe confitetur in verbis propoſitis. Cõuerſus ſum,&c. Vbi huius Apoſtoli Beati tangitur triplex ſtatus: deſcribunt ei hæc verba ſtatum triplicem Apoſtoli Pauli.

Præcedentem		defecit		præcedens, & deficiens
Accedentem	q	refecit	ſtatus autẽ	accedens reficiens
Secedentem		perfecit		ſuccedens,& perficiens

	præuaricationis	& miſeriæ	in ærumna mea
Fuit	compunctionis	& pęnitentiæ	dum configitur ſpina
	perfectionis	& gratiæ	conuerſus ſum

	præuaricationis		defecit	& præceſſit
In ſtatu ergo	compunctionis	qui	refecit	& acceſſit
	conuerſionis		perfecit	& ſucceſſit

Paulus Chriſtum perſequitur
Chriſtus Paulum conſequitur
Chriſtus Paulum, & Paulus Chriſtum amplectitur.

In erumna mea
Dum configitur ſpina
contriſtatus ſum.

1 Nota,ꝙ ſtatus peccati quo quis vt Paulus Chriſtum cõſequitur eſt ſtatus ærumnæ;ratio eſt. Chriſtus. Ioa.8. Statũ peccati dicit ſeruitutẽ. Qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati. Huius rõ eſt: quia eodẽ modo eſt de ſeruitute peccatorũ. ſicut de ſeruitute ſarracenorũ. Audiui quòd ſarraceni Chriſtianos habentes ſeruos eos faciũt laboribus cõtinuis inſudare,& tps in ſudore expendere,& perſonaliter:nec de labore ſuo mercedẽ reportãt aliquã:ſed male viuunt,bibunt, & comedũt,& in amaritudine tota die flagellis expoſitis vt laborent: nocte aũt cũ deberet eis dari quies affliguntur amplius in fine operis. Nã proijciũtur in profundã ſpeluncã:cõpediũtur pedibus,& mani bus:& vltimo lapis ponitur ſuper os ſpeluncæ ne inde fugere valeant

vel

Vel exire. Sic eſt de ſtatu quo quis ſeruit diabolo per peccatum: tota enim die vitæ ſuę laborat,& inſudat peccatis: vel acquirendo diuitias: vel proſequendo delitias,&c. numquam habet vnam diem diuinę conſolationis,dulcedinis,mentalis. de qua in pſal. Guſtate,& videte quoniam ſuauis eſt Dñs. In nocte autẽ mortis cũ deberent quieſcere nullam aliam mercedem reportant niſi quod ponuntur, & proijciuntur in foueã inferni: ligatis manibus,& pedibus: iuxta illud. Matt.22. Ligatis manibus,& pedibus mit. eũ in tene. exte. ibi erit. fle. &c. Et ponitur lapis ſuper os impotentiæ redeundi. Eccl.2. Cuncti dies eius laboribus,& ęrumnis pleni ſunt: nec per noctẽ requieſcit mente. Paulus autẽ ante ſuam vocationẽ fuit ſeruiens diabolo in Chriſti,& Chriſtianorum perſecutione intantũ vt etiã B. Stephanũ manu omnium dilapidaret veſtimenta omniũ ad pedes ſuos cuſtodiendo: vnde de ſtatu quo Chriſtũ perſecutus eſt. Eccl.21. Cunctis diebus vitæ ſuę comedit in tenebris, & ærumnis multis. Notant autem; dicit comedit in tenebris: ad litteram enim Paulus ante ſui vocationem non habuit lumen vitæ. Ratio eſt. quandoq; in oculis eſt pellis vel tela pupillæ ſuperpoſita quęquã diu manet, oculus videre non poteſt, iudicio experti medici ſic excæcatis telam, & pellem cum acu vel ſpina pungente conſueuerunt deponere: & ſic tales recuperant viſum. Sic B. Paulus habuit ſuper oculos mentis ſuæ telam,& pellẽ legis moſaicè.& ideo lucẽ fides Chriſtiana videre nõ poterat. Sed ille medicus Saluator Chriſtus: hanc pellẽ,& telã moſaicę legis litteralẽ ſenſum de intellectu depoſuit: & tunc Chriſtũ vidit. vnde Act.9. dicitur quod erat non vidẽs. & iterũ. Apertisq; oculis nihil videbat: ſed poſt adhibitam Chriſti medicinã dicitur quod ceciderunt continuè tanquã ſquamæ ab oculis eius, & viſum recepit. In ſtatu ergo vocationis videns comedit, ideſt intelligentiã ſcripturæ ſacræ ſumpſit. Nam. Act.9. dr̃ viſum recepit: & accipiens cibũ cõfortatus eſt. & iudicio dr̃ hic de primo ſtatu qđ comedit in tenebris, non de ſecũdo. Tenebrę nõ obſcurabuntur à te.& nox ſicut dies,&c. Et hoc de primo principali,&c. De ſpina autem hanc telam diuellente in hoc ſecundo principali agitur. Dum configitur ſpina.

2 Nota, quod Chriſtus circa Paulũ fecit ſicut faciunt pariſij periti in arte emendi,& vendendi equos: cũ enim aliquis adducit bonum equum quem non valet, vel non decet eum diu tenere: ſed non vult illis facere bonum forum ad eorũ placitum: occultè ponunt vnum clauum vel ſpinam in pede quo pũgitur: & ſic cogitur equus claudicare,& etiam cadere ad puncturam: & tunc habẽs equum deſperat de eo: & dat quaſi pro nihilo. Spiritualiter Paulus erat equus optimus portans,& defendens legem moſaicam: vnde Chriſtus hunc equum habere voluit vt portaret nomen ſuum,& defenſaret corã regibus, & gentibus: & corã filijs Iſrael. Act.9. Et quia de eo habuiſſet malum forũ à Iudæis quos talem pugilem habere nõ decebat, occultè inclauauit eum clauo timoris, & ſpinæ pœnitentiæ. vnde Act.10. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. & viri qui comitabantur cũ eo audiebãt vocẽ neminẽ videntes. Et hoc autem non ſolum in lege Iudæorum claudicauit: immo ab ea cecidit. vnde in terram cadens,& punctus clauo timoris in pede: tremẽs ac ſtupens dixit. Dñe quid me vis facere: ſic per ſpinam compunctionis de perſecutore prædicator, de Iudęo factus eſt Chriſtianus. Vnde configitur ſpina: Sæpe enim dixerat. Cõfige timore tuo car. me. a iudi.&c. Hoc ipſe confitetur. ad Gal.2. Ego enim per legem legi mortuus ſum vt Deo viuam: & Chriſto, confixus ſum Cruci.

3 Nota, quòd lupus eſt animal rapax, & doloſum,& iniquum ouibus: & ex natura ſua indomitum,& immanſuetum ſilueſtre,& de difficili domeſticabile: ſi tamẽ cum labore domeſticetur: efficitur amicus ouium,& cuſtos contra alios lupos: & fidelis,& ſapiens, Domino ſuo domitum,& manſuetum. & ſic per domeſticationem tota ſua natura mala conuertitur in bonam,& inimica in amicam. Domeſticatur

autem lupus per cibum humanum, vt per carnes coctas, vel per panem, vel alium cibum humanum,& potiſſimè quando eſt catulus. Dic hic de lupo qui domeſticus cuſtodiens oues;& dormiens ab alijs lupis, ouibus interfectis excitatus lupos inſecutus interfecit: & ſub ouibus in vnum globum totum poſuit. B. Paulus de tribu fuit Beniamin de qua propter eum Iacob Patriarcha. Gen.49. prædixerat Beniamin lupus rapax ſemper. Iſte ergo lupus rapiebat oues Chriſtianas. vnde acceperat epiſtolas ad ſynagogas vt ſi quos inueniret huius viæ viros,& mulieres vinctos perduceret Hieruſalem. Act.9. Hunc adoleſcentem Chriſtus domeſticare voluit: & hoc in ſuam domum Cęleſtem inducendo: & cibum humanum,carnes coctas in Chriſti paſſione,& panem Euchariſtiæ conferendo: immo cibum Angelorum diuinitatis,& humanitatis oſtendendo: 2. Cor.12. Scio hominē in Chriſto raptum vſq; ad tertiū Cœlum;& audiuit archana verba, quę non licet homini loqui. Hic autem lupus poſt ſui conuerſionem,& domeſticationē,factus eſt cuſtos ouiū Chriſti,& rapax aliorum luporum:Iudæorum,& hęreticorum intantum vt per ſynagogas prędicans confunderet Iudęos: confirmans quia hic eſt Chriſtus: factus Domino fidelis vſq; ad mortem per domeſticationem conuerſus. *Pſal.7.* Lęta cantat Eccleſia. De huius lupi cōuerſione. Lętabor,& exultabo in te;pſallam nomini tuo altiſſime. In conuertendo inimicum meum retrorſum:infirmabuntur,& peribunt a facie tua. Exponatur ad propoſitum. Vtinam hodie non ploraret de quibuſdam, qui in eccleſiam ingrediuntur vt oues,& poſtea conuertuntur in lupos de quibus. Matt.7. Attēdite à falſis prophetis qui veniūt ad vos in veſtibus ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.de iſtis in pſal.77. Quemadmodū patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum. Contra quos. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit, &c. Sed de B. Paulo non ſic: ſed lętatur eccl. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi conſcidiſti ſaccum meum,& circūdediſti me lætitia.& merito;nam iuxta illud Heſter 10. Fons paruus creuit in fluuium: & in ſolem lucemq; conuerſus eſt,& in aquas plurimas redundauit. Ad quas aquas Cœleſtium gratiarum nos perducat, &c.

SERMO XXVII.

De Conceptione, ſeu Sanctificatione Beatæ Mariæ Virginis.

Pſal.31. TV remiſiſti impietatem peccati mei. ſecundū Philipp 8.Ethico. Principium omnis liberalis collationis eſt amor vnde ſecūdum,quòd maior eſt amor eſt maior donorum collatio: bonum autem confertur dupliciter alicui: & per bonorum collationem, & per debitorum remiſſionem. & ideo vbi amor eſt collationis,& remiſsionis principium: quanto maior eſt amor: tanto maiora bona conferuntur, & maiora debita remittuntur. Figura ponitur. Luc.7. In parabola poſita per Chriſtum Phariſæo. Duo inquit debitores erant cuidam,& non habentibus illis vnde redderent: donauit vtriſq. Quis ergo plus diligit? Reſpondit,æſtimo,quod is cui plus donauit: cui ergò minus dimittitur minus diligit;propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum.

Et conuerſus ad mulierem dixit. Remittuntur tibi peccata tua. Ad propoſitum *Originale peccatum quid ſit.* peccatum originale non eſt niſi priuatio originalis iuſtitiæ cum debito habendi eam. Vnde peccatum originale eſt quoddam debitum, quod remittitur cum culpa diluitur. Inter cæteras autem creaturas virgo beata filium plus dilexit. 2. Regū.

Sicut

Sicut mater vnicum amat filium: ita te diligebam: ergo filius plus doni debuit ei conferre, & debitum quodcunq; remittere: & ideo ipſe ipſi remiſit debitum peccati originalis, & contulit dona gratiæ ſpiritualis. Et hoc dicit ſcriptura. Conuerſus ad mulierem dixit, Remittuntur tibi peccata tua. Ad litteram enim Deus ſe à muliere auertit: poſtquam ipſa à Deo fuit auerſa. Auerterunt ſe, & non ſeruaue-
Pſal. runt pactum. Quia autem prius B. Virgo ad Deum inter omnes mulieres erat cō-
77. uerſa per votum virginitatis prius Deus ad eam ſe conuerti debuit: quod, & fecit peccatum originale tanquam debitum remittendo, & ſanctificationem conferēdo, & hoc ipſa in verbis propoſitis confitetur. Tu remiſiſti, &c. Vbi tria notantur.

1	ſingularis	eminentia remittentis	ideo dicitur	tu
2		gratia prouidentis		remiſiſti
3		indigentia capientis		impietatē &c.

1 Nota, quod templi, & Eccleſię corporalis, quę ad diuinum cultum ordinatur dedicatio, & conſecratio eſt tantæ excellentiæ, quod non niſi ad perſonam excellentem, & eminentem ſpectare poteſt, ſcilicet Pontificem. Vnde ſolus Epiſcopus poteſt conſecrare Eccleſiam. In conſecratione autem materialis, & corporalis Eccleſiæ ſunt hęc quatuor. Quia primo parietes eius perficiuntur. Secundo morticinia expelluntur. Tertio parietes inunguntur. Quarto luminaria accenduntur. Beata virgo erat futura domus Dei: tabernaculum, templum, & Eccleſia: & ipſa tota ad diuinum cultum ordinabatur: propter quod ſanctificatione, & conſecratione pontificis excellentis carere non poterat: ideo ſanctificata fuit per illū: de quo Apoſtolus ad Hebr. 9. Dicit, quod eſt Pontifex futurorum bonorum. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus, & fuerunt ibi illa quatuor obſeruata. Nam prius fuit ipſa concepta quam ſanctificata, quia ſecundum Bernardum in Epiſtola ad Lugd. Quod non eſt ſanctificari non poteſt. Secundo fuit expulſa originalis morticina culpa. Tertio fuit oleo cœleſtis gratiæ abundantiſsime inuncta. Quarto fuerunt in ea luminaria accenſa; quia ſeptem dona Spiritus ſancti fuerunt ipſi pleniſsimè largita qui intellectum illuminant, & decorant. Hæc autem omnia in ea facta fuerunt per diuinæ poteſtatis eminentiam, & excellentiam. Vnde ſi tu vis ſcire, quod in huius templi ſanctificatione, & dedicatione Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus fuerūt operati docet Iob 17. cap. d. Noctem verterūt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Sequitur præſtolatio mea, & patientia mea tu es Domine Deus meus. Nota nox pręcedit diem: ita culpa originalis ſanctificationem. Noctem ergo peccati originalis verterunt in diem gratiæ ſpiritualis: Et rurſum poſt tenebras culpæ ſpero lumen gratiæ. Si quis ita fecit: Tu es Domine Deus
Pſal. meus. Tu es ipſe rex meus, & Deus meus qui mandat ſalutem Iacob. Nota magni
43. viri mittentes literas ſcribunt in eis ſalutes, & conſueuerunt ponere in pyxide picta, & proprio ſignō ſignata. Deus pater miſit vnam literam toti mundo in qua erat ſcripta noſtra ſalus. Hæc litera erat. Verbum caro factum eſt. Verbum enim patris ſcriptum erat in pergameno noſtrę humanitatis. Hanc literam poſuerunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, in pyxide vteri virginalis, & ideò hæc pyxis fuit picta pulchritudine omnium virtutum varietate. In fimbrijs aureis circundata
Pſal. varietate. Quinimmò ibi fuit ſigillum mittentis depictum, ideo dicit. Tu es ipſe
4. rex meus, & Deus meus qui mandas ſalutes Iacob. Ille qui mandat ſalutes Iacob eſt ille qui operatus eſt ſalutem in medio terræ. Si vis ſalutare dic, quod ſic eſt apud Deum (in hoc tempore) ſicut apud mundum: quia olim in literis conſueuit poni ſalus: ſed modo ſcribentes literas abbreuiantur, quod nec verbum ſit de ſalute.

Nota qd Conc. Trid. ſeſs. 4. in Decreto de peccato originali habet hæc verba, in fauorē immaculatæ Cōceptionis B. M.V. nimirū. Declarat tamen hæc ipſa sāncta Synod. nō eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatam, & Immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem; ſed obſeruandas eſſe Conſtitutiones fel. recordat. Sixti Papæ IIII ſub pœnis in eis Conſtitutionibus contentis, quas innouat.

Digitized by Google

te. Ita Deus olim hominibus deuotis, & ſanctis mandabat ſalutem: modo ita
Pſal.105. homines abbreuiauerunt deuotionem, & ſanctitatem: Peccauimus cum patribus noſtris iniuſtè egimus iniquitatem fecimus, ideo longe a peccatoribus ſalus, & mors peccatorum peſsima, ideo veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernũ viuentes. Non ſic de Beata Virgine, quia ipſi miſſa eſt iſta ſalus, & ipſa eã humano generi apportauit; petiuerat enim cum Pſalm. Et tu Domine fac mecum propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua: tu es enim Deus, qui facis mirabilia.

2. Nota, quod ſol oriturus circa auroram in terra facit duo. Remittit enim terræ ariditatem, & emittit roris cœleſtis humiditatem. De Beata Virgine Diu ante prophetatum fuit. In pinguedine terrę, & in rore cœli deſuper erit benedictio tua. Geneſi 27. Igitur Dei filius ex ea mundo huic oriturus huius terræ remiſit ariditatem per ſubtractionem originalis culpę, & immiſit roris celeſtis humiditatem per collationem gratiæ ſpiritualis. Hoc fuit figuratum Iudic. 6. Quando ros cecidit in terram, & in vellus Gedeonis. Per terram intelligitur anima.
Pſal.142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Per vellus corpus. Benedixiſti Domine tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem. De qua ſequitur tertium.

Bonũ ſemẽ ſeminauit in agro ſuo. 3 Nota, quod terra in qua debet bonum ſemen electum vt triticum ſeminari debet cum magna diligentia excoli, & cum magno ſtudio preparari; ita vt non ſolum extirpentur ſpinæ, & tribuli, ſed zizania eradicetur. Ita fuit circa humanum genus: ſicut Chriſtus poſuit in parabola Matth. 13. Deus enim à mundi principio bonum ſemen originalis iuſtitię in agro ſuo humanę naturæ ſeminauit. Sed cum dormirent homines per negligentiam Adam, & Eua, venit inimicus, & peccati zizaniam ſeminauit. Vnde poſtea ſic creuit in poſteros omnes eorum, qui ex eis per concubitum prodierunt, quod ab iſta zizania nullus niſi Chriſtus ſolus excipitur; ſecundum Auguſtinum de fide ad Petrum. In huius autem terrę vna petra debebat ſemen nobiliſsimum ſeminari. vtiq; illud ſemen eſt Verbum Dei. Matt. 13. In Virgine, ſ. Beata, & ideo ſummo Spiritus Sancto fuit ſtudio culta, & præparata non ſolum enim ſpinę peccatorum mortalium, & tribuli peccatorum venialium fuerũt extirpatæ. Sed zizania originalis peccati, totaliter eradicata: interim, vt in ea vel in nato ab ea nullo modo ſic creſceret. Non ſic in alijs ab vtero ſanctificatis. Dilata ſanctificationis eius, & aliorum diſſimilitudinem. Sic ei fuerat promiſſum
Pſal.19. per Eſa. 6. Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Iniquitas quantum ad omne peccatum actuale: & peccatum tuum mundabitur quantum ad originale. Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. O vtinam de quolibet noſtrum poſſet dici: quæretur peccatum, & non inuenietur, quia credo quod ſi multorum peccata quærerentur faciliter inuenirentur, iuxtà illud Gen. 4. Si bene egeris recipies: ſi autem male, ſtatim peccatum tuum in foribus aderit. Ergò recurramus ad pœnitentiam, per illam Deus diſſimulat hominum peccata vt dicitur Sapient. 11. De recurrentibus enim ad pœnitentiam. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Ad quam beatitudinem, &c.

SERMO XXVIII.

De Annunciatione Dominica, vel Natali Domini.

DE cælo reſpexit Dominus,& vidit omnes filios Bellatorum ſapientum, & peritorum eſt: cum volunt de inimicis habere victoriam, & triumphum, quod prius præmiſſa, & directa acie princeps exercitus inſidijs ſe abſcondat in locum occultum in vallem aliquam vbi minime videatur, & minime eſſet credatur: & demum primo exercitu fatigato de valle exeat de inſidijs in hoſtes irruat, & omnes percutiens de hoſtibus habet victoriam, & triumphum. Ita Ioſue Vrbem cępit Ay,& regem eius. Ioſue.8.cap. vbi dicitur quod cum Ioſue leuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis inſidiæ quę latebant ſurrexerunt,& per gentes cęperunt ciuitatem,& regem eius. Spiritualiter Deus eſt bellator peritiſſimus: ipſe namque fortis in prælio. Docet cuiuſlibet manus ad prę-lium,& digitos ad bellum. Vnde, & Dominus exercituum nomen illi. Ipſe igitur de hoſtibus dæmonibus qui terram ſuam,& homines ſuos inuaſerant: & hoſtiliter captiuauerāt volens habere victoriam præmiſit acies varias, Patriarcharum, Prophetarum,& Sanctorum præcedentium: qui tam diu in bello fuerunt fatigati, Vt Dauid vnus ex illis bellator fortiſſimus clamaret. Defecit in ſalutare tuum anima mea,& in vertute tua ſuperſperaui. Tandē videns hoc non ſufficere poſuit a tergo hoſtibus inſidias: & ſe in loco incredito,& occulto in valle humili verginali vtero occultauit: vnde ſubito in hoſtes irruens, & eos ex inſperato percutiens victoriam habuit,& a dęmonum ſeruitute ſuos homines liberauit, quod fuit pulchre figuratum Exodo 14. Cum enim filijs Iſrael fugientibus Pharaonem, & ægyptiacam ſeruitutem ægyptij per medium maris perſequerentur crudeliter filios Iſrael fugientes. Deus ipſe qui erat dux exercitus populi Iſraelitici non palam: ſed de loco abſcondito volens eos totaliter proſtrare proſpiciens in nubibus colūna ſe occultans eos totaliter diſſipauit: vnde dicitur ibidē, ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium maris: perſequentes, quod ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos: iamque aduenerat vigilia matutina: & ecce reſpiciens Dominus ſupra caſtra ægyptiorum per columnam nubis, & ignis interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum: ferebantur enim in profundum: ita quod nec vnus ſuperfuit ex eis. Per Pharaonem ergo, & eius exercitum intelligitur diabolus qui filios Iſrael, id eſt genus humanum perſequebatur in mare huius mundi, ſed Deus in colūna nubis, & ignis, id eſt in Virgine Maria: quæ fuit columna nubis: rorida per gratiam: pura per virginitatem: ignis per charitatem: ſe occultauit, & in hac columna abſconditus, & cælatus,& de hac contra hoſtes reſpiciens,& in ſuos filios illos quidem proſtrauit, & iſtos ſaluauit. Et hoc dicunt verba propoſita de cælo reſpexit, &c. De cælo, id eſt de Virgine Deum cælante: quia cælum dicitur a cælando reſpexit Dominus, & vidit omnes filios hominum: vidit inquam oculo miſericordiæ compatientis,& ſaluantis: in quibus verbis Pſal. Deuotis inſinuat tria. Nam eis a longe demonſtrat diuinum.

Pſal.31

Pſal.118

Tabernaculum Oculum Populum	Inuenies autem in	tabernaculo diuinā ſapiētiā latitātē oculo diuinā miſericordiā ſubleuātē populo hūanā indigentiā acclamātē	de cælo. reſ.do. vi.o.fi.

Eſt igitur	Sapientia latitans ſecretiori conſilio Clementia ſubleuans altiori beneficio Indigentia prouocans patētiori myſterio	de cælo. reſpexit Dominus vidit omnes filios

1 Nota, quod Beata Virgo cælum dicitur duplici ratione. Primo ratione interpretationis. Secundo ratione conditionis. Ratione interpretationis: quia cælum dicitur a cælando. Scriptura dicit mirabiliter tria cælari. Cęlatur enim via ſerpentis in lapide, via nauis in equore, via auis in aere. Chriſtus enim comparatur ſerpenti Ioan. 3. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari opus filium hominis vt ominis qui credit in ipſum non pereat. Sicut enim ad illius ſerpentis aſpectum filij Iſrael ſaluabantur. Numerorum. 21. Ita ad Chriſti aſpectum ſaluantur fideles per fidem. Comparatur etiam naui. Prouerbiorum 31. Quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Comparatur etiam aui. Deut. 32. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, &c. Hæc ergo tria fuerunt cælata in Virgine Maria per Chriſtum qui modo expoſito dicitur ſerpens nauis, & auis: quia ſicut ſerpens non relinquit veſtigium in lapide: nec in equore nauis: nec in aere auis, ita nec Chriſti conceptio nec natiuitas in virgine Prouerb. 30. Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro: via aquilæ in cęlo: via colubri ſuper petram: via nauis in medio maris, via viri in adoleſcentia. Alia littera habet in adoleſcentula. Applica ad Chriſtum. Dicitur ergo Virgo Beata cęlum a cęlando a nominis, ſcilicet interpretatione. Secundo ab eius conditione. Eſt enim cælum duobus pulis firmus: planetis ſpecioſius: multis ſtellis virtuoſius. Sic Beata Virgo fuit velut in duobus pulis firma: ſuperiori, & inferiori arctico, & antarctico Dei charitate, & ſui humilitate. Vnde Geneſis 1. Vocauitque Deus firmamentum cęlum, factumque eſt Veſpere, & mane dies ſecundus. Nota dies ille durauerat vſque ad Virginem: ſed tunc incæpit ſecundus, ſcilicet gratiæ. Sic etiam Beata virgo fuit cęlum fuit duobus planetis decorata: ſole, ſcilicet Diuinitatis, & luna humanitatis: quę fuerunt in Chriſto per Chriſtum in ea. Vnde Abacuc 2. Sol, & luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Geneſis 1. Fiant luminaria in firmamento cæli: & diuidant Diem ac Noctem: Diem gratiæ nouæ legis a Nocte iræ veteris legis. Sic ergo fuit beata Virgo cęlum multis Virtutibus velut ſtellis omnibus: vigorata virtutum multiplicitate, & operum pluralitate. Vnde tot virtutes, & virtutum opera fuerunt in ea. Vnde Geneſis 15. Suſpice cælum, & numera Stellas ſi potes. Geneſi. 1. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius vt pręeſſet diei: & luminare minus vt pręeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cęli vt lucerent ſuper terram. De hoc ſcriptum eſt Deutero. 28. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis fructu vteri tui: & fructu terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. Aperiat Dominus theſaurum ſuum optimum cęlum, vt pluuiam tribuat terræ ſuæ. Nota modum loquendi ſcripturæ quæcumque mulier fœtum producens. Terra etiam fructum emittens realiter frangitur, & aperitur: ſed cęlum immittens pluuiam in nullo frangitur vel aperitur niſi in effectu. Loquens ergo ſcriptura de Natiuitate filij Dei ex Virgine cum prius vocaſſet fœtum vteri. Secundo fructum terræ: quia iſte fructus natus eſt ſine virginis fractione. Non tacuit ſcriptura donec adiunxit. Aperiat Dominus theſaurum ſuum optimum cęlum, quę apertio non eſt per fractionem: ſed ſolum per effectus largitionem. Cælum cæli Domino terram autem dedit filijs hominum, id eſt Domino conuenit naſci ex Virgine ſicut pluuiæ egredi de cęlo ſed alijs filijs hominum terram dedit, ideſt naſci ad modum eorum quę terra gignit per ſui fractionem. Dicit autem cælum cæli ratione excellentiæ. Vnde & ſi eſt bonum hoc cælum corporale: optimum tamen Beata Virgo cęlum ſpirituale: vnde ſicut prius dictum eſt. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum cęlum. Ita dicit Pſal. Cælum cæli Domino, & alibi. A ſummo cęlo egreſſio eius.

Beata Virgo dicitur Cælum duplicij ratione.

Xp̄s cōparatur ſerpēti. Naui, et Aui.

Pſal. 13

2 Nota, quod aliter aſpicit ſol aliter baſiliſcus. Nam ſolis aſpectus res viuificat:

eat. Vnde res viuentes circa locum vbi baſiliſcus moratur mortificantur, & marceſ-
cunt. Diabolus baſiliſcus iſte ſemel oculo ſuæ malignitatis hominem viuentem
aſpexit: & quamuis vitam mentiendo promitteret: dicens. Nequaquam morie- *Diabolus*
mini. Geneſi 3. Tamen viuentem hominem interfecit: & intantum, quod totum *Baſiliſcus*
humanum genus mortificauit: & in nullo homine eſſet viror vitæ. Vnde Aba- *eſt.*
cuc 3. Aſpexit, & diſſoluit gentes, & contriti ſunt colles ſæculi. Sed Chriſti ve-
ri ſolis aſpectus genus humanum mortificum oculo ſuæ benignitatis ad vitam re-
duxit, & hoc factum eſt quando de virgine carnem trahens oculum ſuæ miſericor-
diæ ad nos direxit. Vnde dicebat Beata Virgo Lucæ. 1. Exultauit ſpiritus meus in
Deo, &c. Quis ſicut Dominus Deus noſter, &c. Nota ſol ſpeculum aſpiciens aliud
operatur in concauo: aliud in conuexo. In conuexo enim calorem ſeu ignem
non gignit: ſed in concauo. Sic Deus Pater videns concauitatem, id eſt humili-
tatem in ſpeculo virginali: ibi filium incarnauit. Ideo dicitur Humilia reſpicit.
De hoc Sole homines reſpiciente dicitur. Eccliſiaſtico 42. Sol illuminans ſuper
omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius. Hunc aſpectum ſumme
deſiderare debemus: quia ſicut ad ſolis aſpectum gelu liquefit: Ita ad rei reſpe-
ctum cor induratum peccato liquefit: vnde Petrus induratus peccato infidelitatis,
& infrigidatus, ad Chriſti aſpectum eſt vſque ad lachrymas reſolutus.
Vnde dicitur Lucæ. 13. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum: & recordatus
eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus: & egreſſus foras fleuit amare. Dicamus
ergo. Reſpice Domine in ſeruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum, *Pſal. 89*
&c.

3 Nota quod patre excludente natos non ſolum ab hæreditate tota: ſed etiam
a parte vt non ſolum non ſint hæredes: ſed nec legatarij. Signum eſt quod nec re-
putat eos nec habet pro filijs: ſed quando eos dimittit non ſolum ad partem: ſed ad
totam hæreditatem ſignum eſt, quod eos habet pro veris filijs. Deus pater ab adam
vſque ad Chriſtum: ſic ſe habebat ad omnes homines, quod non ſolum eis regnum
cæleſte non largiebatur: immo longe a regno excludebat. Vnde omnes proijciebat
in infernum: quapropter dicebat Iob 17. Scio enim quod infernus domus mea eſt:
& in tenebris ſtraui lectulum meum. Et hoc erat, quia non eramus eius filij: ſed
diaboli per peccatum. Vnde dicebat Chriſtus iudæis Ioan. 8. Vos ex patre diabo-
lo eſtis: & facitis opera patris veſtri, & ideo Apoſtolus Ephe. 2. Eramus enim filij
iræ. Vt hæreditatis ergo eſſemus participes: Deus pater nos in filios adoptauit
in ſui filij benedicta incarnatione nos faciens fratres eius: vnde dicitur Ioann. 1.
Dedit eis poteſtatem filios dei fieri: hoc autem factum eſt ſpiritualiter ſicut fit in
mundo temporaliter. In matrimonio enim corporali hoc accidit vt ſponſa effi-
ciatur filia patris ſponſi: ita fecit Deus: vt enim humana natura iræ filia, Dei pa-
tris conſtitueretur filia: inter eam, & ſuum filium matrimonium celebrauit.
Sapientia. 8. Hanc quæſiui, & amaui a iuuentute mea: quæſiui mihi ſponſam aſ-
ſumere. Ex illo ergo matrimonio in capella mentis virginalis inchoato in thala-
mo vteri virginalis conſummato factum eſt: vt noſtra natura ſit facta Dei filia vt
nos omnes filij Dei facti: hæreditatem filiorum reciperemus: ad Gallat. 4. At vbi
venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere factum ſub
lege vt eos qui ſub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus.
1. Ioann. 4. Vide qualem charitatem dedit nobis Deus vt filij Dei nominemur, &
ſimus. Roman. 8. Ipſe ſpiritus dedit teſtimonium ſpiritui noſtro: quod ſumus
filij Dei, & hæredes: hæredes quidem Dei: cohæredes autem Chriſti. Ad illam
hæreditatem, &c.

SERMO XXIX.

De Beato Thoma Apoſtolo.

Pſal.32 Saluabitur in multitudine virtutis. Quanto effectus eſt difficilior,& altior tanto requiritur virtus agentis maior & nobilior. Vnde quanto eſt infirmitas grauior, & periculoſior:tanto requiritur medicus peritior. Figura Matthæi.8. Cum enim mortis periculum diſcipulis immineret in nauicula exorta tempeſtate: ita vt nauicula operiretur fluctibus Chriſto dormiente:non potuerunt ſaluari donec recurrerent ad illum qui eſt virtutis infinitæ. Cui dixerunt. Domine ſalua nos,perimus,qui imperauit ventis, & mari, & ceſſauit tempeſtas. Circa tempus paſſionis Chriſti inſurrexit:tanta tempeſtas vt nulla nauicula fuerit inter Apoſtolos ſine periculo ſubmerſionis. Illa enim nauicula Petri qui tantum per mare iuerat, mergi cœpit, interim vt diceret neque noui neque noſco hominem iſtum Mar.14. immo cœpit anathematizare, & iurare: quia non nouiſſet hominem. Hoc autem factum eſt interim vt Chriſto dormiente in cruce cuiuſlibet nauicula eſſet tentationis, & incredulitatis fluctibus cooperta: ſed tamen in reſurrectione a mortuis ſomno excitatus imperauit ventis tentationum: & facta eſt tranquillitas in conſcientijs Apoſtolorum,& quia nauicula Thomæ non erat ſimul cum alijs:quia vento plus agitata maiori virtute indigebat: vt ſaluaretur, & reduceretur ad portum. Et ideo poſt dies octo Chriſtus Thomæ apparens: imperauit ventis tentationum, & incredulitatum eius:dicens.Cognoſce loca clauorum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis.Ioan.20.Et ideo ſpecialiori,& maiori virtute cæteris eſt ſaluatus,& hoc eſt ſaluabitur in mulitudine virtutis. Vbi nota eius

Aſcriptionem	quia	aſcribitur	ad	beatorũ brauium		ſaluabitr.
Deſcriptionem		deſcribitur		Apoſt.collegium		ĩ multitu.
Præſcriptionem		præſcribitur		meritorũ exercitiũ		virtutis

	Brauium æternæ felicitats		ſaluabitur
Eſt autem	Collegium fraternæ ſocietatis	quia	in multitudine
	Exercitium ſupernæ charitatis		virtutis

1 Nota quod quandoque lapſo in profundum adhibetur manus ſiniſtra pro extractione:& quia maioris virtutis eſt dextera vbi non ſufficit ſiniſtra adhibetur, & dextra potiſſime vbi ſubintrauit multum de aqua beatus Thomas in Chriſti paſſione cecidit in puteum infidelitatis,& tantum de aqua biberat vt diceret. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Et ideo volens eum de iſto puteo extrahere:miſit ipſi manum ſuam ſiniſtram,id eſt Apoſtolos qui dixerunt ei. Vidimus Dominum. Ioan.20. Ille autem tantum de aqua biberat quod extrahi non potuit: immo dixit niſi videro fixuram in manibus eius,&c. Non credam. Ioan.20 Tunc Chriſtus exhibuit ipſi propriam dexteram dicens. Infer digitum tuum huc,& mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus,&c. Ioan.20. Tunc finaliter extractus fuit dicens. Dominus meus, & Deus meus. Fortitudo mea, & laus mea Dominus:& factus eſt mihi in ſaslutem. Dextera Domini fecit virtutem. Dextera Domini exaltauit me. Dextera Domini fecit virtuté. Quaſi diceret hanc virtutem fecit dextera Domini quam non potuit facere ſiniſtra Apoſtolorum: alibi

Pſal.68

Pſal.117

Digitized by Google

alibi ſaluum me fecit dextera tua: Eſt autem ſciendum, quod vnus ſaluatus de aqua alium ſæpe ſaluat: ita ſaluatus Thomas per Chriſtum poſtea regem indiæ ſaluauit. Nota hiſtoriam in vita ſua. Saluatur rex per multam virtutem. Quantum ad vtrumque de Chriſto Saluauit eos propter nomen ſuum: vt notam faceret potentiam ſuam. Si vis aliter procedere poſſes ſic dicere. Nota quod præſentia ſola medici aliquando curat infirmum, & ſaluat propter gaudium: ita fuit de præſentia Chriſti in Thomâ Geneſi 32. Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Gen. 32.

2 Nota contingit aliquando, quod multis campanis exiſtentibus in campanili. Quamuis ſit vna aliquando ſoni clari, & ſingularis: tamen niue cadente ſuper eam facit ſonum raucum: ita vt omnibus ſono ſuppreſſione manifeſte reddatur. Beati Apoſtoli fuerunt ſicut campanæ in campanili militantis Eccleſiæ eleuati ad populos in Chriſti Eccleſia congregandos de quorum ſono ſcribitur. In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. Tempore Chriſti paſſionis tantum de niue tribulationis cecidit: quod omnes illæ campanæ aut ſonum perdiderunt, aut peſſimum, aut raucum habuerunt: patet in maiori, & groſſa campana, ſcilicet in Apoſtolo Petro quæ cum eſſet ab vna ancilla Pulſata Chriſtum negauit: quæ tamen primo clarius cæteris ſonabat: vnde dixit Chriſto ante paſſionem. Matth. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui, &c. Ante paſſionem claro ſono cantauit: ſed poſtea in tempore nimis errauit, & malum ſonum reddidit cum dixit: neque ſcio hominem iſtum. Mar. 14. Inter etiam has campanas, Thomas clarum ſonum habebat. Vnde dixit Chriſto: Ioann. 11. Eamus, & nos, & moriamur cum eo. Iſte autem tantum de niue recepit, quod Apoſtolis dicentibus. Vidimus Dominum: ipſe raucior fuerat. Vnde dixit niſi videro, &c. Non credam: volens ergo Chriſtus iſti reddere ſonum ſuum fecit ſicut fit per ſolem. Sol enim primo aliquas campanas ſuis radijs irradians niuem calefacit, & cum aliqua eſt remotior finaliter per ſuam circulationem illam attingens in ea niuem liquifacit, & ſonum debitum reddit. Ita fecit Chriſtus primo enim radio ſuæ miſericordis præſentiæ niuem incredulitatis in cordibus Apoſtolorum liquefecit. Thomas autem radium non habebat: quia non erat cum eis quando venit Ieſus: & ideo fecit Chriſtus circulum, & poſt dies octo redijt, & tunc niuem totam liquefecit in Thomâ: intantum vt Thomas clariſſimum ſonum redderet, dicens. Dominus meus, & Deus meus. Sapient. 8. In multitudine bonus videbor, dic ſi vis aliter: quod quandoque in aliquibus campanis ſufficit apparitio ſolis ad ſonum reddendum, quandoque autem non ſufficit ſolis apparitio: imo etiam neceſſaria manus operatio ad niuem remouendam, itaque fuit de cæteris Apoſtolis, & de Thoma. Ad alios enim ſuffecit Chriſti apparitio: ad iſtum fuit neceſſaria manus operatio. Vnde dictum eſt ei. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, &c. Ideo dicebat Chriſto Miſerere mei Deus, &c. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Quo accepto dicebat: ſecundum multitudinem dolorum in corde conſolationes tuæ lætificauerunt animã meam:

3 Nota beatus Thomas ſatis, & ſi non à toto: tamen à tanto accuſari poteſt de ſua infidelitate ſeu incredulitate. Ratio eſt ſi ſol non videretur cum eclipſis vel terra ſubintrat non eſt mirum, quod tunc trahit ſuos radios qui ſunt cauſa viſionis: ſcilicet quando ſol apparet in medio in meridie: tunc eſſet cæcus qui ſolem lucidè non videret: Chriſtus ſol verus iuſtitiæ tempore ſuæ paſſionis fuit eclipſatus. Iohel. 2. Sol conuertetur in tenebras etiam vſque ad mortem ſicut, & cum ſol eclipſatur vulgariter dicitur mori. Vnde retraxit radios. Vnde videri non poterat eſſe Deus ſic clare per fidem. Quis enim Deum illum crederet quem cum latronibus penden-

pendentem, & nudatum videret? Iterum ſubintrauit terra: quia fuit quantum ad corpus in ſepulchro, & quantum ad animam in inferno: & ideo quia ſic ſe ab aſpectu Thomæ abſconderat non erat mirum ſi eum per fidem non videret cum radij eius ipſi eſſent ſublati, & ideo virtus oculi intellectus in eum eſſe non poterat. Vnde conquerebatur. Dereliquit me virtus meam, & lumen oculi mei, & ipſe non eſt mihi, & iſte ſol tandem eclipſim pertranſijt. De terra exiuit in reſurrectioné, & tunc Thomæ radios ſuæ humanitatis, & diuinitatis reſtituit, & tunc Thomas per

Pſal. 17. fidem Chriſtum vidit: clare, & manifeſtè Chriſtum cognouit: ideo petebat. Deus meus illumina tenebras meas: quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum, quoniam quis Deus prçter Deum noſtrum. Deus qui prçcinxit me virtute. Nota: quod dicit in Deo meo tranſgrediar murum, & Deus qui prçcinxit me, &c. Volens bene ſaltare veſtimenta leuat ad Zonam, & ſçpe: immo communiter ille longius, & amplius ſaltat qui ante ſaltum retrocedit, id eſt amplius, & præcinctius in curſum ſuum vadit. Thomas per incredulitatem cæteris amplius retroceſſit: quia dixit niſi videro, &c. Non credam, & ideo præcinctus à Chriſto in verbo. Noli eſſe incredulus, curſum ſuum arripiens in fidem, cçteris vltra ſaltauit: vnde alij Apoſtoli modicum ſaltum fecerunt: quia vnum paſſum antemurale, ſolum tranſiuerunt dicentes. Vidimus Dominum. Sed ſanctus Thomas plus alijs vno paſſu ſaltauit: quia tranſiuit ante murale, & murum: dicens. Dominus meus, & Deus meus, & hoc eſt, quod dicitur hic. Deus illumina tenebras meas, &c. Et in Deo meo tranſiui murum, &c. In Chriſto enim erat antemurale humanitatis, & murus diuinitatis. Eſa. 26. Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Alij ergo Apoſtoli ſaltauerunt antemurale humanitatis ſolum dicentes. Vidimus Dominum. Beatus Thomas vtrumque dicens. Dominus meus quantum ad antemurale humanitatis, & Deus meus quantum ad murum diuini-

Pſal. 67 tatis. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutum: ergo, & vos laudate eum in virtutibus eius: euntes de virtute in virtutem donec videatur Deus Deorum in Syon. Ad quam viſionem vbi Thomas eſt nos perducat, &c.

SERMO XXX.

In proceſſionibus generalibus vt exaudiamur.

Pſal. 33

Clamor filiorũ inter oẽs clamores aĩaliũ magis mouet.

CLamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos. Inter omnes clamores magis cauſa cõmotionis penetrationis, & actionis eſt clamor filiorum hoc ſatis oſtendit natura in animalibus qui ſtatim ad clamorem filiorum veniunt: parata iuuare filios ſe pro eorum clamoribus morti exponentia: & aliquando mortem ſubeuntia, & nedum clamor verus prouocat: immo, & iam imaginatus. Vnde legimus 3. Reg. 3. Quod coram Salomone non dimiſerit mater filium diuidi dolorem, & clamorem imaginata filij. Vnde dixit. Date huic infantem viuum, &c. Commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo. Satis hoc pulchrè figuratum eſt. Exodo 3. Vbi dixit Deus Moyſi: vidi afflictionem populi mei qui eſt in ægypto, & clamorem eius audiui, & deſcendi vt liberem eum. Quarto autem capitulo ſequitur. Filius meus primogenitus Iſrael. Clamor ergo filiorum Iſrael mouit, & attraxit Deum vt deſcenderet, & liberaret eum: quia clamor filiorũ inter cçteros viſceribus attractiuus penetratiuus eſt, & remotiuus: hæc eſt inter iuſtos, & iniuſtos differentia: quia iniuſti, & peccatores non ſunt filij Dei. Filij alieni mentiti ſunt mihi. Filij alieni inueterati ſunt, & clamauerunt,

runt, &c. Iuſti autem, & ſancti ſunt filij Dei. Sapientia 7: Stabunt iuſti in magna conſtantia, &c. Sequitur. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei. Pro iſtorum clamore nedum morti ſe expoſuit, ſcilicet mortem in Cruce ſuſtinuit: & fuerunt omnia eius viſcera pro eis confracta. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: *Pſal.* 21
in te ſperauerunt, &c. Immo Eſaia. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mater infantulum vt non miſereatur filio vteri ſui. Et ſi illa oblita fuerit: ego tamẽ nõ obliuiſcar tui: nec de hoc mireris: quia Deut. 32. Dicitur. Numquid non ipſe eſt pater tuus, &c. Deus igitur clamores peccatorum: quia non ſunt filij quamdiu exiſtunt iniuſti non exaudit. Vnde Ioan. 9. Scimus: quia peccatores non exaudit: ſed iuſtorum, ſicut filiorum ſtatim audit pariter, & exaudit. Et hoc eſt clamauerunt iuſti, &c. Vbi Pſal. Iſtorum ſanctorum deſcribit

Deuotionem patefactam Operationem exercitam. Premiationem redditam	quia	clamauerunt iuſti Dominus exaudiuit eos		fuit namque
Patefacta deuotio Exercita operatio Reddita premiatio	cum	Oratione precatoria Executione meritoria retributione remuneratoria		clamauerunt iuſti Dño exaudi eos.

1 Notandum, quod mihi ſic eſſe videtur in cæleſti curia ſicut in Romana curia; quia in Romana curia petitiones ſæpe multæ non expeditæ remanent: quia ad conſpectum ſummi Pontificis non veniunt, quia ad eius aures non introeunt. Eſt enim difficilis aditus, & ingreſſus: ſed illę quę poſſunt ad eius conſpectũ, & auditum peruenire, & introire cum ſint rationabiles, & debitæ audiuntur, & expediuntur. Hæc eſt inter clamorem peccatorum, & iuſtorum differentia: quia petitiones ſanctorum, & iuſtorum, & clamores ſtatim introducuntur ad Deum: & ad eius aures perueniunt. Figura Thobiæ. 12. Dixit. Raphael Thobiæ. Quando orabas ego orationem tuam obtuliſſe coram Domino. Exaudiuit de templo ſancto ſuo *Pſal.* 17.
vocem meam, & clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius. Petitiones autem, & clamores peccatorum non habent introductorem: & ideo nunquam intrant nec audiuntur a Deo. Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret ad Dominum *Pſal.* 17
nec exaudiuit eos. Quod autem clamores, & orationes iuſtorum audiuntur: non iniuſtorum non ſolum cauſa eſt: quia illæ habent introductorem, & iſtæ impeditorem. Ratio patet: in campanis enim de campanili pulſantibus cum ventus fortiter flauerit earum ſonus auditur: illic quo flauit ventus. Ventus enim portat ſecum ſonus qui flauerit, & impedit ne a parte oppoſita ſonus audiatur: ventus ſunt affectiones noſtræ flentes, id eſt voces, & opera noſtra. Clamant ergo ſæpe homines iniuſti; per ſuperbia, per auaritiam, per immunditiam, per hypocriſim, ſiue ſanctitatis apparentiam: ſed iſtorum vox aut clamor a Deo nequaquam auditur: quia ventus medius totum portat quo vadit: non autem vadit ad Deum: ſed ad oppoſitum patet nam ventus totus affectionum ſuperbi: vadit ad honores, & excellentias: tamen Deus dicit. Diſcite a me: quia mitis ſum, & humilis corde Matthæi. 11. Et Iaco. 4. Deus ſuperbis reſiſtit. Tu populum humilem ſaluum facies, *Pſal.* 17.
& ocu. ſu. humilia Ventus affectionum immundi vadit ad carnalitates, & delitias, & tamen paulus dicit Ephe. 11. Quod fornicator aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Perdes omnes qui fornicantur. Ventus auari va- *Pſal.* 71.
dit ad cupiditates, & diuitias, & tamen Chriſtus dicit Matth. 19. Facilius eſt camelum intrare per foramem acus quam diuitem intrare in regnum Dei. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere, &c. Ventus hypocritæ vadit ad fictiones, & ad apparentiam, & de eis dicit Chriſtus. Matth. 6. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, &c. Sicut hypocritæ faciunt. Amen dico vobis receperunt mer-

cedem ſuam. Vanitati ſimilis factus eſt: iſti habent impedimentum ne clamor
eorum veniat coram Deo: quia eorum ventus, id eſt affectiones vadunt ad oppoſi-
Pſal. 143. tum, & Micheæ. 3. Clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abſcondet fa-
ciem ſuam ab eis in tempore illo ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis.
Sed iuſtorum clamor habet ventum proprium adiutorem: quia totus eorum affe-
ctus, & intentio eſt ad Deum, & ideo Deus audit pariter, & exaudit. Ad Dominum
Pſal. 119 cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. Item clamauerunt ad Dominum cum
Pſal. 106 tribularentur: & de neceſſitatibus eorum, &c.

Habitus inclinat per modum naturæ. 2 Nota non eſt mirum ſi iuſtorum oratio exaudiatur. Eſt enim Deo grata cum
ſit regulata ordinata, & perfecta habitu iuſtitiæ. Habitus autem inclinat per mo-
dum naturæ: quę eſt talis, quod inferiora ſuperioribus ſubdantur, & regantur, &
ſuperioribus moueantur, & obediant vt patet in corporibus cæleſtibus quibus in-
feriora ſubduntur, & reguntur. Ex hac cauſa iuſtitia facit vt iuſtorum ſit oratio
Deo grata: quia omnes actus, voluntates, verba, & opera, diuinæ voluntati ſubdū-
tur, & obediunt, & diuina voluntate mouentur, & regulantur: & hoc eſt valde iu-
ſtum. Vnde, & Matth. 2. Iuſtum eſt eſſe ſubditum Deo, quod autem eſt in operi-
bus naturæ ſuo modo eſt in operibus gratiæ. In natura autem ſic eſt, quod quædā
corpora ſunt propinqua primo mouenti, vt ſpheræ inferiores. Et hęc perfecte mo-
tui ſuperioris obediunt: quędam ſunt remotiora vt elementum aqua, & hæc pec-
cato repugnant, & peccato obediunt: vt patet in fluxu, & refluxu maris: quædam
ſunt remotiſſima. Et hæc in nullo mouentur vt terra quæ in æternum ſtat. Eccl. 1.
Sic in opere gratiæ: quidam ſunt Deo propinquiſſimi: iſti ſunt iuſti. Eſa. 51. Prope
eſt iuſtus meus. Et Sapientia 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & iſti omnem
diuinum motum recipiunt, & exequuntur per impletionem diuinorum mandato-
rum: ei obediendo corde voce, & opere, de quibus tribus. Os iuſti meditabitur
ſapientiam, & lingua eius loquetur, &c. Ecce de ore: lex Dei eius in corde ipſius.
Ecce de mente, & non ſupplantabuntur greſſus eius, ecce de opere ideo. Oſeæ. 14.
Rectę vitæ Domini, & iuſti habitabunt in eis. Alij autem ſunt a Deo remotiores
ſicut peccatores infirmi qui fluunt, & refluunt: habent quoſdam bonos conceptus,
& bona propoſita: ſed non habent bonos partus, & bona opera. Ad tempus enim
credunt, & in tempore tentationis recedunt. Lucæ. 8. Sicut audientes ſermones
bene concipiunt: ſed inde recedentes nihil pariunt: contra quos Apoſtolus. Ad Ro
man. 2. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſti ſunt. Si-
cut mare fluens, & refluens, Vnde Eſa. 48. Iuſtitia tua ſicut gurgites maris. Alij
autem ſunt a Deo remotiſſimi: ſicut peccatores obſtinati in peccato qui non mo-
uentur: nec intimis inſpirationibus: nec prædicatorum clamoribus: nec tribula-
tionum actionibus: nec tormentorum terroribus: nec gaudiorum promiſſionibus:
ſed ſtant immobiles ſicut terra. Anima mea ſicut terra, &c. Iſti ſunt indurati pec-
Pſal. 142 catores qui ſicut indurata terra diuinæ punitionis in finem malleo contererentur.
Pſal. 36. Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas quoniā brachia pec-
catorūm contererentur, confirmat autem iuſtos Dominus. Ergo vis videre iuſtorum
mobilitatem, & obedientiam, & duritiam peccatorum: & quomodo erunt in fine
diſpares audi Pſalmiſtam. Iniuſti diſperibunt ſimul, & reliquiæ impiorum inte-
Pſal. 36 ribunt. Salus autem iuſtorum a Domino, & protector eorum eſt in tempore tri-
bulationis: & adiuuabit eos, & liberabit eos Dominus, & eruet eos a peccatori-
bus, & ſaluabit.

3 Nota: non exaudit qui non audit, & ideo facientia ad auditionem faciunt ad exauditionem. Ad auditum autem facit plurimum, diſtantia vel propinquitas. Ita enim poteſt eſſe aliquis propinquus loquenti, quod audiet quicquid dicet, & ita remotus, & diſtans: quod nihil audiet quantumcunque clamet. Sic ſpiritualiter iuſti ſunt Deo propinquiſſimi. Iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt Pſal.33
corde. Sequitur. Multæ tribulationes iuſtorum, peccatores autem ſunt a Deo diſtantes, & longe remoti. Longe a peccatoribus ſalus, igitur quantumcunque ſecrete iuſti in abſcondito, mente, voce, modo quocumque orent loquentur: quia Deus eſt iuxta, & prope: totum audit, & ſtatim exaudit: peccatores autem tantum a Deo diſtant, & ſunt elongati. Quod etiam quantumcunque clament nullo modo audiuntur, & per conſequens non exaudiuntur. Vnde Prouerb. 15. Longe ab impijs Dominus, iuſtorum autem orationes exaudiet. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum inuo. in ve. vo. ti ſe fa. & deſp. eo. ex & ſal. fa. eos. Ad quam ſalutem nos perducat, &c.

S E R M O X X X I.

De Feſto Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

QVaſi proximum quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam. Inter cætera quæ reddunt hominis animum gaudioſum, & faciunt exultationem, & iubilum, eſt aduentus fratris deſiderati: & potiſſimè quando eſt vterinus: quando alias non eſt viſus, & quando eſt vnicus, & quando eſt vnicus vterinus. Super tali enim viſcera commouentur. In cuius ſignum. Luc. 15. Pater duorum filiorum quorum alter prodigus (diſſipata ſubſtantia) ad patrem fuerat reuerſus. Pſal.34.
Cumque frater reuerſus indignaretur ſuper patris gaudio dixit Pater; fili epulari, & gaudere oportebat: quia hic frater tuus qui perierat inuentus eſt. De hoc eſt Figura. Geneſi. 43. Ioſeph habebat fratrem vterinum, & vnicum, ſcilicet Beniamin quē nunquam viderat, & deſiderans eum videre dixit alijs fratribus. Non videbitis faciem meam niſi adduxeritis fratrem veſtrum minimum, quem cum adduxiſſent vterum lætatus eſt, & exultauit, quod fecit inſtitui conuiuium, & attollens oculos cum vidiſſet fratrem ſuum vterinum feſtinauit commotaque ſunt viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachrimę, per beniamin intelligitur Chriſtus, ratio eſt: ſcrutatis ſaccis omnium filiorum Iacob per diſpenſatorem domus Ioſeph: in nullius ſacco inuentus eſt cyphus argenteus niſi in ſacco Beniamin. Geneſi. 43. Ita perſcrutatis ſaccis, id eſt humanitate omnium hominum in nullo inuentus eſt cyphus argenteus, id eſt Diuinitas niſi in ſolo ſacco beniamin, id eſt humanitate Chriſti. Concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia. Iſte cyphus au- Pſal.19
tem erat in quo augurari ſolet Dominus Deus meus, ſcilicet Pater quia ille cyphus eſt verbum, & ſapientia Dei patris, ergo ille eſt Beniamin frater minimus, ſcilicet per humanitatem. Cum autem homines per creationem, & ipſe Dei filius per generationem haberent Deum patrem pro patre: & ſic eſſent fratres, non tamen erant germani, & vterini: quia ſi ex eodem patre non tamen ex eadem matre: ſed tandem factus eſt frater germanus, & vterinus cum fuit in humana matre conceptus, & de humana matre natus. Vnde, & beatæ virgini cantamus. Vterum tuum de Spiritu ſancto credimus impregnatum. Hunc ergo fratrem vterinū

Digitized by Google

factum,& natum ex eadem matre humanitatis.Simeon Sanctus velut alter Ioſeph ſummo affectu,& deſiderio videre cupiebat:dicens:putas videbo, putas hic me inueniet,putas iſti oculi videbunt,& intantum clamauit,quod reſponſum acceperat a ſpiritu,ſcilicet non viſurum ſe mortem donec videret Chriſtum Lucæ.2 fratrem ſuum,ſcilicet vterinum. Cum igitur parentes eius in templum introducerent Symeon Sanctus noluit eſſe vltimus: ſed eleuans palmas vna cum mente iſti ſuo fratri vterino occurrit, & in vlnas ſuas ſicut vterinum fraterculum ſuſcepit cantans: Nunc dimittis,&c Summe in corde gauiſus eſt,& exrerius iubilans, & exultans: iſtum enim ſolum videre deſiderauerat, iſtum ſolum de omnibus perſonis Paradiſi vterinum habuerat,iſtum nunquam viderat: quia ipſemet dixerat. Non videbit me homo,& viuet. Exodi.33. Et ideo eo viſo tanquam fratrem ſuum ſuſcepit chariſſimum exultando,& hoc confitetur Pſal. Loquens in Symeonis perſona. Quaſi proximum,&c. In quibus verbis deſcribit aduentus iſtius fratris noſtri.

Vtilitatem	quaſi proximum	oſtenditur	vtilitatis
propinquitatem	quaſi fratrem noſtrum	autem	propinquitas
iucunditatem	ſic complacebam	venientis	iucunditas

In	approximationis aſpectu	quaſi proximum
	cognationis effectu	quaſi fratrum noſtrum
	congratulationis affectu	ſic complacebam

Solis acceſſus ad nos vtiliſſimus eſt.

1 Notandum eſt, quod acceſſus ſolis ad nos eſt valde vtilis, & virtuoſus ratione immiſſionis radiorum: receſſus autem damnoſus ratione retractionis eorum. Motus enim ſolis ſecundum phũm eſt cauſa generationis,& corruptionis:ſed generationis per acceſſum: corruptionis per receſſum. Videmus enim ex ſolis receſſu tria contingere in corporibus: ſole enim recedente accipit infirmus in actu grauitatem: terra in fructu ſterilitatem:auis in cantu tarditatem. E contrario autem ex ſolis acceſſu infirmi curantur: citius terræ fructificant vberius:aues cantant ſuauius. Hæc tria patent in curſu naturali hyemis,& æſtatis diei, & noctis:applica dilatando. Spiritualiter ſic eſt de Dei filio iuſtitiæ ſole. Iſpe enim eſt ille ſol, de quo Malach.4. Vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ orietur. Iſte Sol fuit a nobis elongatus ratione peccati primorum parentum. De quo dicit Auguſtinus, quod tũc nobis Sol incæpit occumbere, cum homo per peccatum cępit a Deo diſcedere. Ex hoc autem cępit genus humanum pro ſanitate langueſcere, fęcunditate ſterileſcere iucunditate ingemiſcere. Ego autem infirmus ſum,& pauper. Terram fructiferam in ſalſuginem,&c. Laboraui in gemitu meo,&c. Et iterum. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra,&c. Hoc ergo fecit peccatum, & iniquitas ſecundũ illud Eſai.59. Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos,& Deum noſtrum. Pſal. Quantum ad infirmitatem dixit. Sicut vulnerati dor.&c. Nunquid medici ſuſcitabunt, &c. Quantum ad ſterilitatem dixit ibidem. Nunquid cognoſcentur mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis. Quantum ad ſterilitatem ſimul, & flebilitatem ſubiunxit ibidem. Pauper ſum ego, & in laboribus,&c. Humiliatus ſum, & conturbatus. Tunc dedit Deus filium ſuum, & fecit ad nos pater miſericordiarum: ſolem iſtum approximare, & accedere. Ex eius approximatione facta ſunt iſta tria: homo namque infirmus ſuſcepit ſanitatem: iuxta illud. Ad Veſperum demorabitur fletus,& ad matutinum lætitia. Quod pulchre figuratum eſt Luc.3. Vbi Chriſtus de ſeipſo poſuit parabolam. Homo quidam deſcendebat Hieruſalem in Hierico qui incidit in latrones: qui etiam diſpoliauerunt,& plagis impoſitis abierunt feminiuo relicto. Samaritanus autem inter faciens curam illius egit infundẽs oleum,& vinum,& pro eius ſanitate altera die protulit duos denarios,& dedit pro eo: tunc petiuit Chriſtus. Quis tibi videtur fuiſſe proximus illi? Reſponderunt: ille

Pſal.136

Pſal.29

Digitized by Google

ille qui fecit miſericordiam cum illo: ita in propoſito: homo ſic vulneratus eſt genus humanum finaliter, cum multi eo ſemiuiuo relicto pertranſiſſent; acceſſit iſte ſol qui dicitur ſamaritanus: quia tunc Chriſtus ſol. Vt dicitur Apocalip. 6. Factus eſt ſol niger ſicut ſaccus ſilicinus, cæpit appropinquare, & humanum genus vulneratum curauit per vini, & olei infuſionem: vini quidem in Sacramenti Euchariſtiæ ſumptione, olei in aliorum Sacramentorum exhibitione. A fructu quidam frumenti: vini, & olei ſui multiplicati ſunt. Sed, & altera die pro omnibus expenſis obtulit duos denarios Deo patri: corpus, ſcilicet, & animam in Cruce. Et ſic ex approximatione iſtius ſolis: poteſt dici. Quis tibi videtur fuiſſe proximus homini? vtique ille qui fecit nobiſcum miſericordiam ſuam: quia ſuo acceſſu hominem ſic vulneratum curauit. Sanctus ergo Symeon dolore illorum vulnerum preſſus clamabat. Sicut vulnerati dor. &c. Nunquid mortui facient mirabilia: aut medici ſuſcitabunt: nunquid aliquis narrabit miſericordiam ſuam? Tunc accepit illud reſponſum Tho. 5. Forti animo eſto in proximo eſt vt a Deo cureris. Secondo approximatione iſtius ſolis terra noſtra ſuſcepit fæcunditatem. Primo enim erat ſterilis ſicut arbores in hyeme. Vnde dictum fuerat Geneſi. 3. Maledicta terra in opere tuo: ſpinas, & tribulos germinabit tibi. Sed approximatione iſtius ſolis ad terram Virginem Mariam: tunc terram noſtrę humanitatis cepit fructus producere. Terra noſtra dabit fructum ſuum: ideo dixit ei Eliſabeth. Lucæ. 1. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Terræ enim noſtræ humanitatis quia ad receſſum iſtius ſolis fuerat ſterilis, & maledicta ad acceſſum facta eſt fructificans, & benedicta iuxta illud Geneſi. 30. Ad ingreſſum tuum benedixit mihi Deus: ergo hæc eſt illa parabola, quam Chriſtus de hoc poſuit. Lucę. 21. Videte ficulneam, & omnes arbores cum producunt iam ex ſe fructum: ſcitote, quia prope eſt æſtas. Ita, & vos cum videritis hęc fieri ſcitote, quia prope eſt regnum Dei, & Marci. 13. A ficu diſcite parabolam cum ramus eius tener fuerit, & nata fuerit folia cognoſcetis: quia in proximo eſt ęſtas, ęſtatem facit ſolis approximatio. Sic, & vos cum videritis hęc fieri: ſcitote quia in proximo ſum. Hęc eſt ergo cauſa quare Symeon ipſum recepit vt proximum. Tertio approximatione iſtius ſolis aues noſtrę ſuſceperunt iucunditatem, illa enim auicula antiqua in templi cauea nutrita: ſcilicet ſanctus Symeon qui ex iſtius ſolis abſentia dicebat. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus a te non eſt abſconditus. Statim dixit. Conuerte planctum meum in gaudium mihi, & ideo cantauit illam cantationem. Nunc dimitis ſeruum tuum Domine: ſecundum verbum tuum in pace. Sciebat enim illud Eccleſiaſt. 5. Si eſt tibi intellectus reſponde proximo tuo. Eſt autem ſciendum quod Chriſtus fuit Symeoni ſancto ſingulariter proximus. Ratio eſt quamuis enim ſol de nocte ſuum curſum ad orientem inchoet: tamen nunquam tota nocte eſt nobis ita proximus ſicut in aurora. Sic Chriſtus quamuis in tota nocte veteris legis curſum inchoaſſet ad nos veniendum figurans multipharie, & prędicens ſuum aduentum: tamen nunquam fuit ita proximus ſicut cum fuit in aurora; id eſt in V. Maria quę fuit aurora, aurora Chriſtum ſolem producens, fuit autē in ea tempore Symeonis, & ideo ſingulariter eum hic proximum appellauit. d. Iſte eſt enim ille proximus de quo Eccleſiaſt. 27. Dilige proximum tuum, & coniunge fidem cum illo.

Pſal. 4.

Pſal. 84

Pſal. 37

2 Sic mihi circa Chriſtum fuiſſe videtur factum ſpiritualiter: ſicut fit in mundo temporaliter. In iſtis enim religionibus mendicantium, & paupertatis quando deſiderant a debitis, & indigentijs ſubleuari, & in litteratura, & in ſciētia honorari vbi vident iuuenem grandis parentelę grandium diuitiarum, grādium litterarum conſueuerunt religioſi parentes rogare ipſi prædicare: vtrique inducere multis

modis, vt efficiatur, frater prędicator, minor: vel monachus, & huiuſmodi. Cum autem habent optatum, in capitulo induitur, & per ſuſceptionem habitus frater efficitur. Quo ſuſcepto ad Eccleſiam per nouitiorum magiſtrum ſenem aliquem deducitur: & per cantorem Deo grates altiſſimo perſonantur genus humanum in nundinis diaboli denudatum fuerat: quia diabolus per Pomum vendidit ei Diuinitaté, & quia mercatio erat ſophiſtica: vnde credidit habere Diuinitatem habuit pænalitatem. Vnde gloriam habuit contumeliam. Vnde diuitias habuit miſerias, ex quo humanum genus factum eſt de ordine paupertatis, & mendicantium. Ego autem mendicus ſum, & pauper. Viderunt ergo antiqui patres Dei filium diuitis prępotentem. Prouerb. 8. Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, & opes ſuperbæ, & iuſtitia, & ſcientijs prępollentem quia in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię Dei abſconditi. Coloſ. 1. Et ideo rogauerunt ſepius Deum patrem vt iſtum ſuum filium ordini iſti daret, & faceret eum fratrem noſtrum vt Moyſes dicebat. Exodi. 4. Obſecro Domine mitte quem miſſurus es. Oſtende faciem tuam, & veni, & ſaluum fac nos. Tandem oraoat tota Ęccleſia tota religio. Illud Cantic. 8. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ: tandem tot precibus inclinatus in capitulo vteri Virginalis factus eſt frater noſter de voluntate patris: quia miſit Deus filium ſuum Ad Galat. 4 Dic quod nutriuit ordinem prædicatorum per documenta veritatis, minorum per documenta humilitatis, monachorum per documenta penitentiæ, & aſperitatis. Dic vlterius ſi vis quod ſicut in ſcapulari vel cuculla ſunt duæ partes: ita in humanitate fuerunt duæ partes, & corpus, & aĩa. Dic ſi vis de Fratrum Minorum habitu, quod eſt in modũ crucis: ita Xp̃s habitũ aſſumptum in Cruce extendit: ideo ad Philip. 2. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Vt ergo videns ille antiquus nouitiorum magiſter, & cantor ſimul ſanctus Symeon iſtum nouitium cum parentibus introduxit in templum Deo cantans gratias, & clamans ſuper recepto nouitio: ſuper fratre monacho facto nouo. Ideo ſi quęreretur ab eo quare ita fortiter cantaret. Reſponderet illud Geneſi. 37. Caro enim noſtra, & frater noſter eſt. De iſto loquitur. Eccleſ. 33. Ipſe ſapiens. Sit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem tuum ſic tractato eum: quoniam in ſanguine animæ comparaſti eum. Hanc figuram ponit Apoſtolus ad Hebre 2. Vbi concludit: quamobrem non confunditur fratres eos vocare dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis: ſed vtinam non poſſit dicere illud Iob. 3. Frater fui draconum, & ſocius ſtrutionum. Dilata ſi vis contra vitia.

Pſal. 39

3 Nota, quod inter cętera que maiorem iucunditatem afferunt nauigantibus de nocte qñ ſunt in profundum maris in fluctibus tenebroſis eſt luminare magnum vel faros viſum ab eis, quod in loco alto: in locis eminentibus conſueuit collocari. Tunc enim ſciunt ſe eſſe prope portum, & eius ductu dirigunt greſſus ſuos, omnes ſumus in mundo iſto ſicut in mari. In mari via tua, &c. Sancti patres autem in toto veteri teſtamento fuerunt in tenebris, & vmbra mortis reſpectu noſtrum qui ſumus in luce, & in die. Rom. 13. Nox pręceſſit: dies autem appropinquauit. Poſuerunt me in tenebroſis, & in vmbra mortis. Iſti ergo fuerunt in mari. Iuxta illud primæ ad Corint. 10. Omnes mare traſierunt vbi habuerunt plurimas tempeſtates, & pericula. Inter cæteros iſte Symeon qui Diu nauigauerat ita quod nullus ad portum ſalutis potuerat perueniſſe. Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum. Ipſe autem Symeon clamabat. Domine Deus ſalutis meæ: in die cla. & noc. co. te: quia re. eſt ma. anima mea, &c. Igitur Deus illud magnum luminare lumen Diuinitatis intra humanitatem poſitum in templo collocatum Deus hodie illi oſtendit. Ex quo cognouit ſe eſſe prope portum ſalutis, & ſe poſſe dirigi vſque ad portum Paradiſi. Vnde qui prius clamauerat. Complaceat

Pſal. 76.

Pſal. 87

tibi

Digitized by Google

tibi Domine vt eripias me,&c. Eo viſo clamauit. Nũc dimittis,&c. Quia viſitauit oculi mei: ſalutare tuum. Quod paraſti,&c. Lucæ.2. Vnde poterat dicere. Miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua. Ad quam nos perducat,&c.

SERMO XXXII.

De Feſto Purificationis.

APud te eſt fons vitę,& in lumine tuo videbimus lumen. Ex duobus redditur via in terra aliqua formidãda, ſcilicet quando eſt arida,& ęſtuoſa, & quando eſt horrida, & tenebroſa. Nam in terra æſtuoſa, & arida homo ſitiendo poteſt deficere. In terra horrida, & tenebroſa cadendo poteſt offendere: immo offendendo ſibi collum frangere. Sed cum in tali via fons apparet lux reſplendet, efficitur conſolatoria, & redditur gratioſa. In huius figuram filijs Iſrael de Egypto exeuntibus eum per terram deſertam inuiam,& inaquoſam terrã horris,& vaſtæ ſolitudinis deducerẽtur vſque ad terram promiſſionis: Deus volens contra vtrumque malum de opportuno remedio prouidere: contra terram tenebroſam lucem obtulit: contra terram tenebroſam lucem extulit: contra terram æſtuoſam fontem aperuit. De luce quidem dicitur. Exodi. 13. Dominus autem pręcedebat ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vbi dux eſſet itineris: vtroque tempore numquam defuit colũna ignis per noctem: nec columna nubis per diem coram populo. Sed quia in terra arida, & æſtuoſa parum viueret niſi homo poſſet æſtum compeſcere: & aquam ſaltem bibere: ideo cum toto beneficio luminis in terra cæperunt murmurare de carentia aquæ, & fontis. Vnde Nume. 20. Clamauit Moyſes pro iſto beneficio. Domine Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Deus ergo beneficium contulit fontis. Cum enim Moyſes percuſſiſſet virga bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ: ita vt populus biberet,& iumenta. Et hæc duo recitat Pſal. Expandit nubem in protectionem eorum: & ignem vt luceret eis per noctem, diruperat petram, & fluxerunt aquæ. Et ita contra illa duo mala peregrinis illis de duplici remedio ſic prouidit. Ad propoſitum terra huius preſentis vitæ per quam de ægypto peccatorum vadimus ad terram promiſſionis eſt terra horrida, & tenebroſa. Collocauit me, in obſcuris,&c. Eſt etiã æſtuoſa. Vnde Apoc. 16. Eſtuauerunt omnes æſtu magno,& ob hoc nullus vnquam ante Chriſtum hanc viam perambulauit qui in ea non caderet: immo qui ſibi collum vſque ad infernum deſcendendo non frangeret. Vnde Pſal. Cum dixit. Colloca. me in obſcu. ſubiunxit ſicut mortuos ſæculi,&c. Nullus etiam fuit qui præ ſiti non deficeret: non ſiti aquæ corporalis, ſed aquæ ſpiritualis. Eſurientes,& ſitientes anima eorum in ipſis defecit,& Eſa.5. Multitudo eorum ſiti exaruit. Ideo hoc ſciens ille ſanctus Symeon multum vltra procedere formidabat. Et quia Dei filius eſt lux vera quæ illuminat, &c. Ioan.1. Eſt fons, & aqua clara: quia fons ſapientiæ verbum dei. Eccleſ. 1. Ideo ſumme deſiderabat videre iſtam lucem, inuenire iſtum fontem. Vnde dicebat. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Quapropter dicebat. Putas hic me inueniet putas videbo, &c. Quia igitur hodie iſtum fontem inuenit, iſtud lumen vidit: quaſi poſſet ex nunc tute mori: ad terram viuentium procedere, cantat, & denunciat ſibi Eccleſia dicens. Apud te eſt fons vitæ, &c. Vbi de

Pſal. 35 *Pſal. 104* *Pſal. 106* *Pſal. 41*

iſto fonte pariter, & lumine tria pręconia magna deſcribit, ſcilicet in eo eſſe.

Fæcunditatem	miræ	propaginis	apud te eſt fons vitæ
Claritatem		imaginis	& in lumine tuo
Felicitatem		dulcedinis	videbimus lumen

Eſt namque	propago virginitatis irriguæ	apud te eſt fons vitæ
	imago claritatis perſpicuæ	& in lumine tuo
	dulcedo felicitatis perpetuæ	videbimus lumen

Iam quippe	fæcundi. irrigua.
	claritas perſpicua
	felicitas meliflua

eſt	viuificantis honoris	fons vitæ
	coruſcantis ſplendoris	in lumine tuo
	exuberantis dulcoris	videbi lumen.

1 Nota, quod Dei filius hodie in templo præſentatus eſt: & dicitur fons viuus, fons quidem dicitur hac ratione: quia fons nihil aliud eſt quam aqua, quam haurit terra quę ſpongioſa eſt a mari, & hauſtam poſtea extra mittit. Sed notandum eſt quod haurit amaram, & emittit dulcem. Spiritualiter Diuinitas eſt mare infinitæ bonitatis: terra fuit virgo beata quę virtute verginitatis, & humilitatis de mari Diuinitatis hauſit mediam de Trinitate perſonam: hæ duæ virtutes fuerunt ſpongia in Virgine Maria: hanc ergo aquam quam hauſit in concæptione emiſit in natiuitate, & parturitione, & ideo dicitur fons ſicut aqua egrediens de terra. Vnde Geneſi. 2. Fons aſcendebat de terra. Sed notandum eſt, quod hæc aqua, ſicut aqua maris, prius erat amara rigorem iuſtitiæ omnibus infligens: ſed egrediens de hac terra facta eſt dulcis per fauorem miſericordiæ ſalutem omnibus conferēs: Ideo iſte fons vocatus eſt Ieſus quod idem eſt, quod ſaluator. Ideo Cantico. 4. Fons hortorum: puteus aquarum viuentium. Secundo dicitur fons viuus tripli-ci ratione. Primo ratione emanationis: aqua enim quæ ſemper emanat, & ſcaturit a ſua origine dicitur fons viuus: aqua enim manens non ſcaturiens, & ebulliens dicitur ſtagnum vel puteus. Sic Dei filius quamuis ſecundū fidē temporaliter ſit natus de matre quantum ad humanitatem tamen ſemper ebulit, ſemper ſcaturit, & procedit æternaliter a Patre quantum ad Diuinitatem. Vnde ex parte patris poteſt dici fons viuus, ex parte matris puteus. Vnde poſtquam ſcriptura Chriſtum vocauit fontem ratione emanationis a patre: eum vocat puteum ratione emanationis a matre. Vnde Cantico. 4. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, &c. A patre enim ſemper natus eſt, & ſemper oritur: genitus eſt, & gignitur, ſicut in fonte ſemper eſt oriri, & ortum eſſe, gigni, & genitum eſſe. Ideo dicitur fons viuus: Ideo in perſona ſancti Symeonis dicebat Pſalm. Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuū. Hæc autem ſitis Symeonis fuit plene ſatiata hodie in templo quando fons ſcīentię ipſe Chriſtus fuit ibi pręſentatus: ad quem fontem ipſe Symeon manus, & os appoſuit: manus ad portandum, & os ad laudandum. In hoc etiam fonte totum deſiderium Sanctorum fuit ſatiatum: ideo dicitur Sapientia. 11. Data eſt eis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro. Bene cum illis actum eſt. Nam per fontem ſempiterni fluminis ſanguinem humanum dediſti; & hoc conuenienter hodie in Templo in Domo Domini factum eſt. Quia Ioel. 3. dicitur. Fons de Domo Domini egreditur. Secundo dicitur fons viuus ratione conditionis. Scribitur, & expertum eſt eſſe Dya fontem prope grationopolim qui eſt tantæ viuacitatis, quod faces extinctas accendit: & accenſas extinguit. Accendit quidem per caliditatem: & extinguit per humiditatem.

Maria Virgo dicitur Terra.

Ieſus dicitur fons viuus.

Pſal. 41.

Hac

Digitized by Google

Hac ratione Dei filius, dicitur fons viuus. Quippe corda accenſa, & inflammata in amorem terrenorum, & temporalium, per timorem filialem extinguit: patet in Paulo magd.&c. Extincta autem ab amore temporalium infernorum ſupernorum, & æternalium per amorem accendit.

Hoc autem facit per caliditatem, & humiditatem, ideſt per Diuinitatem in qua conſideratur rigor ad malos: vt inferat ſupplicia: & per humiditatem in qua conſideratur humor, & fauor quantum ad bonos. quantum ad premia: ideo dicebat Eſa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Rationem ipſemet Chriſtus reddit. Ioan. 8.

Quicunque biberit ex aqua hac quam ego do, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Hæc eſt cauſa ſecunda quare dicitur fons viuus. Tertio dicitur fons viuus ratione originationis: quidam enim fontes oriuntur a terra, quidam a petra, inter quos hæc differentia: quia fontes egredientes a terra terram aperiunt, & frangunt. ſed egredientes a petra ſine lapidum apertione, fractione, & violatione: per quandam reſolutionem exeunt, & ebuliunt: fontes autem a ſaxis, & rupibus egredientes ſunt ſine comparatione magis viui quam de terra ſcaturientes. Sic ſpiritualiter ſanctus quiſquam dicitur fons: vnde verum eſt quod omnes ſancti alij a Chriſto dicuntur fontes egreſſi de Terra: quia nati ſunt cum ſuarum matrum fractione, dolore, & clauſtrorum violationis pudore. vnde poſſunt dici fontes mortui: quia cũ morte peccati originalis nati. Sed ſolus Chriſtus, natus eſt de petra Virgine Maria ſine læſione, fractione, ſine dolore, & violatione. vnde ſola Angeli Annunciatione: & Spiritus Sancti operatione concepit: & Spiritus Sancti virtute ſine corruptione clauſtrorum peperit. ideo viuus ſine peccato originali: cum vita gratiæ, gloriæ, & ſine matris aliqua læſione: quod fuit pulchre figuratum quando iubente Domino: ad tactum virgæ loquente moyſe; petra largiſſimas dedit aquas bis petra percuſſa: quæ fuerunt aquæ contradictionis. Prouerb. 30.

Petra Virgo Maria, Virga Virtus Diuina, quæ bis percuſſit petram, ſcilicet in cõceptione, & parturitione: & illa dedit aquas Chriſtum in quo erat aqua Diuinitatis, & Humanitatis. Hæ ſunt aquæ contradictionis. Quia iſtis aquis contradixerũt Iudæi in eum non credentes, & eius fidei contradicentes ideo hoc præuidens iſte ſanctus Symeon de iſto fonte dixit: cum ipſum tenebat: ecce poſitus eſt hic in ruinam multorum, & in reſurrectionem in Iſrael: & in ſignũ cui contradicetur. Luc. 1. Ideo aquæ contradictionis. *Maria virgo ẽ petra.*

Intantum autem Iudæi iſti fonti contradixerunt, quod totaliter fontem obturare voluerunt fodientes circunquaque. Foderunt manus meas, & pedes meos. Sed tñ in hoc fuit factum ſicut in animali, qui dicitur Hydra: in quo vno capite amputato ſeptem oriuntur. *Pſal. 21*

Ita Chriſtum volentes obturare, & amputare orti ſunt ſeptem fontes, ſcilicet ſeptem foſſionis vulnera duo in pedibus, duo in manibus, vnum in capite, vnum in latere, vltimum in toto corpore. Ex iſtis ſeptem vulneribus, & foſſuris fluxerunt ſeptẽ Eccleſię Sacramenta: in quibus dantur fidelibus ſeptem Sancti Spiritus dona: ideo Eſaias ſupra dixit. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: non de fonte. Ob hoc etiam dixit Symeon cui contradicetur. ob hoc etiã dr̃ viuus. quia ſic de petra natus: vnde eſt ille fons de quo pſal. Conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. *Pſal. 103*

a Notandum, quòd poſſet aliquis quærere quare hodie Eccleſiam cantat de lumine; quare Chriſtus lumen vocatur: quare luminis nomine hodie totiens commendatur. Ad hoc dicendum, quod non ſine myſterio. Narrant Philoſophi eſſe lapidem precioſum dictum abeſton hujus conditionis, quod ſemel accenſus, & illuminatus *Abeſtõ virtus.*

nunquam

nunquam poſtea poteſt extingui,& ideo antiquitus ſic accenſus ponebatur in Templo Deorum:vt inde lumen in alijs accenderetur: & vt ambulantibus per Templũ per ipſum lux,& claritas prçſtaretur.

Ita ſpiritualiter in baptiſmo cunctis fidelibus lux:& lumen Diuinç gratię a Deo donantur,& omnes illuminantur. Verum eſt quod illud lumen quamdiu ſumus in mundo eſt extinguibile. Vnde in quibuſdam miſeris extinguitur ad ventum honoris,& ſuperbiæ:in quibuſdam ad proiectionem luti aquæ aſtuum immundorum,& luxuriæ.

Dilata. Vnde ſemel accenſi poſt ea extinguuntur: ſed Dei filius dicitur abeſtos: quia ſicut inter omnes gemmas hæc ſola immediate habet duas primas litteras alphabeti,ſcilicet a,& b,ſimul vnitas. Ità Chriſtus gemma ſpecioſiſſima nata in minera vteri virginalis habet duas naturas:quarum quælibet eſt prima in gradu illorum entium immediate ſcilicet vnitas. In natura enim entium ſpiritualium Deus eſt primus:& ideo prima littera,ſcilicet a,Apoc.vlt. Ego ſum alpha,& omega principium,&c.

Chriſtus eſt gemma.

In natura autem corporalium eſt prima natura humana quę dicitur, quia hæc eſt non ſolum bona:ſed optima. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo. Iſte ergo duæ litterę,ideſt Naturę fuerunt in Chriſto immediate vnitę:ſed iſta gemma precioſiſſima fuit Dei gratia ſimul, & Gloria plenè illuminata ſuper omnes creaturas in primo inſtanti ſuę creationis:& ſic nunquam nec vẽto ſuperbię,nec humore auaritię, nec luto luxurię,nec modo quocumque extingui potuit: ideo hodie hæc gemma ſic illuminata fuit ad Templum per virginem approbata,vt omnes re accendantur. Dominus illu.me.& ſa.mea.& omnes accenſi per fidem dirigantur, quia in Pſal. Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis. Ergo petit huius Doctrinæ accendi gemmam inextinguibilem loquens illud Sap.7.

Pſal.118

Pſal.26

Pſal.118

Vbi quia ſępe Deum pro hac gemma habenda rogauerat, & vt haberet reſponſum:reſponſum accepit. Inuocaui,& venit in me ſapientię ſpiritus, & propoſui illam regnis,& ſedibus,&c. Vſque in ſuper ſalutem,& ſpecies: dilexi eam,& propoſui pro luce habere eam,quoniam inextinguibile eſt lumen eius. Ergo,& tu peccator qui ſtas in peccatorum tuorum tenebris ſequere Dominum. Eſaię 40. Surge, & illuminare Hieruſalem: quia venit lumen tuum,&c. Sed dices frater ſurrexi: quia confeſſus ſum,illuminatus ſum: ergo fac iuxta Chriſti conſilium. Matthæi 6. Vide ne lumen quod in te eſt tenebræ ſint. Hic dic de tribus perdicibus, & falcone ſi vis.

3 Nota modum mirabilem loquendi Scripturæ dicentis. In lumine tuo videbimus lumen. hoc enim non videtur. lumen enim per lumen non videtur, quia per lumen ſolis non videtur lumen Lunæ:immo abſconditur. per lumẽ Solis non videtur lumen candelæ:immo abſconditur:nec econuerſo. ergo male dictum eſt. In lumine tuo videbimus lumen. Sed dicendum prophetam proprijſſime locutum fuiſſe. dic ſuperius. Non ſine myſterio Eccleſiam hodie Chriſtum multipliciter laudare ſub lumine. Sed quæro, quę eſt differentia inter lucem,& lumen? Quare nõ vocat Chriſtum lucem ſicut lumen? Dicendum, quòd ſic differunt: quia eſt incorporata lux. Vnde lux proprie ſumitur in ſe. Sed lumen eſt lux corporata, & recepta in aliquo corpore.

Eſt autem hęc oculi Natura, quòd nunquam poteſt videre, niſi lux ſit ſibi incorporata, & lumen oculus habeat. Quod autem oculi animalium videntium lumen habeant patet in piſcibus quorum oculi videntur radiare de nocte: vt patet de allecibus idem in boue patet, in cato, & auibus quorum oculi de nocte radios luminoſos emittunt. idem patet de homine: quia de nocte fricans oculum vel in tenebris,

videt

videt quaſi flammam inde micantem oculo clauſo vnde manifeſte poteſt, quod lux exterior videri non poteſt ſine luce interiori incorporata: quæ proprie lumen dicitur. Spiritualiter Dei filius ante incarnationem erat lux. ex quo Ioannes primo.

Dum dixit eum ſolum eſſe apud patrem dixit. Erat lux vera,&c. ideo vt ibi exiſtebat vocabat eum. Emitte lucem tuam, &c. Quia igitur iſta lux nondum erat incorporata,& incarnata,& nos iſta luce iſto lumine carebamus. Nullus vnquam lumen Gloriæ Diuinam eſſentiam videre poterat. vnde dixit Moyſi. Non videbit me homo,& viuet. ideo Tho.5. Quale gaudium mihi eſt: in tenebris ſedeo,& lumen cęli non video. *Pſal.42*

Non potui vt viderem: ne quæreretur ab eo ratio impotentiæ iſtius, reſpondit tacitæ quæſtioni. Dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum non eſt mecum. Sed tandem Verbum caro factum eſt: hęc lux in noſtra natura: incorporata eſt:& de luce lumen factum eſt,& ideo per hanc lucem Diuinam nobis incorporatam in noſtra Natura incarnatam Diuinam eſſentiam lumen Gloriæ poſſumus videre. Hæc eſt cauſa quare hodie vocatur lumen, & non lux; quia hodie lux incorporata,& incarnata fuit in Templo ſicut lumen preſentatur. Hæc eſt cauſa quare. Pſalmus dixit. *Pſal 37*

In lumine tuo videbimus lumen: quia ante lumen Gloriæ non videbamus per ipſum; a modo videbimus. 1.Petri 2. Virtutes eius annuncietis, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum: ita fecit ſanctus Symeon videns hanc lucem incorporatam. Vnde,& Deum laudauit,& ipſum lumen incorporatum prædicauit,& a modo lumen Gloriæ per ipſum ſe,& alios poſſe videre denunciauit, dicens. Nunc dimittis Dñe,&c. quia vide. oculi me. ſalu. t. Quod pa. añ fa. om. po. Lu. ad re. gen. & gloriam ple. tu. Iſrael. Ad quam,&c.

Si velles poſſes aliter procedere de lumine in ſecundo vel tertio membro dupli ci moralitate.

Primo ſic. Nota. proprietas luminis eſt, quòd dormienti, & clauſos oculos habẽti ſi opponatur lumen: ſtatim excitatur etiam ſine aliquo ſono vel ſtrepitũ facto. Habet enim poros palpebrarum penetrare,& a ſommo excitare: ſtatus veteris legis erat ſtatus dormitationis, & ſtatus ſomni: quia non habebant opera perfectæ vitæ. Non enim habebant rem ſed nubem nec ad vitam æternam pertingebant: ſed ad figuram. Iterum oculi eorum erant cooperti palpebris: quia legis nubibus, & figuris. quod recognoſcebat.

Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem; ſed Chriſtus veniens verum lumen dormientes excitauit; opera verę vitę conferens: palpebras aperuit Scripturarum nubes aperiens,& figuras finiens: & ideo appoſitus hodie Symeoni in Templo, qui prius dicebat, Putas videbo: ſtatim eũ excitauit, oculos eius apperuit, palpebras reuelauit. Vnde clamauit: Nunc dimittis ſeruum, &c. Quia viderunt,&c. Quod paraſti,&c. Lumen ad re. &c. *Pſal.131*

Secundo ſic volentes piſces capere retibuſque concludere lumen adhibent de nocte quod videntes piſces ipſum ſequuntur; & ſe in rete proijcientes capiuntur, & concludũtur. Abacuc 1. Scriptum eſt, facies homines quaſi piſces maris. Iſtos piſces Deus volens in rete fidei Catholicæ concludere: & in ſuo ſeruatorio reponere: Miſit Petrum Piſcatorem cum magna ſocietate. vnde dictum eſt ei. Lucę.5. Ex hoc homines eris capiens: ſed quia ſtatus legis Moſaicę, erat ſtatus noctis,& tenebrarũ ſtatus abſconditus.

Collocauit me in obſcuris. Ad Ephe. 10. Vmbram habet lex. ideo miſit lumen ſuum Dei filius incarnatum: quod factum eſt quando exortum eſt in tenebris lumen *Pſal.142*

rectis

Digitized by Google

rectis corde miſeri. & miſera. & iuſ. Do. vt piſces Chriſti homines ſaltarẽt in ſuum rete infra fidẽm ſuæ eccleſiæ: & tandem in ſeruatorio, ſcilicet paradiſi ponerentur. Hoc die igitur primo hoc lumine ad piſcandum in templo primitus præſentato, vna truta vetuſta groſſa, & antiqua quæ diu in templi gurgite fuerat nutrita lumẽ iſtud videns ſtatim de ſua ſpelunca exiuit: & in rete ſaltauit, & ſtatim capta fuit: & in ſeruatorio poni petijt, & lumen cognouiſſe, & ſe vidiſſe dixit. Nunc dimittis, &c. Quia viderunt. Lumen &c.

Dic quæ magis grata tibi fuerint.

SERMO XXXIII.

De pœnitentia per totam Quadrageſimam.

Pſal. 37 AFflictus ſum, & humiliatus ſum ni. ru. a gemi. cordis mei. Illud quod plus mouet perſonam miſericordem ad remittendum, & indulgendum offenſas, & culpas, eſt propriæ culpæ recognitio, propriæ iniquitatis confeſſio. Deus non ſolum eſt miſericors: ſed pater miſericordiarũ & Deus totius conſolationis: vt dicitur 2. Cor. 1. Illud ergo quod eum plus mouet ad indulgendum culpas, & remittendum commiſſas offenſas eſt propriæ iniquitatis recognitio, propriæ culpæ confeſſio. Figura Iudith. 1. vbi dicitur. Filij iſrael peccatis veteribus iungentes noua: fecerunt mala coram Domino. Contra quos iratus Dominus tradidit eos in manus Philiſthijm. Afflictique ſunt vehementer, & oppreſſi: tunc clamantes filij Iſrael dixerunt: Ad Dominum peccauimus tibi. Quia dereliquimus te Deũ Dominum noſtrum peccauimus: redde tu nobis quicquid placet tibi: tantum tunc libera nos qui condoluit ſuper miſerijs eorũ: & liberauit eos. Filij Iſrael ſunt Chriſtiani, qui Deum vident per fidem: veteribus peccatis tempore preterito noua iunxerunt. Et idcirco tradidit ipſos in manus Philiſthijm, in manus inimicorum diabolorum. Tempus igitur quadrageſimæ venit in quo nunc debent clamare ad Dominum per confeſſionem, & dicere peccauimus: quia dereliquimus te Dominum Deum noſtrum. Et ſtatim condolebit miſerijs peccatorum, & remittet, & indulgebit. Si ergo quæreretur a Dauid, qui in tot peccatis Deum offenderat: quare ſic indulgentiam, & remiſſionem inuenit: reddet rationem, quòd propter recognitionem propter confeſſionem propriæ culpę, & hoc eſt afflictus ſum &c. in quibus verbis circa ſtatum pœnitentiæ tria deſcribit: quæ in pœnitentia eſſe debent. Nam in pœnitentia debet eſſe aliquid.

Doloroſum Operoſum Lachrymoſum	afflictus ſum, & humiliatus ſum ni. rugiebam.	debet igitur habere pęnitentia perfectionẽ
Contritionis doloroſæ Satisfactionis operoſæ Confeſſionis lachrymoſę	afflictus ſum, & humiliatus ſum ni. rugiebam.	Ergo ſatagamus vt in hac noſtra pœnitentia ſic faciamus, quod in
Doloroſa contritione compungantur intima Operoſa factione attingantur infima Lachrymoſa confeſſione diluantur peſſima	ideo	afflictus ſum. & humiliatus ſum nimis rugiebam

Sciendum, quòd ambulantes inter ſpinas punguntur in pedibus: immo aliquando aliqui ſunt ita acutæ, quòd ſubtiliſſimè intrant in pedem, & in vulnere ſaniem generant, & dolorem, & faciunt finaliter apoſtema; ſed ad hoc non eſt medicina melior niſi vt cum alia ſpina acuta, & fortiore apoſtema pungatur, & ſpina p

ſpinam

Digitized by Google

ſpinam extrahatur. Terra prȩſentis incolatus tota eſt plena ſpinis peccatorum, & tribulis vitiorum vnde Gen. 2. Spinas, & tribulos germinabit tibi. ideo vix poteſt homo ire quin aliqua ſpina figatur in corde ſaltem cogitationis pungendo: aliquã do delectationis amplius penetrando: aliquando conſenſus totaliter adhærendo. Et facit apoſtema conſenſum finaliter ad opus mittendo: & tunc remanet dolor remorſus conſcientiæ, qui non permittit dormire. Pro cura ergo huius ſpinȩ huius doloris debet adhiberi alia ſpina pungentior, acutior, & efficacior: & hæc eſt afflictio contritionis vbi afflictio afflictione, & ſpina ſpina extrahatur. Conuerſus ſum in *Pſal.31* ærumna mea dum configitur ſpina. ideo Iob. Affligens me dolore non parcat. Ad literam enim dolor dolore, afflictio afflictione curatur. vnde ignis ab igne in manu curatur oſtendendo, & calefaciendo manum ad ignem: quia ignis ignem extrahit. Sic dolor contritionis afflictiouem peccati. Leuit. 16. Ab omnibus veſtris peccatis mundabimini coram Domino: & affligetis animas veſtras religione perpetua. Modo tempore quadrageſimȩ hoc facere debemus ſpecialiter: quia hoc ſingulariter facit deo ieiunia noſtra grata. vnde Eſa. 58. Hoc eſt ieiunium quod elegi affligere hominem animam ſuam. Et quia perfectam contritionem ſequitur ſatisfactio, & humiliatio. iuxta illud. Humiliaſti nos in loco afflictionis. ideo ſequitur de ſatisfact. *Pſal.41.*

2 Notandum quod arbor ex profunditate radicationis conſequitur duo bona, ſcilicet firmitatem contra ventum, & fertilitatem quantum ad fructum. Sic cupiens deo ſatisfacere primitus debet ad humilitatis virtutem recurrere. iuxta illud Eccli. 7. Humilia valde ſpiritum tuum quoniam vindicta impij ignis, & vermis, & ſi profundauerit ſe bene per humilitatem in electis Dei mittendo radices: duo bona conſequitur: firmitatem contra tentationes ne recidiuet, & fructus vbertatem: cõtra ſterilitatem ne ſterilis fiat; vt autem perſeueret: & ſic erit deo grata ſatisfactio. vnde Iudith. 10. Humilium, & manſuetorum tibi placuit deprecatio. Nota quòd inter opera ſatisfactoria ſpecialiter ponitur oratio: ſed illa ſatisfacit, quȩ eſt humilium. & eſt ratio. ſuppoſita enim æquali diſtantiam duorum: cuius & melius auditur inferior quam ſuperior. & eſt ratio: quia naturaliter vox aſcendit, & naturaliter non ita deſcendit: ſuperbi ſeipſos in alto ſituant ambulantes in magnis, & mirabilibus ſupra ſe, humiles in ſacco infimo habitant non alta ſapientes ſed humilia ſentientes ideo oratio ſatisfactoria humilium auditur, & a deo exauditur; ſed ſuperborum non auditur nec exauditur. Deus enim ſuperbis reſiſtit, ſed humilibus dat gratiam: vt dicitur Iacob. 4. Humiliabam in ieiunio animam meã: & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum.

3 Nota: ibi ponuntur hȩc tria vocabula rugiebã a gemitu cordis mei: hæc tria vero ponuntur per tria quæ debet habere confeſſio. debet enim habere.

Horrorem	Timoroſum	
Dolorem	Lacrymoſum	Rugiebam a gemitu cordis mei.
Amorem	Cordioſum	

1 Nota ꝙ verbũ cõfeſſionis cõparatᷣ rugitui, & ſpecialiter rugitui leonis hac de cã. Rugitꝰ.n. leonis tm̃ timorẽ cȩteris aĩalib. imponit ꝙ ea facit tremere, & vbicũq; sũt facit gradũ ſiſtere, vt vltra nõ valeat ire. vñ dr̃ Am. 3. Leo rugit, & qs nõ timebit *De Conf.* Scd̃o rugitus leonis catulos ſuos ſuſcitat mortuos. Tertio die rugiẽs ſup eos, & reducit ad vitã. Gen. vlt. Catulꝰ leonis iuda qs ſuſcitabit eũ: hȩc duo dẽt hr̃e cõfeſſio. Dẽt .n. tm̃ horrorẽ, & tãtã verecũdiã de peccatis adducere: vt ꝙcũq; iumẽtaliter ꝙcũq; beſtialit: viuẽs ex eo tm̃ timeat. ꝙ pedẽ. i ꝓpoſitũ ĩ pc̃ĩ via pc̃tõrũ ſiſtat: & nequaq̃ vltra ꝓcedat. Scd̃o viuificat aĩa mortuã ĩ pc̃ ĩs tertio die. Primꝰ dies ẽ cõtritio Scd̃us cõfeſſio. Tertius ſatisfactio. vñ dr̃ Oſee 6. Viuificabit nos poſt duos dies: ĩ die ſuſcitabit nos. De hoc rugitu dicebatᷣ. Iob 3. Anteq̃ comedã ſuſpiro, & tanq̃ inũdãtes aq̃ ſic

rugitus

rugitus meus. Nota ad litterã: ſi Paſcha debemus comedere Euchariſtiæ Sacramẽtũ. Ideo modo in Quadrageſima antequam tunc comedam ſuſpiro, & quia confeſſio ſecundo debet eſſe lachrymoſa ſubiungit, & tanquam inundantes aquę ſic rugitus meus. Et hoc eſt ſecundum.

Circa quod notandum quod columba eſt iſtius naturę quod ſuo perdito compare vltra non cantat: ſed manens in foraminibus petræ plorat, & habet gemitum pro cantu: ita debet facere quilibet peccator: quia perdito Chriſto per peccatum debet plorare, & gemere. Vnde debet habere gemitum pro cantu manens in foraminibus petrę, id eſt in Chriſti vulneribus per meditationem, & contemplationem Naum. 2. Gementes vt columbę murmurantes in cordibus ſuis Eſaia. 59. Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbę meditantes gememus.

Quantum ad tertium. Nota quod canis aſſuetus comedere morſellos ſibi gratos in coquina vix poteſt inde extrahi, & expelli. Sed nihil eſt quod ita totaliter canem expellit ſicut aqua bene calida. Canis, id eſt diabolus exiſtens in multorum cordibus, & coquinis conſueuit habere, & inuenire multos morſellos ſibi gratos: & ibi ſaturari de multis turpibus cogitationibus, & conſenſibus verbis, & operibus, &c. Et ideo dato quod homo confiteatur diabolus libenter redit ad videndum ſi habeat aliquid ſibi generatũ. Vt autem diabolus dę conſcientia omnino expellatur: non poteſt ita bene expelli: niſi ſicut canis de coquina, ſcilicet cum aqua calida, & calefacta in corde per ardorem charitatis, & hanc aquam expectare non poteſt.

Pſal. 6. Ergo ſi gemitus cordis, gemitus noſtrę confeſſionis. Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meum ſtratum meum rigabo lachrymis meis. Nota per ſingulas noctes, id eſt ſingula peccata. Canis illud quod plus diligit in coquina ſunt oſſa, in quibus, &c. In quibus etiam nihil inueniendo delectatur rodendo. Idem facit diabolus in cõſcientia: os durum, & infrangibile eſt multorum cor: quod non poteſt frangi a voluntate peccati, &c. Vel os durum eſt rancor: oſſa iſta debent proijci extra, & canis per aquam calidam: quibus paratis Deo eſt grata noſtra pœnitentia, & tunc quando eſt confeſſio timoroſa lachrymoſa calore cordioſa. Deus

Pſal. 11 mĩam, & veniam ſuam largitur, & finaliter dat ſalutem. Propter miſeriã inopum, & gemitũ pauperũ: nunc exurgam dicit Dñs. Ponam in ſalutari, &c. Ad illud, &c.

SERMO XXXIIII.

De Conceptione ſeu Sanctificatione Beatæ Mariæ.

Pſal. 45 SAnctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Regi, & cuique magno principi debet domus condigna ſollicite quæri, & quęſita ſollicita, & ſingulari preparatione diſponi: ita fecit Moyſes: quia ei qui eſt rex regum Domino ſuo ſollicite domum quęſiuit, & ſingulari preparatione diſpoſuit. Numero. 7. Factum eſt in die quo cõpleuit Moyſes tabernaculum erexit Illud vnxitque, & ſanctificauit cum omnibus vaſis ſuis: quia enim in

Maria Vir. Dei Tabernaculũ eſt. Pſ. Scribitur quod ſanctus Dñs Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo: neceſſe erat: vt ipſius tabernaculi præparatio eſſet ſanctificatio: ideo Moyſes ſanctificauit illud. Dei filius eſt princeps oĩum regũ terrę. Apo. 1 Quia igitur Chriſtũ in hunc mundũ venturũ Pſalmiſta pręuiderat: fuit ſollicitus de tabernaculo cõdigno ipſi inueniẽdo: vnde iurauit, & vouit ſe requiẽ non habiturum donec ei dignum habitaculum inueniſſet: Memento Domine Dauid vſque ibi: donec inueniam locum Domino tabernaculum Deo Iacob, &c. Tandem in eodem Pſalm. Repperit Dominus. Elegit

Dominus

Digitized by Google

Dominus Syon elegit eam in habitationem ſibi. Hęc requies mea in ſęculum,&c. Decuit ergo Syon ſpeculum, id eſt Virginem Mariam Dei tabernaculum electam ſingulari ſanctificationis præparatione diſponi: quia ipſe eſt de quo Pſal. Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael. Igitur hoc tabernaculum velut illud per Moyſi figuratum in die qua completum eſt, id eſt in die ſuæ ſanctificationis erectum eſt, ſcilicet a peccato originali: cui vt cęteri ſubiacebat, & vnctum fuit oleo, ſcilicet gratiæ Diuinæ præ participibus ſuis,& ſanctificauit cum omnibus vaſis, ideſt potentijs in quibus ſomnus totaliter eſt repreſſus. Sicut ergo Dauid ſollicitus de eius tabernaculi inuentione: ita fuit ſollicitus de pręparatione ſeu ſanctificatione. Sicut enim inuentionem demonſtrat tabernaculi:ita ſanctificationem dicens.Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus: vel aliter ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus vulgariter dicitur. Cuilibet aui pulcher eſt nidus proprius. Hoc autem quamuis ſit verum generaliter: tamen illę aues volunt ſingulariter nidum mundum quæ volant altius,nidificant precioſius,quatenus ſe ab immunditia præſeruent: vt patet in Aquila quę cęteris altius volat,& precioſe nidificat: vnde nihil immunditiæ poteſt ibi ſuſtineri propter lapidem precioſum quem ibi ponit qui vocatur ethites. Deus Pater conparat ſe Aquilæ. Vnde Deut.32. Sicut Aquila prouocans,&c. Huius Aquilæ nidus proprius fuit Virginis vter⁹ in quo ſicut in loco alto, & arduo ratione Virginalis perfectionis poſuit nidum ſuum. Iob.39. In arduis ponet nidum ſuum:quia igitur ipſe eſt ipſa medicina,& ſanctitas:quia dicitur. Sanctus Dominus Deus noſter,& non eſt iniquitas in eo. Conueniens fuit vt haberet nidum mundum,& ſanctum.Domum tuam decet ſanctitudo in longitudinem dierum,& potiſſime:quia alte volat. Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat:& humilia reſpicit,&c. Et precioſe nidificat, quia ſemper in nido ſuo poſuit lapidem precioſum:ſcilicet filium.Lapidem,quem reprobauerunt ædificãtes:hic factus eſt in caput anguli.Idcirco tabernaculum ſuum nidum ſuum,ſcilicet Virginem Beatam ſanctificare debuit. Vbi tandem ethitem precioſum lapidem Chriſtum poſuit. Ethites enim alium lapidem in ſe continet, & humanitas continebat Diuinitatem.Sicut ergo Pſal.Fuerat valde ſollicitus inuenire nidum,& nunciare inuentum ita fuit ſollicitus nunciare ſanctificatum, quod fuerit ſollicitus de inuentione patet Meméto Domine Dauid,&c.Iurauit Domino,votum vouit Deo Iacob. Si dedero ſomnum oculis meis:& palpebris meis dormitationem. Et req. tempori.me.donec inue.lo.do.taber.d.ia hunc ſanctificauit inuentum. Elegit Dominus Syon ele.e.in ha.ſibi.Hæc re.me in ſe.ſęculi: hic ha. quoniam ele.eam. Sicut ergo denunciauit inuentionem:ita denunciauit ſanctificationem dicens.Sanctificauit tabernaculum ſuum,in quibus verbis circa purificationem Domini,& ſanctificationem tabernaculi deſcribit Pſal.

Pſal. 21 · Pſal. 92

Deletiuum Contentiuum Effectiuum	& eſt	Remiſſio culpæ præcedentis Hitatio gratiæ ſubſequentis Expſſio potentiæ tranſcendentis	ſanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus
Hic namque		Remittitur noxa originalis promptiori Infunditur gratia ſpecialis digniori Ingreditur eam Dominus vniuerſalis altiori	
auxilio myſterio, prodigio		ſanctificauit tabernaculum ſuum prodigio altiſſimus	

Quantum ad primum ſciendum, quod non eſt digna habitatio ſancti cum prophano,nec prophani cum ſancto:ſed ſancti cum ſancto. Cum ſancto ſanctus eris,& cum, &c. Quia igitur Dei filius eſt ſanctus ſanctorum: eius tabernaculum debuit Pſal. 17

 eſſe

Digitized by Google

Pſal. 22 eſſe ſanctiſſimum. Tu autem in ſancto habitas laus iſrael. Nam ſecundum Auguſt. Oculis ęgris odioſa eſt lux: quę puris eſt amabilis. Verum eſt quòd ad hoc quòd oculus radium, & lucem exteriorem recipiat indiget duobus: primum eſt luminis interioris connaturalitas. Ad hoc enim quod oculus lumen recipiat: neceſſe eſt ipſum habere lucem innatam, quod iſtam habeat patet in fricatione oculi clauſi in quo percipitur lux radiorum. & niſi iſtam haberet exterior radius intrare non poſſet. Item ſecundo requiritur omnis humorum puritas: quia ſi eſſet lippoſus vel turbidus non poſſet recipere exteriorem radium: quia oculis ægris &c. vnde oportet oculum mundare ad hoc quod exterius venientem radium recipiat, ab omni puritate Dei filius eſt radius veri ſolis, ideſt Dei patris: & lux vera quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. Vterus autem virginalis oculo comparatur quia ſicut lux corporalis exterior ſine aliqua oculi fractione oculum ingreditur. Sic Dei filius abſque quacunque fractione, & violatione virginitatis clauſum vterum eſt ingreſſus. Oportuit ergo Virginem Glorioſam lumen habere quaſi innatum ſibi a principio creationis: & hoc fuit gratia ſibi infuſa ſtatim a principio ſuæ

Pſal. 35 creationis. Mediante enim lumine gratiæ intrauit lumen æternæ gloriæ. In lumine tuo videbimus lumen.

Oportuit etiam quòd quia omnes ab Adam naſcentes lippoſitatem, & impuritatem originalis peccati contrahunt: ab ea primitus purgaretur, & ſanctificaretur. Et hoc factum eſt ſtatim poſt ſuam conceptionem: ideo ſcribitur de Berſabeę matre Salomonis. 2. Reg. 11. Statim ſanctificata eſt mulier ab immunditia ſua. Ecce autem plusquam Salomon hic. Matt. 12. Vnde plus hoc debuit fieri in matre veri noſtri pacifici Salomonis. 2. Paralip. 7. Elegi locum iſtum, & ſanctificaui eum: vt ſit ibi nomen meum in ſempiternum, &c. Sicut in conſecratione Eccleſiæ corporalis cum debet conſecrari. Prius omne mortuum expellitur: & deinde inunctis parietibus cōſecratur. Sic factum eſt in Beata Virgine: vt enim dicit Apoſtolus. Rom. 5. Sicut per vnum hominem peccatum in mūdum intrauit: & per peccatum mors: ita omnes homines mors pertranſijt; vnde, & ipſa Virgo Beata originale contraxit. Prius ergo non tempore: ſed natura in ſui ſanctificatione morticinium originalis peccati expulſum fuit: & inde per vnctionem gratiæ Spiritus Sācti ſanctificata fuit: vnde eius ſanctificatio figurata fuit in ſanctificatione tabernaculi. Numer. 7. Sequitur: vnxitque, & ſanctificauit: vtique oleo letitiæ prę participibus ſuis. Sed dicitur cum omnibus vaſis: quia ſic fuit ſanctificata quod in ea fuit fomes, vel extinctus totaliter

Pſal. 95 vel ligatus, & repreſſus ſufficienter. Pulchritudo in conſpectu eius ſanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius: propter hoc dicit Dei filius. Eccl. 24. In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui.

Pſal. 14 Quantum ad ſecundum. Nota quòd in pſal. De hoc Tabernaculo mouebat quæſtionem, dicens. Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo aut quis &c. Et ipſemet reſpondit. Qui ingreditur ſine macula. Solus ergo Chriſtus iſtum mundum eſt ingreſſus ſine macula cuiuſcunque peccati: & ideo iſte habitabit in ſanctificato tabernaculo. Dicitur autem Beata Virgo Tabernaculum duplici ratione ſcilicet reuerētiæ, & continentiæ. Reuerentiæ quidem quia vt recitat Apoſtolus, ad Heb. 1. Duplex pars erat in Templo; vna quæ dicebatur ſancta: & hæc eſt communis. Alia quæ dicebatur Sancta Sanctorum: & hęc pars tantę erat ſanctitatis, & reuerentiæ vt non intraret in eam niſi ſolus ſummus ſacerdos ſemel in anno: & tunc cum ſanguine: ſic Eccleſia habet duas partes, vnam communem quæ dicitur ſancta: & hæc eſt communis omnibus Sanctis. Alia quæ dicitur Sancta Sanctorum: & hęc eſt ſola Virgo Beata quam ſolus ſummus ſacerdos ingreſſus eſt: ille ſcilicet, qui eſt Sacerdos in æternū ſecundum ordinem Melchiſedech, & tunc cum ſanguine, quia noſtrum ſanguinem

Digitized by Google

in noſtram humanitatem de puriſſimis virginis ſãguinibus ibi aſſumpſit. ideo hæc eſt porta de qua dicitur. Ezec. 44. Vidi portam in domo Domini clauſam, porta hęc clauſa erit, & non aperietur: quia ſolus Deus ingredietur, & egredietur per eã. Hũc ingreſſum, & cum ſanguine Apoſtolus. Heb. 9. ſic deſcribit Chriſtus aſſiſtens pontifex, &c. tabernaculum non manu factum &c. per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, &c. hunc tabernaculi ingreſſum deſcribit. Pſal. In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Dr ẽt tabernaculum ratione cõtinentiæ. Tabernaculum enim tenebat thuribulum aureum, & arcã fęderis in qua erat virga Aaron quę fronduerat: tabulę teſtamẽti, & vrna aurea habens manna. Sic Virgo Beata habebat thuribulum aureum, ideſt conuerſationem: & vitam auream plenam auro charitatis, & dilectionis, deuotionis, & cõtemplationis. habebat etiam arca teſtamenti, & Chriſtum qui eſt arca. Surge Dñe in requiẽ tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. In hac arca, ideſt in Chriſti perſona erãt virga Aaron ratione æquitatis in regia dignitate. Virga directionis virga regni tui. & iterum virgam virtutis tuæ, &c. Erant ẽt tabulæ teſtamẽti ratione virtutis ex duabus naturis in perſonæ vnitate. Eſt enim liber vitę, & teſtamentum altiſſimi: & agnitio veritatis. Eccle 24. Erat etiam vrna aurea habens manna ratione pietatis in Sacramentali liberalitate. Pluit illis manna ad manducandum, &c. ergo bene põt dici tabernaculum ratione continentiæ. Hebr. 24. Poſt velamentum aũt .i. poſt legẽ moyſaicam. Hæc myſteria velantem. Secundum tabernaculum quod dr ſancta ſanctorũ aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti in qua erat vrna aurea habẽs mãna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulę teſtamenti. ideo Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. & ipſe erit eorum Deus hoc tabernaculum Dei Pſalmiſta conſiderans dixit. Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. — .18 — Pſal. 131

Quantum ad tertium. Nota ꝙ ſolemnes, & magnæ Eccleſiæ magnificat tabernacula; in quibus corpus Chriſti, & alię reliquiæ ſeruantur, & adorantur conſueuerũt per maiores Dominos terrę fundari, & Dñs terræ maior conſueuit primum lapidẽ ponere in fundamento. & poſtea omnia vadunt bene. B Virgo eſt Dei tabernaculũ, quod multis Dñis, & magnis fuit ſpiritualiter fundatũ, & fabricatum: quia in eo debebat corpus Chriſti, & diuinitatis reliquię conſeruari, & adorari. & ideo Dñs maior Dñs virtutum ipſe eſt rex glorię. Primum lapidem in ea proiecit, & poſuit gr̃am ſcilicet ſanctificationem. vnde dr Ioan. 8. Qui ſine peccato eſt vnum prius in illam lapidem mittat; vnde ipſe manu ſua hanc Eccleſiam fundauit, qui eſt altiſſimus: fũdamenta eius in montibus ſanctis: glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: quia homo natuſ eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus. Si vis de hoc plus, dic, vt dixi in ſermone illo: homo natus eſt in ea, & tunc conclude, ꝙ propter hoc bene dixerat Angelus, hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Luc. 1. Eſt autem notandum quod lapis qui in fundamento primus proijcitur; communiter eſt maioribus alijs, & tunc fit magnum feſtum: ita fuit in virgine. Nam gratia ſctificationis ipſi collata maior fuit in virgine quam in aliquo alio ſancto. B. Ego puto ꝙ copioſior ſanctificationis benedictio in eam deſcendit, &c. Et ideo non mirum de iſto lapide facimus magnũ feſtum Delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo. Tu autem altiſſimus in ęternum Dñe, potentiam tuam, & iuſtitiam tuam Deus vſque in altiſſima, quę feciſti magnalia, Deus, quis ſimilis tibi? Cognoſcamus ergo, & videamus: quia nomen tibi Dominus tu ſolus altiſſimus in omni terra Credo videre bona Domini: in terra viuentium. Ad quam, &c. — Pſal. 91

SERMO XXXIIII.

De Beata Maria in Sabbatis pro deuotis.

Pſal. 46 ELegit nobis hæreditatem ſuam. Vt tradidit Philoſophus. 8. Ethicorum. Amor verus facit omnia communia. vnde vera amicitia neſcit aliquid diſtinctum, aliquid diſcretum: aliquid diuiſum inter amicos: ſed res, & ſecreta reddit communia. In huius figuram. Ionathas qui ſpecialem, & veram amicitiam pepigerat cum Dauid in ſignum dixit. 1 Reg. 2. Viuit Dominus, & viuit anima tua: quia vno tantum gradu (vt ita dicam) ego, & tu morſque diuiditur. Item in ratione charitatis in primitiua eccleſia nullus inter Apoſtolos ſciuit aliquid ſpirituale vel ſingulare: ſed erant eis omnia communia, vnde dicitur Act. 2. Omnes qui credebant erant omnes pariter. & habebant omnia communia. & ita recitat Aug. in regula. Ita experimur manifeſte in natura, quòd auis naturali amore nihil ſibi retinet particulare: ſed cõmunicat omnia pullis ſuis: quia communicat cibum nidum, & curam nutriendi ſiue officium. Ad propoſitum Dei, & virginis filius ſumma amicitia nos dilexit. Io. 16. Maiorem charitatem ac dilectionem nemo habet: vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, quod ipſe fecit vt nos lauaret a peccatis noſtris. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & ideo omnia bona ſua nobis communicauit: immo etiam paterna ſecreta reuelauit. Io. 15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui a patre meo nota feci vobis. ideo ipſe ſicut auis cœleſtis pullis ſuis communicauit cibum: ſeipſum dando in Euchariſtiæ Sacramento. Communicauit nutriendo curam ſeu officium in docendo, & prædicando. Communicauit nidum proprium ad Sanctæ Matris Eccleſiæ gremium nos recipiendo: habebat autem iocale præcioſum; quòd totam vnã magnam valebat hęreditatem matrem ſuam, ſcilicet Virginem Glorioſam, & ſicut alia communicauerat: ita etiam iſtius bonitati tantæ hæreditatis voluit nos eſſe cõſortes: vt ſicut ei eramus dilecti ita eſſemus ei fratres, & ſuæ matris filij, vt ſic vno tantũ gradu ab ipſo diuideremur; quia nos hominem, ipſe homo, & Deus: vnde quã ſibi eandem matrem nobis elegit. Et hoc ſignanter in vnius perſona geſtum eſt, qđ omnibus poſtea eſt conceſſum. Legitur enim. Ioan. 19. Quòd cum Ieſus omnia communicaſſet amicis ſuis, & omnia communicaſſet: adhuc reſtabat mater communicãda, & deuotis ſuis, & amicis. Cumque vidiſſet Ieſus matrem, & Diſcipulum quem diligebat, dixit matri. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit Diſcipulo: ecce mater tua: quòd tunc in vno geſſit hiſtorialiter omnibus conceſſit ſpiritualiter. & hoc eſt elegit nobis hęreditatem ſuam. In quibus verbis Pſalmiſta deſcribit.

Prædeſtinationem			Prædeſtinatio
Dilectionem	elegit nobis hęred. ſuã	erant diuina	Dilectio
Poſſeſſionem			Poſſeſſio

	Opere		
Singulariter in	Fędere	Elegit nobis hæreditatem ſuam.	Eſt autem.
	Munere		

Opus		Sapientię prouidentis	
Fędus	diuinæ	Amicitiæ conferentis	Elegit nobis hæreditatem ſuam.
Munus		Gloriæ ſuccedentis	

Quantum

Quantum ad primum ſciendum, quòd ſicut tradunt naturales: pullis aquilæ naturaliter ſerpentes inſidiantur, & inimicantur. & ideo aquila elegit ſibi locum arduum, & altum, & tutum: in quo conſtruit nidum ſuum. Et in eo ne ſerpẽtes aliquo modo poſſint attingere, & accedere ponit lapidem precioſum: & ſic pulli a ſerpẽtibus pręſeruãtur. Aquila Chriſtus eſt pulli aquilę Chriſti fideles, & deuoti. deut. 32. Sicut aquila, &c. Serpens eſt Diabolus qui naturaliter inſidiatur, & inimicatur fidelibus. Gen. 3. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuũ, & ſemen illius & tu inſidiaberis calcaneo illius: ad conſeruandos ergo, & tuendos Chriſti fideles; Chriſtus elegit locum altum perfectione, & arduum virginitatis cum fęcunditatis pręſeruatione. vnde Iób. 39. Ad pręceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum: iſte fuit magis arduus paſſus qui vnquam fuit in natura. vnde iſtũ numquam ſerpens antiquus diabolus potuit tranſire nec cognoſcere: vt etiã ei eſſet magis inacceſſibilis. poſuit in eo lapidem pręcioſum gratiã ſcilicet ſanctificantem. Iſte nidus fuit Virgo Beata ſic, & cum talibus electa vt per eam, & in ea habitantes per deuotionem a morſibus venenoſi ſerpentis eius meritis liberentur. Elegit Dñs Syon elegit eam in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſęculum ſęculi hic habitabo quoniã elegi eam. Nota, aurum cum eligitur mixtum eſt cum arena. Argentum ergo viuum ſuperueniens; non arenam, non ferrum, non argentum: ſed ſolũ aurum elegit, & ad ſe trahit. Sic Dei filius argentum viuum non elegit argentũ pphetarum, non ferrum patriarcharum, non arenam perſonarum terrenarum: ſed aurũ, Virginem Mariam pręomnibus præmium ſicut aurum omnibus metallis ſibi attraxit; & in matrem elegit quamuis haberet arenam noſtræ mortalitatis ſecum adiunctam. Can. 6. Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ electa genitricis. Et ibidem pulchra, vt Luna, & electa vt ſol. *Pſal. 131*

2 Nota, quòd pauperibus non habentibus aduocatum in cauſis arduis cõſueuit iudex ex officio vnum dare. Eſſet autem magna iudicis clementia ſi pauperi optimũ de curia daret aduocatũ: oẽs nos comparere oportet corã iudice Chriſto ſuper cauſa valde ardua: quia agitur ibi de corpore, & anima de propria ſalute. 2. Corinth. 5. Oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: vt vnuſquiſque recipiat prout geſſit ſiue bonum ſiue malum. Habemus autem durum, & dirum aduerſarium diabolum qui circuit quærens quem deuoret. Sed peccatores ſunt pauperes nec poſſũt aduocatum habere: ideo miſericors, & miſerator Dñs dedit eis in cœli curia aduocatum, non qualemcumque: ſed optimũ de tota curia cœleſti: virginem. ſ. glorioſam vnde, & in ſalue regina cantamus. Eya ergo aduocata noſtra, &c. iſta eſt talis aduocata quod iudex non poteſt ei aliquid denegare. 3. Reg. 2. Pete mr̃ mi: neque. n. fas eſt vt auertam faciem tuam. Iſtam aduocatam nobis dari ĩ tribulatione cauſæ mortis. Da nobis auxilium Domine de tribulatione: quia vana ſalus hominis. Abſq; dubio ſine virginis auxilio in morte vana ſalus peccatorum; ſed ea auxiliante certa dicẽte Apoſt. 1. Cor. 1. His autem qui ſaluti fiunt, ideſt nobis virtus Dei. *Pſal. 59*

3 Quantum ad tertium. Nota quod Chriſtus erat vnicus filius patris in cęlis, & matris in terris. & ideo duplicem hæreditatem adeptus eſt maternam, ſcilicet, & paternam: ſed primo adeptus eſt maternam, deinde paternam. Materna hæreditas fuit plena laboribus, pœnis, tribulationibus, & perſecutionibus. Sed paterna plena eſt præmijs, & gaudijs, & conſolationibus, vtramque igitur hæreditatem nobis elegit Maternam primo pœnoſam, laborioſam, plenam meritis, & per hanc paternam glorioſam, gaudioſam, plenam præmijs. Sed nota, multi libenter haberent paternã glorioſam, non curantes de materna quæ eſt pœnoſa: ſed hoc non eſt poſſibile: quia q̃ non habuit ipſe ſibi, non confert tibi; & ideo per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Cęlorum. Ergo ſi vis hæreditatem paternam in Cęlis: adhibeas

primo maternam in terris: quia ſine iſta non venitur ad aliam. Eccl. 24. In parte Dei mei hereditas illius: & in plenitudine ſanctorum detentio mea: ergo. Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei: quia ſecundum Eſai. 54. Hæc eſt hereditas ſeruorum Dei, iuſti igitur Hæreditabunt terram, & habitabunt in ſeculum ſæculi ſuper eam. Ad quam terram viuentium, &c.

SERMO XXXVI.

Infra Octauam Paſchæ, & in toto tempore Paſchali.

Pſal. 48 Viuet adhuc in finem. Rumores maxime lętificantes corda parentum sũt rumores de vita filiorum. Maxime vbi filius viſus eſt mori vel eſt nunciatus. dicitur Eccl. 10. Quia melior eſt canis viuus Leone mortuo. Et quia filius eſt res patris, & pater in filio conſeruatur. ideo ſumme gaudet denunciata vita quãdo mortuus credebatur: vel quando viſibiliter fuerat mortuus in oculis patris. ideo pater filij prodigi gauiſus eſt de filio viuo quẽ mortuum reputabat, inſtruxit chorum, & ſymphoniam, & occidit illi vitulum saginatum. Et alter dixit filio venienti de agro. vt legitur. Lucæ 15. Fili epulari, & gaudere oportebat: quia hic frater tuus mortuus erat, & reuixit perierat, & inuẽtus eſt. hoc pulchre legitur. Gen. 45. Cum enim Iacob filium mortuum crederet: quia ſibi dictum erat. Fera peſſima deuorauit eum, & ipſe lugens multo tempore conſolationem recipere noluiſſet ſed dixiſſet. Deſcendam lugens filium meum cum mętore ad inferos Tandem cum fratres de Aegypto redeuntes nunciaſſent patri filium ſuum viuere: ille præ gaudio quaſi reuixit. Vnde dicitur. Gen. 45. Quod filij Iacob nunciauerunt ei dicentes. Ioſeph filius tuus viuit. Quo audito Iacob quaſi de graui ſomno euigilans non credebat eis: ſed cum vidiſſet plauſtrum, & vniuerſa, quæ miſerat reuiuixit ſpiritus eius, & ait. Sufficit mihi ſi adhuc filius meus viuit vadam & videbo eum antequam moriar. Eo autem viſo dicitur in ſequenti capitulo dixit. Iam lætus moriar: quia vidi faciem tuam: ergo rumores maxime lætificantes corda parentum ſunt rumores de vita filiorum. De Chriſto ſcribitur Iob. 13. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs, qui quare flos egreditur, & conteritur, &c. Ratio eſt. Quandoque flos campi vel agri a tranſeuntibus conteritur, & conculcatur: & ex hoc elanguet, & marceſcit, & mortuus quaſi apparet. Sed poſt modum virtute ſolis reuiuiſcit, & reſurgit: & ad priorem pulchritudinem reſtauratur. De Beata Virgine, & de Chriſto cantamus. Virga Ieſſe floruit. Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius. Iſte igitur flos Chriſtus natus de muliere. De Beata Virgine breui viuens tempore; quia circa triginta annos quaſi flos egreſſus eſt, & contritus.

Nam turba Iudęorum iniquorum florem iſtum coram herba, quæ eum produxerat: coram matre quę eum genuerat conculcauit ipſum ſpoliando, flagellando, ſpuendo, colaphizando, ſpinando, clauando, lacerando. Conculcauerunt me inimici
Pſal. 55 mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. ideo tantum conculcauerunt, quod etiam iſtis ſupplicijs totaliter contriuerunt: ita quod iſte flos Libani elãguit: vt dicitur Naum. 1. Poſtea autem ad tres dies virtute Cœleſti, ſcilicet virtute Diuina reuixit, & refloruit. Tanquam flos agri efflorebit, & fuit reſurgendo tertia die
Pſal. 27 ad priſtinam pulchritudinem reſtitutus.

Reſſe-

Digitized by Google

Refloruit caro mea'. rumores ergo magis lætificantes cor doloroſæ matris quæ tam crudeliter tam impie, tam improbe florem iſtum filium vnicum conculcari, conteri, occidi: immo crucifigi viderat non ſolum audiuit: ſed præſens fuerat, nulli eſſe poterat de vita filij ſi ei poſſet viuus, & reſuſcitandus veraciter nunciari. pſalmiſta igitur certus de reſurrectione volens gaudium virgini nunciare, & iocalia de bonis rumoribus reportare voce prophetica clamauit dicens. Viuet &c.

Vbi deſcribit quandam.

Reparationem
Expectationem } viuet adhuc in finem.
Durationem

deſcribitur autem { Reparatio / Expectatio / Duratio.

Sicut { aſſutura / profutura / duratura } viuet adhuc in finem.

Deſcribitur autem a Pſalmiſta ſermone Prophetico circa Chriſtum.

{ Aſſutura reparatio.
Profutura expectatio.
Cretura duratura.

in { fragili ſuſtantia corporali / labili hora temporali / ſtabili mora æternali. } quia { viuet ad huc in finem.

Quantum ad primum ſciendum quòd propter ea quæ facta ſunt circa Reſurrectionem in Chriſto Spiritus Sanctus per Scripturam Sacram Chriſtum tribus cõparat: ſpecialiter Leoni, Serpenti, & aui. Leoni quidem Gen. 49. Catulus Leonis Iuda requieſcens accubuiſti vt leo. Ratio autem huius comparationis eſt quia (vt dicunt naturales) Catulus leonis naſcitur mortuus. Videns ergo pater Catulum dormientem velut mortuum die tertio fremit, rugit, clamat vehementiſſime ſuper eũ, & ad clamorem, & rugitum patris Catulus naturaliter ſuſcitatur. Sic Dei Filius ſpiritualiter natus eſt mortuus: ideſt in carne mortali neceſſario moriturus. quam mortem ſuſtinuit tempore paſſionis modo quo Scriptura eodem in loco de Catulo iſto prædixerat. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum'. Ergo Deus pater dicit illi leonculo requieſcens accubuiſti, vt leo ad prædam fili mi aſcendiſti. Hæc fuit præda ſanctorum patrum. Quis ſuſcitabit eum: certe nullus niſi pater tertio die clamando. *Chriſtus cõparatur leoni.*

Exurge gloria mea exurge pſalterium, & cythara. Quod dicente patre ipſe reſpondet. Exurgam diluculo. Iſte pater enim rugiens eſt ille, qui ſuſcitat a terra inopem. Vt ſedeat cum principibus &c. cui dixit Abacuc. 3. ſuſcitans ſuſcitabit arcum ſuum. Hic poſſet dici moraliter de arcu fracto: ergo iſte Catulus ſic rugitu patris fuit a morte vitę redditus. Eſa. 28. Dum adhuc ordirer ſuccidit me de mane vſq; ad veſperam finies me. quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea: tu autem eruiſti animam meam in inferno. Viuens viuens ipſe confitebitur tibi: ſicut & ego pater filijs notam faciens voluntatem tuam. Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei. Ideo Chriſtus ſic ſuſcitatus dicebat. Memor eſto verbi tui Domine; in quo mihi ſpem dediſti: hęc me conſolata eſt in humilitate mea; quia eloquium tuum viuificauit me. *Pſal. 56* *Pſal. 118*

Secundo Chriſtus ratione Reſurrectionis comparatur Serpenti. Ipſemet dicit *Chriſtus cõparat. ſerp.*

Ioan.3.Sicut Moyſes exaltauit Serpentem in deſerto:ita exaltari oportet filium Hominis.Ratio autem huius comparationis eſt,quia(vt dicunt naturales, & experti) ſerpens eſt talis naturæ,quòd quantumcunque verberetur,flagelletur, vulneretur dummodo caput ſuum viuum, & illæſum remaneat: totum corpus poſtea virtute capitis,& ſanatur,& a vulneribus curatur: immo vt dicunt experti, ſi pars a capite ſeparata per vulnus fuerit,virtute Herbæ quam quærit pars parti reunitur,& reintegratur: & ſic totus ſerpens finaliter reſtauratur, & reparatur. Sic ſpiritualiter vt ſcribit Apoſtolus.1.ad Coninth.11.Caput Chriſti eſt Deus:igitur Chriſtus in toto tempore paſſionis fuit flagellatus,vulneratus,verberatus, ſputus, lanceatus,clauatus.& tantum,quòd fuit a corpore Spiritus ſeparatus.In omnibus autem iſtis verberibus caput Chriſti,ideſt Diuinitas illæſa, & intacta remanſit, & ideo virtus capitis omnia recuperauit,curauit,viuificauit, & partes ſeparatas reuniuit Corpus, ſcilicet,& animam,& ſic fuit virtute capitis ſuſcitatus, & reparatus. Deuteronomio 32.

Serpentis natura.

Videte quia ego ſim ſolus, & non ſit alius preter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo:& non eſt qui, &c. Leuabo ad Cœlum manum meam:& dicam viuo ego in æternum.Viuet Dominus, & benedictus Deus meus,& exaltetur Deus ſalutis meæ:Deus qui dat vindictas mihi, &c. Tertio comparatur aui.Iob.5. Homo natus eſt ad laborem, & auis ad volandum. Verum quia perſona Chriſti fuit ſingularis,& vnica. Erue de manu canis vnicam meam. Comparatur ſpiritualiter aui quæ eſt ſingularis, & vnica quæ dicitur fœnix quæ parem non habet:& ideo apud arabiam vbi ſolum inuenitur fœnix; vnica, & ſingularis appellatur.De hac dicit Philoſophus,quòd ad ardorem ſolis quando incipit ſeneſcere aromatica ligna congregat,& ſicca: & cum virtute ſolis fuerint incenſa ſponte nidum ingreditur, & crematur, & ibi moritur: poſt tres autem dies inde alius vermiculus egreditur:& paulatim in auē procedit, & creſcit donec auis prior totaliter reſtauratur,ſuſcitatur,& reformatur.

Chriſtus cōparatur aui.
Pſal.21.

Ita narrat Alanus accidiſſe in Heliopoli Ciuitate Ægypti vbi cum Onias in Tēplo primo die azymorum lignis ſuper Altare poſitis vellet offerre ſacrificium auis illa cunctis videntibus in rogum medium ſe proiecit,& mortua fuit,& poſtea prædicto modo ſuſcitata reparata fuit in deſertum,& euolauit.Hęc auis ſic ſingularis, & vnica fuit Chriſtus ſolus Deus, & homo:iſtemet ligna aromatica ligna Crucis tēpore paſſionis collegit:quia ipſemet ea creauit,& conſeruauit. Eſa.46.Ego feci,ego feram, ego portabo,& ſaluabo.In hæc ligna ipſe ſponte,& gratis ſaltauit,quia oblatus eſt,quia voluit.Eſa.16.Et lignis Crucis finaliter mortuus fuit. Sed tranſactis tribus diebus auis iſta fuit totaliter, & perfectè reparata: & veriſimile reſuſcitata. 3.Reg.17.Reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit: & tradidit eum Helyas matri ſuę,& dixit ei. Filius tuus viuit.Ergo Beata Virgo Maria ne lugeas: quia viuit. Nunc tibi Helyas,ideſt Deus pater dixit. En filius tuus viuit immo ipſemet loquitur tibi illud Apo.1.

Fui mortuus,& ecce ſum viuens in ſęcula.Deus pater fecit vt dicitur. Gen.2.Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę: & factus eſt Homo in animam viuentem. Si vis procedere contra vitia:dicas quod fœnix eſt ille qui olim mortuus per peccata;modo ſuſcitatus in gratia poteſt cum Chriſto dicere fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula:& dic quomodo aliqui ab infirmitate a morte ſurgentes ex incautela regiminis reincidunt in maiorem infirmitatem, & mortem, & peius recidiuum quam prior infirmitas.Ita ſpiritualiter.Apocal.3.Nomen habes quòd viuas,& mortuus es. Dilata vt placuerit:& dic quanti conſtituerit medicina vt peccator ſuſcitaretur,quia ipſemet Chriſtus fuit medicina,& mors eius.

Quantum

Digitized by Google

Quantum ad ſecundum. Nota quod Iob. 14. Lignum habet ſpem ſi precioſum
fuerit rurſum vireſcit,& rami eius pullulant, & ſi emortuum fuerit truncus illius
ad odorem aquæ germinabit. Vult dicere quod quando arbor præſcinditur,& tota
liter deſtruitur in ſtipite mortua apparet:ſed adhuc non eſt deſperandum de arbo-
re: quia virtus manens in radice facit iterum arborem creſcere, & germinare; im-
mo etiam arbor aliquando melior reparatur. De Chriſto ſcribitur. Erit tanquam li *Pſal.1*
gnum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum quod fructum ſuum dabit in
tempore,&c. Iſtud eſt lignum vitę in medio paradiſi: vt dicitur. Gen. 2. Ergo hoc li-
gnum fuit præciſum tempore paſſionis vſque ad radicem, ideſt Diuinitatem: ſed
iſtud lignum habet ſpem: quia ſemper radix, ideſt Diuinitas viua remanſit. Dici-
tur autem diuinitas radix huius arboris: quia ſicut radix ſuſcitat arborem, & ſtipi-
tem: ita diuinitas ſuſcitabat humanitatem, quæ propria ſuppoſitione carebat,& in
nitebatur diuino ſuppoſito. Huius ergo virtute radicis arbor iſta precioſa repara-
ta,& reconſtituta fuit: ideo poterat eſſe verbum filij ad matrem cum pręſcinderetur
cum in cruce moreretur. Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi.

Quantum ad tertium. Nota quòd Chriſtus mortuus aliquos ſuſcitauit ſicut La-
zarum,& alios: ſed illi ſuſcitati iterato mortui ſunt: ſed Chriſtus immortalis a mor
tuis reſurrexit. vnde Rom. 6. dicit. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur:
mors illi vltra non dominabitur,&c. & ideo dicitur in finem, ideſt ſine fine in perpe
tuum: ideo Chriſtus in ſua reſurrectione comparatur lapidi precioſo qui vocatur
Abeſtos, qui ſemel illuminatus numquam poteſt poſtea extingui; & talem dicunt
aliqui vnum fuiſſe in Templo Dianæ. Sic Chriſtus lapis precioſus ſemel in reſurre
ctione claritate corporis glorioſi illuminatus,& alijs dotibus corporis glorioſi do-
tatus,& glorificatus numquam poſtea eas perdere potuit: ſed manet ſemper immo-
bilis,& ſine fine in corpore glorificatus. Iſte lapis fuit in Templo Dianæ, ideſt Do-
minę Mariæ ipſam gratia illuminans,& illuſtrans lucem in ea,& in ſe perpetuo ſi-
ne fine conſeruans. Attingit enim a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia
ſuauiter. Sap. 8. Ideo ei exiſtenti in ſepulchro clamabat. Exurge quare Domine ob- *Pſal.43*
dormis: exurge,& ne repellas in finem. Cui conſolando reſpondebat Abacuc. 2. Ap-
parebit in finem,& non mentietur: ſi moram fecerit expecta eum: quia veniet,& nõ
tardabit: ſic predixerat Angelus matri. Lucæ primo. Dabit illi Dominus Deus ſe-
dem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in ęternum; & regni eius non
erit finis.

Ad quod nos perducat, &c.

SERMO XXXVII.

De Annunciatione Dominica, vel de Natali Domini.

MAnifeſte veniet Dominus noſter. Perſona ſpectabilis magna, & nobilis *Pſal.49*
non occulte: ſed manifeſte in ſua nouitate venire debet vt eius Aduen-
tus ſit notus magnis indicijs: certis,& euidentibus ſignis: ita videmus in
ter aues ſpectabiles,& nobiles. Inter Falcones enim eſt vna ſpecies no- *Falco Gen-*
bilis, quæ vocatur Falco Gentilis cuius Aduentus ad prædã ſemper eſt manifeſtus, *tilis.*
& pro tanto quia alię aues plurimæ ipſum ſequuntur,& ipſe venationem ſequenti
bus diuidit,& vltimo capta retinet ſibi ipſi. Vnde i ſequela auiũ in diuiſione prędę

in ſaturatione ſequentium cognoſcitur eius Aduentus. Ita legimus. Gen. 30. Iacob enim Patriarcha cum eſſet perſona ſpectabilis venit ad Laban : ſed eius Aduentus fuit magnis ſignis claris indicijs manifeſtatus; quia Laban per eius Aduentũ fuit ditatus, & diuinam benedictionem cõſecutus. vnde dixit ei Iacob. Modicum habuiſti antequam venirem ad te: & nunc diues factus es, & ad introitum meum benedixit tibi Dñs. Perſona ſpectabilis magna, & nobilis eſt Dei filius. (*Pſal.85*) Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. Quia ipſe igitur erat in hunc mundum venturus non decuit Aduentum eius eſſe occultum: ſed magnis ſignis claris indicijs eſſe manifeſtum. (*Chriſtus Falconi cõparatur.*) Et recte ſic fuit de eo ſicut fuit de Falcone. Nam ipſe in vallem huius mundi ad prædam deſcendens captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominib.: Hæc præda fuit humanitas quam de Virgine traxit. Hanc auibus eum ſequentibus ideſt deuotis fidelibus diuidit ipſos Sacramento Euchariſtiæ ſatiando: vnde poteſt dicere cum Iacob modicum habuiſti antequam venirem ad te. Modicum quidem : quia non niſi eſſe naturæ. Nunc autem diues factus es diuitijs gratiæ, & gloriæ: & ad introitum meum benedixit tibi Dominus. Propter claritatem ſignorum declarãtium eius Aduentum dixerat Aggæus ſecundo cap. Adhuc modicũ, & ego mouebo cęlum, & terram, ideſt Gabrielem cęleſtem nuncium, & Mariam. (Luc. 1. Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo, &c. Et nomen virginis Maria) mare, & aridam, ideſt virginem Mariam. Mare in amaritudine paſſionis : & aridam in ariditate conceptionis. Nõ. n. cõcepit virili ſemine: ſed myſtico ſpiramine fuit arida oĩ humiditate pcĩ. Et veniet deſideratus cũctis gẽtibus Malac. 3. Ecce ego mitto angelum meũ qui præparabit viam ante faciem tuam: & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum. Igitur hæc ſigna hæc indicia præcognoſcens: Aduentum eius clarum inſinuat dicens. Manifeſte veniet Deus noſter. in quibus verbis huius venientis deſcribit.

Clementiam |
Euidentiam | veniet manifeſte Deus noſter.
Eminentiam |

Eſt nam in eo. | Clementia
| Euidentia
| Eminentia.

ratione magnæ | benignitatis |
| vtilitatis | veniet manifeſte Deus noſter.
| dignitatis |

conſiſtit autem | benignitatis clementia
| vtilitatis euidentia
| dignitatis eminentia.

In exhibitione gratioſa |
in cognitione luminoſa | veniet manifeſte Deus noſter.
in prælatione glorioſa. |

1 Nota, quòd fuit mirabilis benignitatis clementia quòd Dei filius alium non mitteret: ſed ipſemet in propria perſona veniret. vnde Eſa. 63. Admirãdo dicebat. Quis eſt iſte qui venit de eodem tinctis veſtibus de boſra. Vere tinctura nobilis mirabilis in benignitatis clementia. In hoc namque aduentu venit primus ad nouiſſimum. vt dicit Apoc. vlt. Ego ſum α, & ω. primus, & nouiſſimus, altiſſimus ad infimũ: vt attingat ad fine vſque ad finẽ fortiter. Sap. 8. Ditiſſimus ad pauperimũ vt ſint ſimul in vnum diues, & pauper. (*Pſal.48*) Hæc eſt mira benignitas inauditę clementiæ. Venit namque ingrediens vt imber fæcundãs. Nota imber, & ros cęleſtis deſcendens in cõcham marinam in conchilibus fæcundat viſcera conchilij: vt virtute cœleſti de rore illo generetur lapis precioſus, qui dicitur Margarita.

Et

Et mihi comedendi piſces illos in monte peſſulano contigit, quod in vno ſeptem margaritas inueni. Ita venit Dei filius in hunc mundum: quia vt ros deſcendit in Virginis vterum, & formatus eſt ſola virtute cęleſti lapis ille precioſus, quem reprobauerunt ædificantes, & poſtea factus eſt in caput anguli. Iſte lapis eſt illa precioſa margarita quam ſi inuenit homo abſcondit, & vadit, & emit illam. Ideo dixit Oſeæ.6. Venite reuertamur ad Dominum: quia ipſe cæpit, & lauabit nos: ſequitur: quaſi diluculum pręparatus eſt egreſſus eius, & venit quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus. Iſte imber figuratus fuit Iudic.6. Quando in terram cecidit, & vellus non tactum fuit, quid eſt quod Virgo concępit, & corpus intactum permanſit niſi quod ros eam impleuit cæleſtis gratiæ, & corpus non tetigit aliquis humōr immunditiæ. *Chriſtus imbri cōparatur.*

Secundo venit egrediens vt frater amans. Contingit aliquando Dominum patriæ religionem ingredi paupertatis, qui quamuis ſit maior in conditione tamen per ſuſceptionem habitus ſit frater in dilectione. Sic ſpiritualiter diſſipato monaſterio humanæ religionis Dominus vniuerſæ terræ pro eius reformatione factus eſt frater, & religioſus paupertatis. Suſcepit habitum noſtræ humanitatis in capitulo Virginali. Et quamuis ipſe eſſet maior conditione tamen factus eſt frater dilectione, quia habitu eſt inuentus vt homo. Vt dicitur ad Philip.2. Et Geneſi.37. Caro enim noſtra frater noſter eſt: ideo dicitur Lucæ.15. Frater tuus venit. Ita petiuerat humanum genus. Vt dicitur 2. Reg.13. Veniat obſecro ſaltem frater meus nobiſcum.

Tertio venit progrediens ſicut lux illuminans. Deus Pater fecit circa genus humanum ſicut faciunt aliquando probæ mulieres circa acum, vel circa obolum. Cōtingit enim quod occupatæ perdunt acum vel obolum: tunc accenſam candelam ponentes intra lāternam plus conſumunt de lumine de valore candelæ, quam valet acus vel obolus. Nota de ſacriſta fratrum minorum Narbonæ qui pro recuperando obolo deſtruxit armarium quinque ſolidorum. Iſta ſpiritualiter Deus propter peccatum perdiderat vnum obolum humanum ſpiritum: ſed volens eum inuenire, & rehabere lumen ſuum proprium filium poſuit intra laternam noſtræ humanitatis, & valuit plus iſtius candelæ iſtius luminis precium quam valeret totū genus humanum. Et tamen tota hæc candela fuit expenſa pro habendo, & rehabendo humano genere: immo triginta denarijs vendita, & tota laterna diſſipata in paſſione. Ideo dicebat Eſaia.63. Propter Syon non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. Lampadem vel laternam accendi eſt diuinitatem intra humanitatē poni. Eſt enim lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis ſuæ. Lucæ.2. Ideo dixit Eſai.60. Surge, & illuminare hieruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt: ergo hæc fuit quam maxima liberalitatis, & benignitatis inaudita clemētia vt Dei filius veniens ſe exhibuit ingreſſu ſicut rorem fæcundantem. In egreſſu ſicut fratrem adamantem: in progreſſu ſicut lucem radiātem: ideo dicit Eſa.62. Dicite filiæ Syon: ecce ſaluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.

Quantum ad ſecundum. Nota quod quādoq; aliquod verbum eſt ſcriptum ita ſubtiliter, ita debiliter quod ab oculo debili nullomodo poteſt clare, & manifeſte videri. Ideo conſueuit poni ſuper literam criſtallus lucida, & peruia, & tunc criſtallus facit manifeſte videri, & legi verbum ſubtile, & clare cognoſci. Dei filius eſt proprie verbum. Ioan.1. Deus erat verbum: hoc verbum erat ita delicate ſcriptum in intellectu paterno ita, & ſubtile erat quod nunquam ab oculo corporali legi potuit vel videri. Vnde dixit Dominus Exo.33. Non videbit me homo, & viuet.

uet. Et 1. Ioan. 4. Deum nemo vidit vnquam. Solum fuerat in intellectu paterno. Vnde Ioan. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum Ideo a ſæculis fuit ignotum, & abſconditum. Lucę. 18. Erat verbum iſtud abſconditum ab eis: ſed vt verbum iſtud ab hominibus legi poſſet, & manefeſte videri criſtallus perlucida, ideſt humanitas noſtra fuit ei ſuperpoſita quam ſumpſit de materia vteri verginali, & hoc fuit quando Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. Ioan. 1. Pſal. Igitur cupidus de iſta manifeſtatione petebat. Qui ſedes ſuper Cherubin manifeſtare coram Effraim. Et quare? certe quia defecit in ſalutare tuum a. mea, & in V. tua ſuperſperaui. Sed Diuinitate incriſtallata incorporata gratias egit dicens. Ecce enim veritatem dilexiſti incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Sed dices frater contra: quia in iudicio veniens Dei filius erit manifeſtus: quia Apoc. 1. Ecce venit in nubibus, & videbit eum omnis populus. Sed mundum ingrediens venit occultus. Vnde dicitur Eſaia. 45. Vere tu es Deus abſconditus, & Abacuc. 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Reſpondeo quę ſunt occulta quibuſdam, alijs ſunt manifeſta: verbi gratia: inter religioſos ſunt aliqua ſigna per qua mutuo ſe intelligunt, & extranei non cognoſcunt, vnde religioſi per ſigna clare cognoſcunt qua extraneis, & non religioſis clauſa remanent, & occulta. Dixit Pſalmus quod Dei filius in hunc mundum veniens religionem paupertatis noſtræ humanitatis intrauit per quem ingreſſum in religionem Chriſtianam ſuam religionem meliorauit, ditauit, & honorauit: immo fundauit huius religionis ſolium Clauſtrales ſunt Chriſtiani Catholici: ſed extranei ſunt iudei, pagani, & hęretici. In hac ergo religione clauſtrales habent certa ſigna per quę mutuo ſe intelligunt: & iſtum nouicium clare cognoſcunt quem iudęi pagani vel hęretici, & cęteri extranei minime intelligunt vel cognoſcunt. Heu Domine Deus quod ſignum pulchrius, quod ſignum expreſſius quam quod prædixerat Eſaia. 7. Propterea dabit Dominus ipſe nobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, ideſt nobiſcum Deus. Iſtud ſignum clare prædicat ipſum Deum quod virgo concepit, virgo peperit, & virgo poſt partum permanſit. Iſtud ſignum vident Chriſtiani, & clare cognoſcunt quod ſignum ēt Eze. 44. Prędixerat dicens. Vidi portā in domo Dñi clauſam: porta hæc clauſa erit, & nō aperietur: quia Dominus ſolus ingreditur, & egreditur per eam. Pro certo verum ſignum: quia Ioſeph numquam cognouit eam. Hoc ſignum, hæc mirabilia, iudęi pagani, & hæretici non cognoſcunt: vnde dicitur. Quod tres perſonæ Trinitatis poſuerunt ſigna ſua, & non cognouerūt: immo ſequitur quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in ſecuri, & aſcia deiecerunt, ideſt credunt ad modum aliarum per violationem, per corruptionem, per fractionem portarum, clauſtrorum pudoris concepiſſe Mariam. Sed pro vero hoc falſum: quia porta hæc clauſa erit, & non aperietur. Solus enim Dominus non Ioſeph, non quicumque alius ingreditur per eam, & ideo non ſecuribus vel aſcia vt in alijs mulieribus eſt apta. hoc non cognouerunt extranei: immo incenderunt igni ſanctuarium tuum: polluerunt in terra tabernaculum nominis tui, ideſt Mariam a prole in Verginitate conſumptam viri ſemine pollutam crediderūt ſed hoc eſt falſum; quia Moyſes vidit. Exo. 3. Viſionem illam magnam quod in rubo flamma eſſet: rubus arderet, & non combureretur. De rubo Dominus quando ad Moyſem loqueretur. Ita certe filius manſit in Virginis vtero, & Matris Virginitatem non conſumpſit: humanitatem inde aſſumpſit, & in ea habitans documenta ſalutis omnibus miniſtrauit. Nota de obſtetricibus Zebel, & Salomon in floribus ſanctorum. Ergo illi non cognouerunt ſigna iſta nec ſignata. Sed Chriſtiani de hoc manifeſte cognoſcunt, vnde poteſt de hoc intelligi illud Ioan. 2.

Pſal. 78

Pſal. 73

Hoc

Digitized by Google

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus,& manifeſtauit gloriam ſuam,& crediderunt in eum diſcipuli eius: multa autem,& alia ſigna fecit Ieſus: vt dicitur Ioan. vl. Nonne Angelus paſtoribus apparuit:nonne ſtella ducatum prebuit?& ſic de alijs. Dic ſi vis ſigna quæ ſunt in floribus ſanctorum quæ iſta die Natali apparuerunt. Ex quibus omnibus verum eſt quod dicit Apoſtolus. Roman. 1. Quod notum eſt Dei manifeſtum eſt hominibus.

Si vis potes alitur procedere, & dicere ad hoc quod dicatur hic de ſignis: quia contigit, quod non ſignum eſt ſignum vt in ouibus nam ita ouis non ſignata a ſignata non ſigno diſtinguitur: ſicut ſignata ſigno, & non ſignata. Figura: quod ita diſtinguebantur oues Iacob, & labā. Geneſi. 22. Ita ad propoſitum ex hoc cognoſcatur, & manifeſtetur iſte filius, iſte nouiſſimus eſſet Deus per non ſigna: ſicut, & alij cognoſcuntur per ſigna. Omnes namque mundi homines qui naſcuntur ex muliere ſuæ conceptionis, & natiuitatis relinquunt veſtigia: quia concipiuntur cum libidine, naſcuntur cum dolore, geſtantur cum grauamine, & propas mr̃es violatas, & laceratas relinquunt. Hæc ſunt ſigna, hæc ſunt veſtigia quę dimittunt. Sed nullum tale ſignum: nullum tale veſtigium in mr̃e huius filij eſt relictum: quia ipſum concepit ſine libidine ſolo diuino flamine. Lucæ. 1. Virum non cognoſco: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſſi. obumbr. tibi. Geſtauit ſibi ſine quacunq; grauamine: quia ipſa geſtabat geſtantem ſe. Vnde filius altiſſimi vocabitur. Luc. 1. Et peperit ſine dolore, & Virginitatis violatione. Vnde cantamus. Neſciens virgo virum peperit,&c. In hoc ergo quod ſigna iſta non dimiſit: & veſtigia aliarum non reliquit manifeſte noſcitur a ſignatis. Vnde dicitur. Signa noſtra non vidimus. Dic etiam ſi vis in horum figuram illud Dañ 14. Quomodo rex ſignauit templum, ideſt Dei filius virginalem vterum. Et dicat Chriſtus de matre integra Virgine ſignata. Salua ne ſunt ſigna Daniel. Et reſpondeatur, ſalua rex. Dic quomodo Chriſtus comparatur naui, ſerpenti, & aui quę non relinquunt veſtigia ſuæ viæ, ſui aduentus. Tria ſunt mihi difficilia, & quartum pęnitus ignoro: viam Aquilæ,&c. Vt in illa collatione. De cælo Dominus reſpexit,&c. *Pſal 37.*

Quantum ad tertium. Nota quod mihi videtur ſic fuiſſe inter Deum, & homines ſicut eſt in mundo iſto inter monachos,& abbates. Sæpe videmus, quod contingit aliquando Abbatem alicuius Monaſterij eſſe indiſcretum, irreligioſum, diſſipatorem bonorum,& totius religionis, & monaſterij deſtructorem: vnde fit vt Monachi depauperentur: Monaſterium ponatur ad manum regiam, & omnia male vadant: Ideo quando debet prouidere de nouo Abba. conſueuit Dominus Papa: ſi in Monaſterio de gremio ſufficientem non habeat de altero Monaſterio prouidere. Et quando ille Monaſterium reparat, & reformat, Monachos promouet, & exaltat: iura defendit, & pro iuribus morti liberaliter ſe exponit: conſueuerũt Monachi de tati Abbate plurimum gloriari. Deus Pater a mundi principio religionem inſtituit hominum, ſcilicet congregationẽ,& in Terreſtris Paradiſi Monaſterio collocauit Adamque Abbatem monachis omnibus pręfecit dans certam regulam in Monaſterio conuerſandi. De omni ligno Paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni,& mali non comedas: Geneſi. 2. Sed iſte Abbas male ſeruauit regulā: fuit indiſcretus,& irreligioſus, & ita fatuus quod pro gula ſua pro vno morſello totum Monaſterium diſſipauit. Vnde diabolo omnia bona Monaſterij inpignorauit, & obligauit: & quod fuit peius, Abbas, & Monachi qui fuerunt expulſi ſunt de poſſeſſione Monaſterij ſeu Paradiſo Terreſtri. Et Abbatia ſeu Monaſteriũ poſitum ad manum regiam ne poſſent aliquatenus intrare. Geneſi. 3. Eiecitque eum Deus de Paradiſo voluptatis,& collocauit ante Paradiſum Cherubin habens flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ: ideo fuerũt *Adã fuit Abbas.*

Monachi

Monachi ita male tractati, ita depauperati quod clamauerunt ad ſummum Pontificem Deum Pfem, & miſerāt legatum Dauid Pro Abbate obtinēdo, qui omnia reformaret. Et dixerunt. Cito anticipēt nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, &c. Deus autem miſericors voluit eis prouidere. Sed reſpexit an eſſet aliquis vtilis, & bonus de gremio de Monaſterio: & nullum inuenit. Ita retulit legatus quando rediјt de curia Abbate impetrato. Dominus proſpexit ſuper filios hominū vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum. Et ecce omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Tunc Deus voluit prouidere de alieno Monaſterio, ſcilicet Paradiſi: & quia non habebat, magis dilectum magis charum quam proprium filium: quia Deus eſt de Deo filius: illum dedit in Abbatem. dicit illud. Eſaia. 35. Ecce Deus veſter: ecce Dominus Deus veſter in fortitudine veniet, & brachium eius Dominabitur: ſicut paſtor gregem ſuum paſcet. Iſte igitur Abbas Monaſterij factus iura Monaſterij recuperauit. Pro iuribus Monaſterij recuperandis, & deobligandis contra diabolum bello, & morti ſe expoſuit monaſterium ditauit. 1. Corinth. 1. Diuites facti eſtis in illo. Monachos promouit, & exaltauit, & ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos. Alios autem Prophetas. Alios vero Euangeliſtas. Alios autem paſtores, & Doctores. Ephe. 4. Et finaliter manum regiam de monaſterio amouit, & portas clauſas aperuit. Attollite portas principes veſtras, &c. Et monachos in poſſeſſionem rei introduxit. Lucæ. 33. Hodie mecum eris in Paradiſo. Ideo Pſal. Qui pro iſto Abbate ſupplicauerat videns alienū factum proprium tam vtile, tam potentem, tam diuitem, tam fortem, in omnibus pręualentem: omnia reſtituentem, quaſi de omnibus inſultans gloriabatur talem obtinuiſſe, dicens. Quis Deus pręter Dominum, aut quis Deus preter Deum noſtrum? &c. Et alibi. Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, &c. Ideo concluſit beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: beatus populus, cuius eſt Dominus Deus eius. Ad quam beati, &c.

Pſal. 17.

SERMO XXXVIII.

De Beato Vicentio Martire.

Pſal. 50

IVſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Aliter eſt in bello, prælio, & certamine vbi eſt ſola vocalis diſputatio. Aliter vbi eſt corporalis concertatio. Nam in certamine ſolius vocalis diſputationis: non oportet pro victoria manus vel pedes adiјcere vel arma corporalia adducere: quia ſufficit verbalis argumētatio: vnde ille vincit qui habet meliores auctoritates rationes vel demonſtrationes. Ita habemus Eſdræ. 3. Inter iuuenes enim cuſtodes regis darij fuit certamen, & diſputatio quid eſſet fortius: vnde dixerunt. Dicat vnuſquiſque noſtrum ſermonem qui pręcellat. Et quodcumque iudicauerit rex: quoniā verbū eius eſt ſapientius ipſi dabitur victoria. Primus ſcripſit forte eſt vinum. Secundus, fortior eſt rex. Tertius, fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autem vincit veritas. Et quia tertius melius dixit: habuit de diſputatione victoriam, & coronam. In certamine autem corporalis concertationis parum valent verba. Sed oportet adiungere pedes, & manus, verba, & facta, & arma aſſumere defenſiua, & inuaſiua, & cum his habetur victoria. Ita legimus Exo. 17. Inter Iſrael, & Amalec fuit bellum concertationis. Quādocunque ergo Moyſes eleuabat manus vincebat Iſrael. Quandocunque autem

depri-

deprimebat vincebat Amalec. Igitur ſi in bello, & certamine diſputationis verbaliter eſt ad victoriam neceſaria manus appoſitio: ergo vbicunque eſt vtrumque bellum,& prælium bono militi erit vtrumque neceſſarium. Ad propoſitum in tota pñti vita eſt Chriſti militibus imminens bellum, & prælium. Iob.7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Et ſi homo conuenit omnibus maxime Chriſti martyribus inter quos eſt vnus præcipuus Beatus Vincentius. Hoc aũt bellum eſt non ſolum vocalis diſputationis quantum ad defenſionem fidei: ſed corporaliter concertationis quantum ad ſuſceptionem martyrij. Ad defenſionem igitur fidei, & prædicationem ſunt neceſsaria verba voluntaria ſcripturæ auctoritates,& aliæ debitę rationes. Cum iſtis armis habetur victoria de hæreticis paganis in vocali diſputatione Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem fit confeſſio ad ſalutem, vt dicitur Rom. 4. Sed in bello corporaliter concertationis contra vitia, contra tyrannos,contra perſecutores ſunt neceſſaria virtutum arma:& oportet adijcere manũ operationis. Remiſſa enim manu vinceret Amalec, ideſt diabolus vel tyrannus. Amalec interpretatur lambens ſanguinem: ſed eleuata manu bonæ operationis vincit Moyſes, ideſt fidelis Chriſtianus aſſumptus de aquis Baptiſmi. Beatus igitur Vincentius miles ſtrennuus vtrumque bellum aggreſſus fuit: quia in diſputatione vocali pro beato Valerio qui debiliter Daciano reſpondebat pro defenſione fidei reſponſionem aſſumpſit. Vnde dixit Beato Valerio. Si iubes pater ſanctæ reſponſis iudicem aggrediar. Et quia ipſe ſuſtinuit quod fortior erat fidei veritas. Ideo in diſputatione vicit. In bello etiam corporali in ſuſceptione martyrij manus appoſuit: arma recepit. Apoſtolus. Eph 6. Sumens ſcutum Dei loricam iuſtitię galeam ſalutis,& gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei, & Ideo vicit Amalec, id eſt dacianum eius ſanguinem ſitientem. Beatus igitur Valerius videns iſti ſtrennuo,& iuueni militi vtrumque bellum durum,& aſperum imminere in verbis propoſitis orat victoriam in certamine vocalis diſputationis quãtum ad defenſionem fidei, & in certamine corporalis concertationis quantum ad ſuſceptionem martyrij: dicendo cum Pſal. Iuſtificeris,&c. Vbi circa beatum Vincentium deſcribuntur tria eius magnalia. Nam deſcribuntur eius.

Eloquia } Iuſtificeris
Supplicia } vincas cum
Premia } iudicaris

Fuit enim beatus Vincentius in vincendo } Eloquijs
Supplicijs
Premijs.

Plenus } Rectitudine } veritatis
Fortitudine } poteſtatis
Magnitudine } equitatis

Iuſtificeris
vincas cum
iudicaris } Patuit autem circa beatum vincentium militem ſtrenuum

Rectitudo eloquiorum
Fortitudo ſuppliciorum
Magnitudo premiorum

In } Prædicationis efficacia } Iuſtificeris
Paſſionis tolerantia } vincas cum
Remunerationis gloria } iudicaris.

1 Nota quod quamuis omnia Dei verba, & facta ſint vera: quia iuſtificata in ſeme-

ſemetipſa: Tamen homines ſunt rari qui iuſtificentur in ſuis ſermonibus vel fa-
ctis: quia in eis quantum ad vtrumque abundant mendacia quantum ad falſitatem
Pſal.61 operum. Mendaces filij hominum in ſtateris vt decipiant ipſi de vanitate in idip-
ſum. Quantum ad falſitatem verborum. Omnis homo mendax. Vnde conque-
ritur ipſe. Pſal. Filij hominum vſquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem,
& quæritis mendacium: Ideo pauci ſunt qui iuſtificentur in ſermonibus ſuis.
Quid ſit iu- Multa enim habent verba, & pauca bona facta: verba autem ſua iuſtificare, eſt fa-
ſtificare ver- ctis verba conpenſare: propter hoc petebat Iob. 11. Nunquid qui multa loquitur
ba ſua. non audiet: aut vir verboſus non iuſtificabitur? q.d. non: quia iuſtificatio non eſt in
multiloquio: ſed in operum exercitio non in multis verbis: ſed in factis. Non omi-
nis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit
voluntatem patris mei. Matth. 7. Beatus autem Vincentius ſuos ſermones iuſtifi-
cauit: quia verba iuxta bona facta approximauit. Vbi nota quod bonus artifex
bonus latomus volens bonum parietem iuſtum, & rectum facere Vtitur inſtrumen
to, ſcilicet regula dirigente, & martello exequente: ita quod nihil valet regula di-
rigens niſi ſubſequatur martellus exequēs, quilibet ſanctus, & iuſtus eſt lapis viuus
ex quo, & ex quolibet iuxta Apoſtolum. Ephe. 2. Domus ſpiritualis Eccleſiæ con-
ſtruitur. Superædificamur enim ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Propheta-
rum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu: in quo ædificatio cōſtructa creſcit.
Vbi dicitur ibidem, vt ergo creſcat in rectum neceſſaria eſt regula, ideſt ſcientia, &
prædicatio dirigens. Sed hoc parum valeret niſi ſequeretur martellus, ideſt pæni
tentiæ operatio bona exequens, & mala corrigens: hæc duo habuit beatus Vincen-
tius: quia habuit regulam prædicationis. Vnde dixit Daciano. Nepharium apud
Chriſtianorum prudentiam eſſe cognoſce Diuinitatis cultū abnegando blaſphe-
mare: habuit etiam martellum operationis in tolerātia paſſionis: vnde fuit flagel-
latus, martellatus, ieiunijs, vigilijs, ſupplicijs, pectinibus ferreis, flammis, acutiſſi-
mis teſtis, & ideo fuerunt eius ſermones iuſti: quia fuerunt iuxta inuicem prædica-
tio, & operatio. Vtinam hodie ſic eſſet in omnibus prædicantibus: in omnibus la-
tomis, quod iuxta regulam prædicationis haberent martellum operationis. Sed
Chriſtus dixit. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & phariſeo-
rum non intrabitis in regnum cælorum. Matt. 5. Iſti habebant regulam, & non mar
tellum. Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſei quod dixe-
rint vobis facite: ſecūdum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & non
faciunt: ita eſt hodie de multis. Et vide quod ictus bonus nunquam fiet per gladiū
qui exiſtit in ore: ſed quando tenetur in manu per operationem. Contra quoſdam
Pſal.58 tamen. Gladius in labijs eorum: ergo verum eſt verbum Apoſtoli. Rom. 2. Non au-
ditores legis iuſti ſunt apud Deum. Certe ita parum prædicatores: ſed factores le-
Pſal.118 gis iuſtificantur. Ita fuit de beato Vincentio. Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua
in æternum: ecce prædicatio. Sequitur: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtifi-
cationes tuas in æternum propter retributionem: ecce operatio.

Quantum ad ſecundum. Nota quod nullus bonus miles, & prudens quantumcū-
que ſperet de victoria: durum bellum, & periculoſum aggreditur niſi ſciat merce-
dem, & premium. Vnde quia Dauid prudens miles. 1. Regum. 17. Vidit contra Phi
liſteum gygantem ſingulare certamen eſſe durum, & periculoſum noluit: niſi ſcita
mercede, & premio primo duello ſe exponere: vnde petiuit quid dabitur viro qui
percuſſerit Philiſteum iſtum. Audita autem mercede quod eſſet gener regis: bel-
lo ſe expoſuit, & victoriam obtinuit. Inter omnia bella eſt durum bellum contra
diabolum carnem, & mundum: vt ergo Deus traheret ſuos milites ad hoc bellum
ſicut mundani faciunt in haſti ludijs fecit præconizari iocalem mercedē premium
quod

Digitized by Google

quod datur in fine poſt victoriam legitime certantibus. In hoc bello pręconizatio iſta triplex facta fuit in primitiua Eccleſia: quando præcipua grauia haſtiludia erant. Apoc. 2. Prima victoria fuit hæc, Vincẽti dabo edere de ligno vitæ quod eſt in Paradiſo Dei. Secunda fuit qui vicerit non lædetur a morte. Tertia fuit hæc, Vincenti dabo manna abſconditum. Audiens igitur beatus Vincentius miles egregius tam nobilia premia, tam iocalia precioſa dari vincentibus: cognoſcens a victoria ſe vocari Vincentium ad bellum exiuit, vt Vinceret: vnde hunc militem tam ſtrenuum vidit pulcherrimum venientem. Ioã. Apoc. 6. Vidi (inquit) & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper eum habebat arcum, & data eſt ei corona & exiuit vincens vt vinceret.

Nota prudens miles accipit arma, quæ plus terrent aduerſarium. Ita fecit Vincentius contra diabolum: arma quæ ſingulariter diabolus plus timet ſunt vitæ mũditia, & fidei conſtantia. Iſtis ſe armauit Vincentius, & Ideo vicit vitæ munditia: Ideo vidi, & ecce equus albus: Leo timet colorem album: ita diabolus corpus mũdum qui eſt tanquam leo rapiens, &c. 1. Pet. 1. Ideo Apo. 3. Qui vicerit veſtimentis albis induetur. Induit etiam ſe fidei conſtantia: ideo dicitur qui ſedebat ſuper eum habebat arcum. Cum iſto arcu, & eius ſagittis fidei articulis vicit Dacianum, & diabolum, alias eodem arcu deuictum. Hebræ. 11. Sancti per fidem vixerunt regna, &c. Sed cogitanti beati Vincentij certamen tam durum, & acerbum: mirum immo ſupra rationem eſt imaginari: quomodo potuit tam grandia, tam grauia vincere, & ſuperare tormenta. Quis enim imaginetur eculeo extenſum, pectinibus ferreis pectinatum lateribus laceratum: toto corpore cruentatum, & prunis oſſatum ſalis crepitantis minutijs aggrauatum, ſuper teſtas acutiſſimas iactatum, & tamen vicit omnia? Ratio eſt. Beatus Vincentius fecit ſicut milites temporales: vt enim poſſent in bellis vincere portant ſuper ſe: & ſecum habent continue lapidem precioſum qui adamas nuncupatur. Eſt enim huius naturæ quod pręſeruat oſſa corporis a fractione, & membra integra pręſeruat, & victoriam ad miniſtrat. Per iſtum lapidem intelligo Dei filium qui in ſuis martyribus dat virtutem in certamine eum geſtantibus ne eorum virtutes frangantur. Sed mens, & animus in tormentis, & ſupplicijs per virtutem fortitudinis integer, & illæſus continue perſeueret, & ſic in bello victoriam obtineat, & triumphum. Ita dixit Iudith Cum proſtrauerat holofernem. Benedictus Dominus: ecce adamas qui cuſtodiuit me: ecce eius virtus: & reuocauit me gaudentem cum victoria Iudith. 13. Hunc lapidẽ precioſum habuit ſecum continue beatus Vincentius: quare inter tam immania tormenta potuit triumphare, & integer, & in virtutibus permanere. Vnde dicitur in vita ſua, & cantamus: inter hæc manet immotus, & erectis in cælum luminibus Dominum precatur: Ideo vicit aduerſarium dacianum interim vt compelleretur dicere. Puto quoniam victi ſumus: Dic vt in collatione illa Gloria, & honore, &c. De eodem require. 47. Dic quid acciderit ecce confuſus eſt Moab, ideſt Dacianus quoniam victus eſt.

Arma Spiritualia, quæ magis terreãt Diabolum quę ſint.

Quantum ad tertium. Nota quod mirabile eſt quod hic accipitur in bonum: & premium cum dicitur Iudicatis. Communiter enim in ſcriptura accipitur in malum, & ſupplicium Ioan. 3. Qui non credit iudicatus eſt. Cum iudicatur exeat condemnatus. Sed hoc non obſtante hic ponitur conuenienter. Ratio eſt: ſic eſt in Dei curia ſicut in mundana contingit quandoque quod inferior curia eſt corrupta, & habet iniquum iudicem, & inique pronunciat in cauſa alicuius pauperis contra eum. Tunc ille appellat ad curiam ſuperiorem: vbi eſt iuſtus iudex, & ibi per iuſtitiam vincit aduerſarium cum iudicatur per iuſtum iudicem factum ſuum. Sic ſpiritualiter eſt quędam curia inferior, ſcilicet huius mundi. In hac curia iudices

Pſal. 108

ſunt

ſunt corrupti: & contra pauperes informati ita vt Chriſti in cauſa iuſtitiam non poſſent obtinere. Eſa 59. Conuerſum eſt retrorſum iudicium iuſtitia longe ſtetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. 1. Pet. 5. Cauſam viduæ non iudicauerunt. Cauſam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Ideo ipſi grauati ad ſuperiorem curiam ad Deum qui eſt iuſtus iudex de tantis oppreſſionibus appellant, & ipſe eorum cauſam iudicans eos liberat. iniquos iudices condemnat. Figura. Dan. 13. In curia huius mundi inique Suſanna facta fuit victa cum iudicaretur vt adultera per ſenes pbros: quibus credit quaſi iudicibus populi multitudo. Sed ipſa videns ſe victam: appellauit ad curiam ſuperiorem ad Deum. Vnde ſuſpexit in cælum, & clamans voce magna dixit. Domine Deus, &c. Et ſtatim Deus admiſit appellationem: & iudicauit cauſam eius, & vicit. Vnde dixit Daniel. Sic fatui filij Iſrael non iudicantes neque quod verum eſt cognoſcentes condẽnaſtis filiam Iſrael: reuertimini ad iudicium, &c. In illo iudicio fuit ipſa liberata, & vicit: & peruerſi iudices condemnati fuerunt, & victi. Ita fuit in Beato Vincentio: quia ipſe quidem con iudicaretur a Daciano exijt condemnatus. Sed ad Deum appellans fuit victor factus cum iudicaretur: & Dacianus victus, & condãnatus: Ideo dicebat id Iob. 13. Si fuero iudicatus ſcio quod iuſtus inueniar. *Pſal. 139* Cognouit: quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum: veruntamen iuſti confit. nomini tuo: & exultabunt recti cum vultu. Ad quam exultationem nos perducat, &c.

SERMO XXXIX.

De Conuerſione Beati Pauli Apoſtoli.

Pſal. 50 IMpij ad te conuertentur. Experimur quotidie cęleſti beneficio mũdanum defectum cõuerti in profectum, & perfectum: patet quia ſæpe in æſtate, fluminibus torrẽtibus, & fontibus exſiccatis: vt non ſit aquarum copia: ſed defectus aliquãdo cęleſti beneficio ſubito venerunt tonitrua corruſcationes, & pluuia interim vt erumpãt fontes currãt torrentes, & inundent flumina. *Pſal. 73.* Tu dirupiſti fontes & torrentes, &c. Spiritualiter quilibet Doctor fons eſt a quo fluunt riuuli Doctrinarum, verum eſt, quod quidã fontes ſunt aridi, & ſicci: ſicut illi a quibus non emanat aqua ſapientiæ ſalutaris. *Doctores Eccleſiæ cõparãtur fontibus.* Iohel. 1. Exſiccati ſunt fontes aquarum. Alij autem ſunt fontes viui: ſicut illi Doctores a quibus ſcaturit continue verbum Dei. De quibus Cant. 4. Fons hortorum puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de libano. Inter cæteros autem Doctores, & fontes fuit vnus ſingularis Apoſtolus Paulus qui fuit fons ſiccus, & aridus ariditate gratiæ in ſtatu Moſaycæ legis. Non enim ab eius ore ſcaturiebat ille cuius nomen vocatur verbum Dei. Apoc. 4. Immo eundem dire perſequebatur qui eſt fons ſapientiæ verbum Dei in excelſum. Eccli. 3. Habebat igitur fons iſte aquę viuæ defectum aquę ſapientiæ ſalutaris. Sed iſte defectus cęleſti beneficio conuerſus eſt in profectum, & perfectum: quia vna die ſubito venerunt per eum tonitrua coruſcationes, & pluuia, & interim creuit aqua abundantia quod ab eo fluxerunt ſapientiæ diuerſa flumina. Vis ergo ſcire quando ſuper eum intonuit Dominus de cælo? Certe quando currenti contra Chriſtum, & Apoſtolos in Damaſcum, Altiſſimus dedit vocem ſuam, dicens. Act. 9. Saule ſaule quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum recalcitrare. Vis ſcire quando illuxerunt coruſcationes orbi terræ, id eſt iſti humi arido, & terreſtri: vtique quando circumfulſit eum

ſit eum lux de cælo. Act. 9. Vis ſcire quando pluuiam voluntariam ſegregauit ei Deus. Certe quando pluit ei manna ad manducandum: quando audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui: quando in caſu, & in raptu ipſi ſunt donata dona cæleſtia quod fecit, qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam: ergo in Paulo fonte facto mundanum, & humanum defectum cernimus conuertit cæleſti beneficio in profectum, & perfectum: hoc pulchre figuratum fuit Heſter. 10. Vbi fuit Mardocheo Pauli conuerſio figuraliter reuelata. Recordatus ſum inquit ſomniorum quæ videram. Fons paruus creuit in fluuium, & in ſolem lucemque conuerſus eſt: & in aquas plurimas redundauit. Fons paruus fuit in lege Moſaica Saulus. Ratio eſt. Fons dicitur paruus qui parum aut nihil habet de aqua. In tali autem fonte conſueuerunt, quos pueri in eum proijciunt lapides inueniri. Talis fons erat Saulus: quia non ſolum in eo parum de aqua: immo nihil erat gratioſæ conſolationis: & in eo non erat fæcundans aqua: ſed lapis, & petra: non aqua conſolationis: ſed lapides perſecutionis. Iſtos lapides ibi inuenit Stephanus qui fuit per eum manu omnium lapidatus. Sed cæleſti beneficio fons iſte creuit in fluuium talem. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. *Pſal. 45* Vtique quantum doluerat Eccleſia de perſecutione lætificata eſt de conuerſione quam ideo ſingulariter ſolemnizat. Sed dicitur quod in ſolem lucemque conuerſus eſt. O admiranda conuerſio numquam alias viſa. Fons conuerſus in ſolem, aqua in lucem vtique proprie per ſimile in natura. Legimus eſſe in ægypto fontem, & apud grationopolini ſimilem eſſe audiui qui aquas emittit ſi ponatur ignis aqua accenditur: vel in ipſo fonte aqua accenditur: vel facit ignem quibus faces accenduntur. Ita in fonte iſto fuerunt aquæ ad populos fæcundandos: & lumenque fidei ad animos illuſtrandos, & conuertendos. Et ideo fons aquarum in ſolem, & lucem conuerſus eſt quod forte voluit dicere Pſal. Cum eum alloquitur fonti vitæ lumen con iungendo: dicens. Apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo *Pſal. 35* videbimus lumen. Sed in aquas plurimas redundauit. O admirabilis conuerſio: conuertit petras in aquas ſicut fontem in ſolem · quis vnquam audiuit talia? In aquas plurimas redundauit: petræ enim, & lapides perſecutionis, & lapidationis conuerſæ ſunt in aquas plurimas conſolationis, & prædicationis. Quot enim documenta, tot flumina, tot Epiſtolæ, tot aquæ de iſto fonte mirabili profluxerunt. Ab iſto fonte exiuit fluuius vnus ad Romanos. Alius ad Hebræos. Alius ad Epheſi. Duo ad Corinth. Vnus ad Philippenſes. Vnus ad Colloſenſes. Duo ad Theſaulonеſenſes. Duo ad Thimotheum. Vnus ad Titum. Vnus ad Philemonem, &c. Hæc flumina ſunt eius Epiſtolę quæ de fonte illo ex lapidibus in aquas plurimas redundauerunt. Hanc conuerſionem nouerat Pſal. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum: & rupem in fontes aquarum. In hac conuerſione Deum aſſerit conuertiſſe. *Pſal. 103.* Conuertit (inquit) petram in ſtagna aquarum, & rupes in fontes aquarum. O beatæ aquæ, & beata flumina eius Epiſtolæ, eius Apoſtolica documenta. In quibus remigant, & nauigant omnes doctores Catholici, & lucrantur in quibus hamum mittunt, retia iactant omnes piſcatores prędicatores prouidi, & piſcantur. In quibus torrentem voluptatis expotāt omnes auditores beneuoli: & ab vbertate domus Dei inebriātur. Igitur habemus in Apoſtolo Paulo humanum defectum cæleſti beneficio conuerſum in profectum, & perfectum: & dicunt verba propoſita.

Impij ad te conuertentur.

Impij ad te conuertentur. } quo ad { imperfectum / perfectum / profectum } vbi notandum quod circa iuſtificationem peccatorum concurrunt tria, ſcilicet.

Præcedens auerſio / Succedens reuerſio / Perficiens conuerſio } ratione { Culpæ deformantis / Penitentiæ reformantis / Gratiæ informantis

Et ſecundum hæc tria deſcribitur Paulus reſpectu ſuæ conuerſionis.

Auerſus / Reuerſus / Conuerſus } Impij ad te conuertentur { fuit autem

Auerſus / Reuerſus / Conuerſus } per { Culpam / Penitentiam / Gratiam

Quia fuit de numero { Delinquentium / Redeuntium / Perficientium } Impij ad te conuertentur

Igitur fuit eius { Auerſio / Reuerſio / Conuerſio

propter { Caſum miſeriæ damnationis / Amplexum penitentiæ reuocantis / Donum gratiæ reparantis } Impij ad te conuertentur.

Lupus crudelior inter animalia. 1 Nota quod impius dicitur quaſi ſine pietate: inter cętera autem animalia Lupus dicitur animal crudele, & impiū. Ratio eſt. Lupus enim non aduerſatur Vrſo, Leoni, Apro, vel alteri lupo. Sed aduerſatur ſpecialiter animali miti, mãſueto, ſuaui, vel innocenti, ſcilicet oui vel agno. Vnde non inuadit reſiſtentem ſibi vel potentem reſiſtere: vel animal alterum impium: ſed ſolum animal manſuetum, & pium. Hac ratione ſpecialiter Paulus Apoſtolus ante conuerſionem impius appellabatur in propoſito: quia Lupus fuit primitus appellatus. Geneſi. 49. Beniamin Lupus rapax ſemper. Ad literam, prophetia de Paulo qui fuit de tribu Beniamin. Fuit igitur impius ſine pietate vt Lupus: quia more hominum mundanorum nō fuit inimicus, & aduerſatus Leoni vel Vrſo Lupo cuicunque vel alteri impio animali, id eſt cuicunque malo ſcribæ iudeorum, vel phariſeo vel cuicunque alteri ex iudeis. Iuxta enim vulgare prouerbium lombardorum. Coruus coruo non eruit oculum: vnus malus non perſequitur alium: ſed coruus agno vel oui eruit oculum. Ideo. Pſ. Laboraui ſuſtinens pacem peccatorum videns. Sed Paulus aduerſatus eſt agno, & oui. Agno illi de quo Ioan. dixit. Ecce agnus Dei. Ioan. 1. Qui cōqueſtus fuit Saule ſaule quid me perſequeris? Aduerſatus eſt etiam Aui. In Beato Stephano quem cū alijs lapidauit: non perſequebatur iſte Lupus alios Lupos: ſed oues, & agnos non coruus coruos: ſed oues, & agnos. Dum ſuperbit impius incenditur pauper. *Pſal. 9.* Nota, fabula eſt de Agno, & Lupo: quia Agno bibenti occurrit Lupus bibens in riuo ſuperius, & volens occaſionem ſumere contra Agnum. Petiuit quare aquam ſibi turbaret: Agnus ſe non poſſe turbare cum eſſet inferior aſſerit: ex quibus Lupus Agnū deuorauit Ita fuit in Paulo Chriſtum enim, & Stephanum accuſabat, quod aquā, ideſt ſcripturam legis Moſaicæ ipſi turbarent. Et idcirco occaſionem perſecutionis contra eos, & omnes Chriſtianos aſſumpſit. Ideo dicitur. Dum ſuperbit impius incenditur pauper Dilata quomodo hæc inueniuntur in mundo. Sciendum autem quod Chriſtus fecit contra Paulum Lupum ſicut alij Paſtores. In feſtis enim parat laqueos foueas, & pedicas in quibus capiuntur, cum oues capere credunt. Ita fecit

Digitized by Google

cit Chriſtus. Dum enim Saulus vellet capere oues Chriſti, & per hoc accepiſſet Epiſtolas in Damaſcum dum iter faceret a Chriſto: in pedica, & in Chriſti laqueo captus fuit: vnde cecidit in terram, & perijt via eius. Et qui alios capere credidit: ipſe primitus captus fuit. Iter impiorum peribit. Nota ſi vis quomodo lupi capti domeſticantur, & de lupis rapacibus cuſtodes ouium efficiuntur: vt dixi in illa collatione, conuerſus ſum, &c. *Pſal. 1.*

Quantũ ad ſm̃ Nota quod mihi videtur quod Paulus fecit ſicut in puero quodã aſtutiſſimo ſemel vidi. Cũ .n. ſemel modo puerili nondũ triũ annorũ exiſtens cõtra fratres ſuos lapides proijceret, & propter hoc a patre verberibus cederetur. Non fugit verberantẽ ſe vt conſueuerunt fugere pueri verberantẽ: ſed extenſis brachijs vt pater indulgeret: cępit amplecti, & amplexari fortiter verberantẽ, & ita mira aſtutia fecit vt flagella euitaret veniamque reportaret, & ita faciebat cuilibet verberanti. Ad ſpirituale propoſitum Deus verberat in hoc mundo diuerſis tribulationibus peccatores, & ipſi aliquando fugiunt verberantem, quidam in aduerſitatibus deſperantes, quidam blaſphemantes, quidam multipharie Deum offendentes. Sed Paulus non ſic. Cum enim ipſe contra fratres ſuos maiores ſe: contra Apoſtolos: contra Chriſti diſcipulos lapides emitteret perſecutionis: Deus pater iratus talem alapam ipſi dedit: quod ipſum in terram proſtrauit. Ipſe autem ſicut puer ingenioſus qui ſortitus fuerat animam bonam. Sapientiæ. 8. Non ſe flagellantem, & corripientem fugit: ſed immediate vt indulgeret ſe verberantem amplexatus fuit dicẽs. Mihi adhęrere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam. Et merito *Pſal. 72.* quia ſciebat ipſe Apoſtolus. Illud Apoc. 3. Quod illos quos Deus diligit corrigit, & caſtigat. Vnde, & meliora ſunt verbera diligentis quam fraudulenta oſcula odientis. Prouerb. 27. Vnde ſtatim dixit. Domine quid me vis facere? Quaſi dicat Domine doleo de prętérito, caueo de futuro: quid me vis facere? fui perſecutor nolo eſſe proſecutor, volo eſſe prædicator: fui lapidator volo eſſe ædificator. Fui Lupus, volo eſſe Agnus: quid me vis facere? Idcirco recurrò ad te. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meã. Eripe me de inimicis meis *Pſal. 142.* Domine ad te confugi doce me, &c. Alibi. Ad te Domine leuaui animam meam Deus meus in te confido non erubeſcam,

Quantum ad tertium. Nota quod contingit ſæpe in mari, quod nauis quantumcunque habeat in extenſo velo ventum: in puppi habet ſubito ventum contrarium: & ita fortem quod oportet nauem ad primum portum conuertere, & de vento contrario ſe iuuare. In conuerſione autem nauis, & venti mutati conſueuit velum mutari hoc modo. Quòd ſuperior pars veli eleuatur quantum poteſt in altum: & inferior humiliatur, & deprimitur vſque ad imum: quo facto velo contrario modo mutato cum nouo vento ſe habet, veniunt ad contrarium portum. Ita factum eſt in conuerſione Apoſtoli Pauli. Nauis enim eius eſt mare huius mundi. In mari via tua cum vento humanæ proſperitatis in puppi extenſo velo ſuę notitiæ, & cognitionis ſuperbiæ ingreſſus fuit: non vtique vt mercator ad mercandum: ſed vt predo, & homicida vt raptor vt pirata ad Chriſtianos ſpoliando predãdos, & occidendos. Vnde ad hoc Epiſtolas acceperat in Damaſcum. Ibat igitur hæc nauis extenſo velo ad naufragium, & nautas portabat ad ſupplicium ad æternum ſuſpendium. Sed o Domine Deus nunquid inimici tui peribũt? Nunquid quia in fluminibus iratus es Domine: & in mari indignatio tua in ſpiritu vehementi conteres nauem iſtam? Memento quomodo pro iſto pirata prothomartyr tuus Stephanus flexis genibus tñ orauit? Cũ iratus fuerit miſericordię recordaberis: miſericordia eius (inquit pirata) preueniet me. Et quomodo? Ecce nauiganti ven-

Digitized by Google

tus contrarius, ventus diuinæ gratiæ obſiſtentis. Durum (inquit) tibi eſt contra ſtimulum calcitrare: contra iſtum ventum oppoſitum nauiga: Ideo Galeam, Nauem ſuam ad portum ſalutis eternæ conuertit, dicens. Domine quid me vis facere? Sed velum mirabili mutatione mutauit. Velum enim, ideſt humana congregatio partem intellectiuam habet ſuperiorem quam ſic Deus in Paulo leuauit: in hac mutatione in altum quod tranſiuit cælum incorporalis ſubſtantiæ Angelicæ Naturæ: & peruenit vſque ad tertium cœlum Diuinæ eſſentiæ. Scio (inquit) hominem raptum vſque ad tertium cælum. 2. Corinth. 12. Et habet etiam velum humanæ cognitionis partem ſenſitiuam inferiorem quā Dominus ſic in baſſum inclinauit in Paulo, quod erat tribus diebus non manducans neque bibens neque videns, poſt velum mutatum expandit: & vento Spiritus ſancti naue conuerſa
Pſal. 67 donec peruenit ad portum ſalutis continue nauigauit. De iſta Pſal. dixit. Dominus ex baſam conuertam: conuertam in profundum maris, vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Nota baſam interpretatur confuſio Paulus exiſtens perſecutor pirata in naui in ſtatu erat confuſionis, & æternæ condemnationis: baſam etiam interpretatur ſanctitas, pellis autem eſt arida, & ſicca quæ carnem non continet in ſtatu tali, ſcilicet ſanctitatis. Ante conuerſionem fuit Paulus: quia ſolum habebat pellem, ideſt litteram ſcripturæ corticem exteriorem ſine carne, id eſt ſine ſpirituali intelligentia. Vnde ipſe dixit. 2. Corint. 3. Litera occidit, ſpiritus autem viuificat: ergo baſam de ſtatu confuſionis, & ſiccitatis conuertit eum Dominus: cum eſſet in profundo maris? Et quare vt pes, id eſt amor tuus intingatur in ſanguine. Non vtique de cruore agni Paſchalis: ſed agni rationalis quem prius ſitiebas ad effundendum, modo diligas ad prædicandum credendum, & ſumendum.

Canis autem ex ſui conditione habet os mortiferum in mordendo: & ſaluiferum per linguam lambendo, prædicando, erudiendo: & vulnera peccatorum ſanando. Ideo dicit: Lingua Canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Et de hac conuer-
Pſal. 118 ſione cantat: & ipſe, & Eccleſia. Ipſe quidem Deo. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Eccleſia vero conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia. Ad illam lætitiam hac ſuffragante conuerſione Sancti Pauli conuerſi meritis perducamur. Exultabunt ſancti in gloria, & lætabuntur in cubilibus ſuis, &c.

SERMO XXXX.

De Feſto Purificationis.

Pſal. 53 SVſceptor eſt animæ meæ. Docet comunis experientia, quod magna eſt differentia inter dare, & recipere vel ſuſcipere. Nam recipere eſt magnæ facilitatis. Dare autem magnæ difficultatis: quod patet. Vidi enim in multis ſabaudienſibus, quod quando aliquid ab eis pro dono petitur non audiunt, non intelligunt, vel potius ſe non audire dicunt. Sed quando aliquid eis datur ſtatim audiunt: ſtatim intelligunt. Vnde non eſt ita ſurdus quin audiat: quando dicitur ei recipe, nec ita bene audiens qui bene intelligat dona. Non enim eodem modo aurem aperiunt recipe, & dona, hæc duo verba. Igitur licet dare ſit ipſo recipere difficilius: tamen eſt beatius. Act. 22. Beatius eſt magis dare

Digitized by Google

dare quam accipere : recipere autem eſt facilius. Vnde Eſaia.1. Omnes diligunt munera : ſequuntur retributiones. Ex hoc videmus in monaſterijs, quod pauci vel nulli habent licentiam dandi : omnes tamen licentiam recipiendi, & maxime in Eccleſia in templo quamuis ſint pauci vel nulli qui in altari offerant: ſunt tamē qui oblationes recipiant, & potiſſime conſueuit eſſe aliquis antiquus ſacriſta qui maiores,& meliores oblationes recipit in feſtiuitatibus magnis quando conſueuit oblatio plus valere. Figura Geneſi. 43. Ille enim Ioſeph dominans in ægypto omnino volebat ſibi dari ſibi pręſentari,& offerri filium Iacob minorem ipſum Beniamin. Sed pater Iacob erat valde difficilis ad dandum. Vnde dixit alijs filijs ſuis In meam hoc feciſtis iniuriam vt indicaretis ei,& alium vos habere fratrem : finaliter tamen eum offerens affuit ſtatim vnus velut ſacriſta ad oblationem recipiendam, Iudas, ſcilicet, & dixit. Ego de manu tua ſuſcipio puerum de manu mea require illum. Ad propoſitum Dominus promiſſerat per Malachiam. 3. Se facturum, & daturum oblationem mirabilem monaſterio huius mundi in templo ſalomonis. Ecce ego mitto Angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum donator quem vos quæritis. Verum eſt quod quia dare eſt difficile : non ſtatim Deus miſit iſtam oblationem : immo diſtulit vltra quatuor milia annorum. Sed vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere vt eos qui ſub lege erant redimeret. Ad Galat.4. Iſtum ſuper expectauerat vnus antiquus templi ſacriſta qui tota die iuſtus,& timoratus expectabat oblationem redemptionis Iſrael. Hic erat Symeon ſanctus: & videns non venire cito clamabat, & ſuſpirabat ad Deum cupiens offerri,& pręſentari ſibi Beniamin fratrem ſuum minorem Chriſtum, ſcilicet qui propter nos paulominus ab Angelis minoratus. Vnde dicebat. Putas videbo : putas hic me inuenientem igitur in hoc feſto veniens a ſpiritu in templo vidit oblationem venientem, & Virginem eam in manibus geſtantem. Voluntarius igitur, & auidus ad recipiendum oblationem. Volebat de maternis brachijs filium ſuſcipere. Sed matri timenti ne forte groſſities antiquata ſeu antiquana tenello puero poſſet obeſſe, vlnas exhibuit. Dominus de manu tua ſuſcipio puerum, & de manu mea require illum. Si igitur quęreretur ab iſto puero quis eſt iſte ſenex. Iſte ſacriſta antiquus qui cantat,& quare cantat per templum. Pſalmiſta in eius perſona reſpondit. Suſceptor eſt animæ meæ vbi Pſalmiſta ſancti Symeonis deſcribit.

Deuotionem / Contemplationem / Dilectionem } ſuſceptor eſt animæ meæ } eius autem } deuotio / contemplatio / dilectio

Fuit } operatiua / penetratiua / amicatiua } ſuſceptor eſt animæ meæ

Ergo ſubtiliter intuenti Pſalmiſta in ſancto Symeone : deſcribit eius

Operatiuam deuotionem / penetratiuam contemplatiuam / charitatiuam dilectionem } velut } obſequioſam / preradioſam / precordioſam } ſuſceptor eſt animæ meæ.

Quantum ad primum. Nota quod ſuſcipere proprie eſt aliquid ſurſum capere. Inter illa aūt quæ ſurſum capiunt,& a ſuperioribus,& deorſum,& ab inferioribus *Suſcipere ꝓpriè q̄d ſit.*

Digitized by Google

eſt hæc differentia: quia illa quæ capiuntur a ſuperioribus requirunt vas erectum, & apertum ſuperius. Vt patet quando ros vel pluuia cęleſtis in aliquo vaſe recipitur. Illa autem quæ capiuntur ab inferioribus requirunt vas inferius apertum, & inclinatum: vt quando a vaſe aqua fluuialis vel fontalis hauritur. Ita ſpiritualiter quandocunque enim dona cęleſtia recipere volumus: oportet eſſe corda noſtra ad hoc aperta per deuotionem, & eſſe ad Deum ſemper, & ſuperiora erecta per deſiderium continuum, & ſanctam intentionem. Qui autem capiunt terrena ſunt incuruati, inclinati ad terram: & non poſſunt ſurſum reſpicere. Sicut nec mulier illa de qua dicitur Lucæ. 13. Quæ erat inclinata nec poterat ſurſum ad cælum reſpicere. Iſti nihil diuinum recipiunt, quia mentem ſuam non habent ſuperius ad cęleſtia eleuatam: contra quos ad Col. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Primi ſunt homines qui habent erectos ad ſydera vultus. Secundi ſunt iumenta quę ſemper cibum

Pſal. 72

capiunt a terra dicentes. Vt iumentum factus ſum. Beatus autem Symeon ſciebat iſtud donum, iſtam oblationem eſſe diuinam, & cęleſtem, & eſſe bonam, & optimã, & illam de qua dicit Iacob. 1. in Canonica ſua. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Ideo erexit ſe ad Deum, & aperuit cor ſuum: & clamabat quando veniet, & quando videbo. Et tantum clamauit quòd reſponſum accepit deſuper a Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum Domini. Et Ideo quia ſic ad Deum erectus, & apertus fuit nõ ad mundum: hodie iſtam oblationem vidit & ſuſcepit: ita vt

Pſal. 138

ei dicat ipſemet Chriſtus Tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ. Et ipſe gratias agit. Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei, &c. Ideo Chriſtus ac ſi Symeonis deſiderium ardens, & feruidũ ſit bene ſatiatum per oculorum viſionem: per manum palpationem, per in vlnis ge-

Pſal. 72.

ſtationem, puer ſenem. Alloquitur Tenuiſti manum dexteram meam in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. Nota Chriſtus qui eſt gloria beatorum non niſi cum gloria debet ſuſcipi. Illa autem gloria eſt de qua dicit Apoſtolus. 2. Corint. 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Sed de

Pſal. 16

quibuſdam Chriſtus conqueritur. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam.

Leonis tres proprietates.

Sed quare ſicut Leo.
Nota Leo habet tria: ſecundum

Crudelitatem, Fætiditatem, Voracitatem } in { corde ore gutture

ſic quidam habent { crudelitatem, fætiditatem, voracitatem

in { corde ore gutture } per peccatum

rancoris, fætoris, ardoris } & { ſuperbiæ, immundiciæ, auariciæ

Ideo dicitur ſuſceperunt me ſicut leo paratus, &c. Dilata ſi vis vt dixi in illo ſermone. Similis factus eſt Leoni, &c. Ergo cum gloria ſuſcepimus iſtam oblationẽ: iuxta Doctrinam in Canonica Iacob. 1. Abijcientes omnem immundiciã, & abundantiam maliciæ cum manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum: quod poteſt ſaluare animas noſtras. Talem enim, ſcilicet ſaluatorem eum recognouit, & inſtrumentum

tum

Digitized by Google

tum publicum factum eſt ipſe Symeon quando ipſum ſuſcepit,& cantauit.Domine viderunt oculi mei ſalutare tuum.Ergo iſtud eſt ſalutare verbum:quod poteſt ſaluare animas noſtras.De cuius anima ſequitur in ſecundo.

Circa quod notandum quod oculus virtuoſus non ſiſtit in criſtallo ſuppoſita litterra : ſed penetrat vſque ad litteram.Radius virtuoſus non ſiſtit in vitria ſed penetrant vſque ad interiorem intelligentiam.Ita fuit in beato Symeone.Tenens quippe Chriſtum Dei filium, & oculis fidei clare reſpiciens vidit exterius criſtallum humanitatis. Sed ibi non ſiſtens penetrauit vſque ad intimam litteram Diuinitatis quæ eſt α, & ω,principium,& finis.Apoca.vlt. Vidit exterius vitream humanitatis:ſed penetrauit interius ad aulam eſſentiæ Diuinitatis: vidit litteram nigrā humanitatis, & penetrauit vſque ad intelligentiam diuinitatis: Ideo ad matrem conuerſus cum penetraſſet ſecreta Diuina futura,& pręſentia dixit. Ecce poſitus eſt hic in ruinam,& in reſurrectionem multorum in Iſrael. Et tuam ipſius animā pertranſibit gladius.Ergo non ſolum eum ſuſcepit Iſrael puerum ſuum corporaliter:ſed penetratus ſpiritualiter vt dicatur ſuſceptor ante. Vnde anima eius vſque ad Chriſti animam penetrauit.Iuxta comune prouerbium. Quòd amicorum ſpiritus ſe ſentiunt. Tenebræ non obſcurabuntur a te, & nox ſicut dies illuminabitur ſicut tenebræ eius ita,& lumen eius.Confitebor tibi Domine quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua,& anima mea cognoſcet nimis. Nota tenebræ, & nox legis Moſaycæ non obſcurabuntur ſed illuminantur a te puer: dixit Symeon Chriſto,& ſicut tenebræ eius,ideſt figuræ quę preceſſerunt:ita,& lumen eius,ideſt vera res quę ſuccedit. Sicut enim pręceſſit figura : ita eſt res per omnia veriſſime ſubſecuta. Et ideo ſicut tenebræ tempore legis Moſaicæ in figura præcedentis.Ita & lumen temporis legis gratiæ in re veraciter ſubſequentis.Sed nota ita,& lumen. In hoc quod cognouit ipſum eſſe lumen modo mirabiliter penetrauit. In candela enim ſunt hæc tria, ſcilicet filum interius, cera exterius, lumen ſuperius Sicut in Chriſti perſona erat filum interius, id eſt anima. Cera Virginalis exterius,ideſt propria caro.Lumen ſuperius,ideſt Diuinitas excelſa,& hoc agnouit vſq; ad Diuinitatem,& animam penetrans: quando vocauit eum lumen. Domine viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium,&c.Ideo dicitur hic Ita,& lumen eius. Ideo ſubiungit. Cōfitebor tibi quoniam magnificatus es mirabilia tua opera,& anima mea cognoſcet nimis,ideſt valde Tunc confitebatur quando totum nūnc dimittis, Prophetica voce cantauit,Cognouit valde quoniam ipſum vocando lumen illa tria in illo lumine in Chriſto eſſe cognouit:quæquidam verſificator ſic pulchre deſcribit videns quod ex hoc Eccleſia hodie luminaria, & candelas portari inſtituit: quia Symeon Chriſtum lumen vocauit. Hanc in honorem piæ candelam porto Mariæ. Accipe per ceram carnem de Virgine veram. Per lumen maieſtatiſque cacumen Cera focus lumen tria ſunt monſtrantia trinum. Omiſit autem de filo: quia in cera filum continuitate contentum intelligi voluit:ergo in Symeone ſpeculatio fuit penetratiua vſque ad animam ſicut radioſa quod patebit in Dei ſermone prophetico: de quo dicitur ad Heb.4. Et ſic fuit in Symeone. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus.

Pſal.138

Xp̄s cōparatur Cādela.

3 Nota quod ſeruus ſumme tenetur diligere illum Dominum qui eum eripit de ſeruitute,liberat de carcere,ſoluit a vinculis,& ligamine. Beatus Symeon ſicut, & cæteri propter peccatum primum erat in diaboli ſeruitute, & carcere : ſed erat anima eius in corpore velut in vinculis donec veniret redemptio : quam debebat mittere miſericors miſerator, & iuſtus Dn̄s. Et ideo cupiebat, & ipſe de vinculis

corpore fragilitatis abſolui: ſed non poterat niſi veniret promiſſum. Reſponſum enim acceperat a Spiritu ſancto non viſurum ſe mortem: niſi videret prius Chriſtũ Domini. Eo igitur hodie viſo exultauit,& cantauit. Vidit enim ſuum liberatorem a carcere, redẽptorem a ſeruitute, ſaluatorem a vinculorũ ligamine. Nunc (inquit) dimittis Domine ſeruum tuum in pace, &c. Idcirco ſumma charitate,& dilectione
Pſal.17 illi adheſit Pſalmiſta. Diligam te Domine fortitudo mea. Per ſolutionem a ligamine. Dominus firmamentum meum Per liberationem a carcere,& liberator meus. Per liberationem a ſeruitute. Iſtum igitur ſicut ſalutare ſuum ſumme dilexit qui erat debilis ſenectute,& infirmus carcere, de quo cum Pſalmiſta dicebat. Fortitudo mea, & laus mea Dñs,& factus es mihi in ſalutem. Ad quam,&c.

SERMO XXXXI.

De Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis.

Pſal.54 EXtendit manum ſuam in retribuendo. Sicut dicit Apoſtolus. Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Vnde videtur mihi in factis Dei circa Aſſumptionem B.Mariæ ſic eſſe: ſicut in factis mundi. In mundanis enim ſic video quod circa ſimilem conuerſationem hominum,& mulierum diuerſarum regionum diuerſæ ſunt conditiones: in quibuſdam enim regionibus eſt talis in ſimili conuerſatione conſuetudo: quod licet homines familiariter mutuo ſibi manus extendant tamen mulieribus nullomodo: immo manus a mulierum manibus retrahunt, & contactus mutuo ſibi vetãt, & multo ſimiliter a lõge ſe ſalutant. Et hæc conſuetudo conſueuit eſſe in planis,& calidis regionibus. In quibuſdam autem patrijs homines mulieribus,& mulieres hominibus ſine quacunque nota mutua familiaritate manus extendunt, & mutuis contactibus ſe receptant: immo eſſet incuriale,& inciuile a muliere valoris aliquem retrahere manum ſuam. Hæc autem conſuetudo eſt in terra mea, & in locis montanis,& in locis frigidis,& regionibus altis. Sic circa ſpiritualia. Per regionem planam, valloſam,& calidam intelligo mundum iſtum: in quo viget ignis concupiſcentiæ. Ioh. 2. Omne quod eſt in mundo eſt concupiſcentia carnis, vel cõcupiſcentia oculorum: vel ſuperbia vitæ. Et 1. Ioan.5. Totus mundus in maligno, ideſt in malo igne poſitus eſt. Per terram montuoſam, & frigidam intelligo Dei Paradiſum regnum celeſtis patriæ. In quo videt frigus ſpiritualis temperantiæ.
Pſal.67. Super eam niue dealbabuntur in ſelmon mons Dei mons pinguis. In valle ergo calida huius mundi vbi viget carnis concupiſcentia. Non eſt nec eſſe debet nimia ad mulieres manuum familiaris extenſio: quia Apoſt. clamat, 1. Corint. 7. Bonum eſt homini mulierem non tangere, & Iob contra mulierem clamat. Manum tuam
Pſal. 124. longe fac a me. Iob 13. Qui enim tetigerit picem coinquinabitur ab ea. Non extendat iuſti ad iniquitatem manus ſuas. In monte autem Domini vbi eſt frigiditas,& temperantia & omnis continentia: quia ibi neque nubent neque nubentur. Mat. 22. Eſt omnium per charitatem,& virorum,& mulierum familiariſſima ſocietas,& quo ad manuũ extenſionem,& quo ad omnia familiariſſima conuerſatio. Vnde ibi ſequitur. Habitabit iuuenis cum virgine. Vt dicitur Eſa. 62. Iuuenes,& virgines,& ſe cum iuni. lauda nomen Domini: quia exalta. eſt Dei igitur filius hoc modo vtitur circa mulieres, ideſt circa animas noſtras ſponſas ſuas: quamdiu enim ſumus in mundo iſto. In hac valle non extendit manum æternæ retributionis: ſed ſolum a longe nos ſalutat per largitionem gratiæ,& meritoriæ operationis. Numer. 24. Intuebor eum: ſed non

Digitized by Google

ſed non modo. In paradiſo autem extendit nobis manum æternę retributionis. vnde dicitur Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. & vtrumque horũ fuit pulchre figuratum. Ioan. vlt. Cum. n. Chriſtus reſurgens Magda. apparuiſſet, & illa vellet eum præ gaudio amplexari, & tagere: quamuis Thomæ, & cęteris dicturus eſſet. Palpate, & videte. tñ Magda. dixit. Noli me tangere. Nondum. n. aſcendi. q. d. non in terreſtri, & inferiori patria: ſed in Cœleſti, & ſuperiori gloria extendam ad te, & ad alios manum meam. Inter cœteras autem mulieres, & dominas hoc Chriſtus ſpecialiter videtur circa matrem Virginem obſeruaſſe; non enim ei in mundo iſto manum vltimæ retributionis: immo nec corporalis contractionis ei familiariter exhibuit: immo ſemper ab ea quaſi durius manus traxit. In cruce enim moriens brachia extenſa habens; non per manuum extenſionem ab ea contactum commemoratum recepit. Sed durius loquens ait. Mulier ecce filius tuus. Ecce tota familiaris collocutio inter ambos. Sed tandem in feſto Aſſumptionis ipſa aſcendens montem Domini, & locum ſanctum eius. Tunc manum æternæ retributionis familiaris contactionis ſibi extendi clamitat. d. Emitte manum tuam de alto, & eripe me, &c. Quod Chriſtus fecit ſicut pulchre figuratum eſt. Heſter. v. vbi dicitur. Die tertio induta eſt heſter regalibus veſtimentis. Regalia veſtimenta Chriſti regis fuerunt Chriſti membra glorificata, & dotibus corporis glorioſi dotata. Iſtis regalibus veſtimentis glorificato corpore fuit tertio die induta. Quia die tertio eam Dei filius ſuſcitauit. Nota quomodo in magnis feſtiuitatibus induuntur eiſdem regalibus veſtimentis rex, & Regina. Et ſtetit in atrio domus regiæ quod erat interius contra baſilicã regis. Domus Chriſti habet duo atria: Eccleſiam militantem exterius, & Eccleſiam triumphantem interius. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis. Igitur Virgo Beata ſteterat in militante exterius annis quadraginta. Sed hodie ſtetit in Eccleſia triũphante interius. Et ideo ſtetit in atrio quod erat interius, & rex ſedebat, ideſt Chriſtus in ſolio conſiſtorii ſui, ſcilicet paradiſi. Cumque vidiſſet Heſter Reginam ſtantem placuit in oculis eius: & extendit contra eam virgam quam manu tenebat, ideſt ęquitatem, & pietatem iuſtæ retributionis, & dixit. Si dimidiam partem regni petieris dabitur tibi: immo certè datum ipſi fuit regnum quia conregnauit Chriſto. Vnde cantamus. Regina Angelorom digna es vocari. Et nota ſi Dei filius etiam dimidiam partem regni paratus eſt dare: nunquid homo dabit ei vnum peccatorem ſi cum petierit? Qui non eſt milleſima pars regni? certè immo. Igitur licet Dei filius ad matrem in hoc mundo manum remiſſam habuit; tamen in morte in Cœlum manum largæ retributionis ipſi extendit: & hoc eſt. Extendit manum ſuã, &c. vbi pſalmi. In filio Virginis circa matris aſſumptionem deſcribit eius. Sal. 121

Charitatem / Auctoritatem / Aequitatem } extendit manum ſuam in retribuendo.

Deſcribitur autem diuina { Charitas. / Auctoritas. / Aequitas.

ſicut { influentior / familiarior / vtilior } extendit manum ſuam in retribuendo.

igitur diuina { Charitas. / Auctoritas. / Aequitas. } fuit.

Digitized by Google

Influentior / familiarior / vtilior } ex magna, } benignitate / humanitate / fœlicitate } extendit manū ſuā, in retribuendo.

Quantum ad primum. Nota quòd curialitas, & benignitas filij ad matrem maxime percipitur quando ipſi aſſiſtit in periculo: quando aſſiſtit in bello: quando ipſi aſſiſtit in morte, & in fine vltimo. Ad talia enim filij ad parentes naturaliter obligantur. Exemplum in natura. Vitis enim a terra habet originem vt a matre. Vitis autem terræ matri rependit iuxta recepta in terræ neceſſitatibus. Nam quantum in terra figit radices, tantum ſupra terram contra tempeſtates extendit palmites: ne terra lædatur a ſolis ardore. Ita fecit Dei filius ipſe namq; iuxta beneficia, quæ a matre receperat viuendo matri recompenſauit in morte aſſiſtendo. vnde aſtitit ipſi in mortis periculo per ſuæ corporalis præſentiæ exhibitionem. Aſtitit ipſi in bello per Dæmonum fugam, & repulſionem. Aſtitit ipſi in feretro per Iudæorum perſequentium plagam, & perſecutionem. Nota hoc in floribus Sanctorum de eius aſſumptione. Ad hoc videtur loqui Pſalmi. Vineam de Aegypto tranſtuliti, &c.
Pſal. 79 Quantum conſequenter exponeretur, vbi intelligendum, quòd Scriptura Sacra: Virginem vocat vineam. Vinea mea coram me. Cant. viij. Filium vocat vitem: Apoſtolos vocat palmites. Ioan. 15. Ego ſum vitis vera, & vos palmites. Dicit ergo vineam, ideſt Virginem Mariam de Aegypto vaſtitatis huius mundi tranſtuliſti, ideſt in terram viuentium tecum tuliſti. Eieciſti gentes, ideſt Dæmones, & Iudæos perſequentes. Et plantaſti eam in medio paradiſi: ſicut plantam vitæ collocaſti. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius; hoc eſt palmam virentem in ducatum funeris de Paradiſo in conſpectu eius portari maſſam miſiſti: & impleuit terram, ideſt hoc feciſti, quia illum portauit: qui impleuit terram Eccleſiæ militantis, & Eccleſiæ triumphantis qui dicit. Hier. 24. Cœlum, & Terram ego impleo. Et quid fecit vltra filius: Certè extendit ipſe ſicut vitis palmites ſuos vſque ad mare. Maria interpretatur amarum mare. Extendit ergo palmites ſuos, ideſt Apoſtolos ſuos extenſe diſperſos: vſque ad Mariam in eius morte adduxit. Et ſicut Maria dicitur amarum mare ratione aduerſitatum in præſenti mundo: ita dicitur fluuius dulcis ratione proſperitatū in paradiſo. Adduxit ergo non ſolum palmites, ideſt Apoſtolos vſque ad mare: immo vſque ad flumen propagines eius, ideſt Angelos Sanctos. Sed exterminauit eam aper de ſilua; ideſt principes Sacerdotum manum apponētes: ad feretrum exterminare voluit: & ſingularis ferus, ideſt Populus Iudaicus depaſtus eſt eam, ideſt diſſipare voluit: ſed non potuerunt, nec iſte, nec illi, Diuina percuſſi virtute. Ergo Domine Deus ea ſepulta, in valle Ioſaphat ad eam conuertere, & vide ad hæc. Et iterum, viſita vineam iſtam, & perfice eam, ideſt reſuſcitando, & animam corpori reuniendo perfectam effice: quod & fecit ipſam in corpore, & anima cum hymnis cœleſtibus ad Thronum Cœleſtem tranſportando. Hæc omnia nota in legenda de aſſumptione: ergo hæc fuit filij curialitas quæ deſcribitur cum dicitur. Extendit.

Quantum ad ſecundum. Nota. Contingit quandoque principem ad domum pauperis declinare; & cum ſunt in ingreſſu domus mutuo ſe inuitant: & tunc princeps conſueuit ſua curialitate dicere: præcedite ſicut patrinus meus ſi eſt vir; vel ſicut matrina mea ſi eſt mulier: & ego ero filiolus veſter. Tunc pauper manu tenendo principem introducit eum ducendo per domum. Econuerſo autem princeps eodē paupere veniente ad principis palatium conſueuit præcedere: & manutenēdo pauperem ad ſuum palatium introducere, & dicere. Vos fuiſtis patrinus meus in domo veſtra: vel matrina mea: & ego filiolus veſter. Econuerſo. Ego volo eſſe patrinus veſter in domo mea, & vos eritis filiolus meus vel filiola mea. Et ſic beneficijs, & honoribus

Digitized by Google

ribus receptum proſequi:vel receptam. Ita fuit de Chriſto, & virgine.Ipſe enim Chriſtus princıpes Regum Terrę. Vt dicitur Apoc. 1. Ad domum virginis mulieris paupercułæ mundum iſtum ingrediens:reclinauit,& conceptus eſt in eius vtero, factus eſt ei filius per temporalem generationem. Sed volens mater iſto nato principi oſtendere templum, & palatium in quo ipſa fuerat enutrita: puerum manu ad manum,immo brachijs tenens in die purificationis corporaliter introduxit. Et ſic facta eſt ei matrina quæ erat mater.In feſto autem Aſſumptionis poſt regreſsū principis ad palatium eius Virgo Mater peruenit. Eam igitur princeps proprius filius volens honorare; ei a longe obuiam proceſſit, quia ad Beatam Virginem in hunc mundum quærendam aduenit.Cumque eſſent ad fores palatij paradiſi ſede ingreſſu inuitantibus filius dixit Mater mea vos fuiſtis in mundo in terris,mater mea per generationem:matrina per manualem in templum introductionem, & ego fui veſter filius,& filiolus. Nunc in Cœlis ego qui ſum pater veſter per creationem volo eſſe patrinus per paradiſi templi non manu facti glorioſam introductionem,& vos eritis non ſolum filia ſed filiola.Ideo cantamus ei. Genuiſti modo miro genitorem filia. Tunc Dei filius eius manum dexteram apprehendens, & in paradiſum introducens dixit.Veni electa mea,& ponam te in Thronum meum,& per totum paradiſum deducens tandem in corpore, & Anima ſua dextera deſuper omnes Angelos collocauit.Et hoc ipſa ei regratiatur.

Tenuiſti manum dexteram meam:& in vo.t.de.me.quantum ad Animam glorificatam primo.Et cum gloria iterum ſuſcepiſti me. Quantum ad Corpus glorificatū ſecundo. Quid enim mihi eſt in Cœlo, & a te quid volui ſuper terram, ideſt illud totum habeo in Cœlo quicquid tibi exhibere volui ſuper terram in qua per mortem corporalem defecit caro mea,& cor meum. Sed tu reſuſcitaſti, & reparaſti qui es Deus cordis mei,& pars mea Deus in æternum. Ita enim ipſa confitetur alibi in pſal.Formaſti me per creationem, & poſuiſti ſuper me manum tuam per datam reſurrectionem:precedit enim.Tu cognouiſti ſeſſionem meam,& reſurrectioné meam.Nec mirum quia ipſa viuens orauerat.Fiat manus tua vt ſaluet me quoniam mandata tua elegi, *Pſal.* 118

Quantum ad tertium. Nota qnòd quamuis parentibus eſſet neceſſarium, & valde conueniret iuxta beneficia retribuere: tamen non eſt poſſibile, quia ſecundum Philoſophum. Dijs,& parentibus æquale recompenſare non poſſumus. A parentibus enim habemus eſſe, educationem, & inſtructionem ſeu eruditionem, quæ non ſunt bene recompenſabilia. Quamuis autem parentibus non poſſit recompenſari æquiualens ſecundum quantitatem.poteſt tamen aliquid recompenſari ſecundum proportioné:ideo Deus pręceptum dedit de honorando.vnde dixit.Eſai.20. Honora patrem tuum,& matrem tuam. Igitur multum eſſet crudelis, & ingratus filius. Qui multis receptis beneficijs a matre dilectrice impenſis ad regnum proueniens matre non ſumme honoraret:non ei debite in quibus poſſet:ſaltem proportionabiliter recompenſaret.Virgo Beatiſſima ſuper omnes mulieres vnicum filium adamauit.2. Reg.1.

Sicut mater unicum amat filium:ita te diligebam. In eo enim nullum temporale participem habuit:ſicut habent in ſuis filijs cętcrę mulieres.Quicquid autem famulatus:quicquid ſeruitij:quicquid beneficij,quicquid honoris,quicquid utilitatis potuit impendere, totum filio amoroſe, & pręcordioſe impendit. Ipſa enim ipſum concepit in utero,geſtauit in aluo,pauit in gremio, lactauit ubere de Cœlo pleno, pręſentauit in templo,fugit cum eo in Aegyptum:fuit præſens in Crucis patibulo, affuit,& in ſepulchro. Filius autem,& ſi eſt exparte matris pauperçulus. Tamen ex parte patris ditiſſimus.Vnde dixit Angelus Virgini. Luc.1. Filius altiſſimi uocabitur:

Digitized by Google

ait quod eſſet Dei Medicus vir Dei,& Propheta. Quando fuit hoc per ſuſcitationem experta. Vnde dicitur in textu. Dixitque mulier ad eum. Nunc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu,& Verbum Dei in ore tuo verum eſt. Spiritualiter Dei filius erat Propheta magnus. Lucæ 7. Propheta magnus ſurrexit in nobis. Et quia Deus viſitauit plebem ſuam.

Ipſe erat Medicus,& ſanans ægros,& ſuſcitans mortuos. Hunc autem eſſe talem prophetam nullo modo credebat:& Thomas Apoſtolus, & perſecutor eius Saulus: quia ipſum Crucifixum audiuerant, & mortuum vt latronem. Et ideo dixit Thomas,quòd niſi experiretur non crederet. Niſi inquit videro in manibus eius fixuram clauorum,& mittam manum meam in latus eius non credam. Ioann. 20. His enim duobus ſenſibus ſingulariter experimur. Dei tamen filius ſe eſſe optimum Medicum, Prophetam vltiſſimum:Verbum Dei viuum,& verum ſe veraciter comprobauit; non ſolum alios: ſed etiam ſeipſum a mortuis ſuſcitando. Et io experientia Thomam de hoc docuit. Infer inquit digitum tuum huc, & cognoſce loca clauorum:& noli eſſe incredulus:ſed fidelis. Vnde per experientiam certificatus clamauit:Dominus meus, & Deus meus. Saulus etiam hoc ipſum credere nolebat: ſed Deus ipſum nolentem credere ad terram proſtrauit demonſtrans. Et quod Deus eſſet qui mortificat,& viuificat:qui deducit ad inferos,& reducit. 1. Reg. 2. Experientia certa edocuit ipſum vſque ad Cœlum tertium rapiendo: quòd ipſe modo iſto percuſſus agnoſcens dixit. Domine: quid me vis facere? Vnde dicit ipſe. 1 ad Timoth. 1. Fui prius blaſphemus,& perſecutor,& contumelioſus: ſed miſericordiã Dei conſecutus ſum,quia ignorans feci in incredulitate mea. Ideo quilibet iſtorũ ſanctorum ſic expertus poteſt dicere Chriſto. In hoc cognoui quoniam vir Dei es tu,& verbum Domini,&c.& hoc ſonant verba propoſita. Ecce cognoui,&c. Vbi per Pſalmiſtam tria deſcribuntur. Deſcribitur enim quòd quilibet iſtorum Apoſtolorum habuit.

Chriſtus Medicus eſt.

Obiectum optimum Illuſtratum intellectum Pręparatum affectum	Deũs meus es cognoui ecce.

Fuit autem circa.

Obiectum mouens pręſentia Intellectum ſplendens notitia Affectum feruens amicitia.	Deũs meus es cognoui ecce.

Deſcribit igitur Pſalmiſta in	motore ęminentiam. ſplendore euidentiam. feruore amicitiam.

Obuiantis Coruſcantis inflammantis	Bonitatis Veritatis Charitatis	Deus meus es cognoui ecce.

1 Nota, quòd canis nobilis, & venaticus latrat naturaliter ad predam: ſed aliter ante captionem in proſecutione,aliter poſt captionem in aſſecutione. Nam antequam capiat in proſecutione eſt latratus irę turbationis, laboris, & melancolię. Sed latratus in aſſecutione eſt latratus exultationis,gaudij,& leticiæ. Quilibet iſtorum ſanctorum venatus eſt Chriſtum prędam: & vterque latrauit ad Chriſtum. Sed latratus cuiuslibet fuit malus ante inuentionem prædę: Bonus autem capta præda patet in Thoma: cęteris quidem Apoſtolis narrantibus de prædę motione,& viſione,& dicentibus. Vidimus Dominum. Statim latrauit latratu malo. Non credã Sed poſtea capta pręda,& habita latrauit gaudioſè.d. Dñs meus, & Deus meus.

Idem

tuam quantum ad Thomam propter contactionem vulnerum, & membrorum in aſpectu, & tactu.

Quantum ad tertium. Nota quod obiectum, & res pręſens aliter mouet affectũ: & aliter abſens. Efficacius enim mouet per præſentiam:& ideo ad amorem. Et debilius per abſentiam:quia ad deſiderium. Et ideo dicit Auguſt. quod amor eſt rei habitæ, non habendæ. Sed deſiderium eſt rei habendæ,& non habitæ: Dei filius ab vtriuſque affectu aliquando abſens fuit: & ideo non diligebatur ab eis. Sed tandem ſe cuilibet per præſentiam manifeſtauit: & tunc vterque feruenter amauit. Ideo dicit quilibet. Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. Modum autem adiutorij poſſumus ſic videre:quandoque puer negligens ad cognitionem litterarum,& dilectionem ad vtrumque trahitur. Aliquando alapa bona data:ita vt cadat ad terram: & tunc ad librum dimiſſum reuertitur. Aliquando manu vel digito appoſitis ſuper alphabetum: ita vt quando neſciunt coniungere litteras:digitus pueri ſuperponatur litteræ,& coniungendo litteram litteræ cognoſcit dictionem. Dei filius a Scriptura vocatur liber Eccl.24. Hæc omnia liber vitæ,& teſtamentum altiſſimi,& agnitio veritatis. Hunc librum Paulus neſciebat: nec eſſe credebat librum vitę ſed mortis: & ideo abiecto libro iſto in eo addiſcere nolebat. Sed Deus bonus magiſter eunti Damaſcum talem alapam dedit,quod eum ad terram ſtrauit.Statim autem ipſe ad librum vitæ redijt,dicens. In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui: & legem tuam in medio cordis mei.Ideo clamauit. Domine quid me vis facere? Qualiter autem in hoc libro ſtuduerit,& profecerit, epiſtolæ manifeſtant. Vnde, & a Chriſto met in legibus,& doctrinis doctoratus doctor vtriuſque iuris factus: doctor gentium omnium præcipuus eſt vocatus. Dei filius etiam ſeipſum vocat alphabetum. Apoc.vlt. Ego ſum alpha, & omega principium, & finis. Hoc alphabetum velut Chriſti quidam Baccalaurei cœteri Apoſtoli Thomam edocebant. Et quod Chriſtus viueret qui fuerat mortuus referebant,& coniungebant eſſe in eo poſt mortem vitam poſt paſſionem reſurrectionem ipſum eſſe alpha, & omega Deum etiam,& hominem. Hanc autem coniunctionem iſtarum duarum litterarum: nullo modo Thomas videre poterat:immo clamabat alijs dicentibus; vidimus Dominum. Et dicebat:non credam.Sed quod non potuerũt edocere baccalaurei:magiſter ipſe principalis edocuit ponendum manum Thomæ,& digitum ſuper alphabetum vt vtramque litteram alphabeti ſimul coniungeret Diuinitatem, & Humanitatem. Vnde dixit Thomę. Infer digitum tuum huc in locum clauorum: & manum tuam in latus meum: & noli eſſe incredulus,ſed fidelis. Statim totum alphabetum, totam dictionem perfecte cognouit illas litteras coniungendo: vnde clamauit, & ſuam lectionem quam didicit recitauit. Dominus(inquit) meus,& Deus meus: Dominus quantum ad litteram humanitatis:& Deus quantum ad litteram Diuinitatis: ideo poteſt iſtorum quilibet dicere. Ecce enim veritatem dilexiſti incerta, & occulta ſapientię tuæ manifeſtaſti mihi. Nos quoque poſſumus dicere de his duobus. Sapient. 5. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.

Pſal.53

Pſal.39

Chriſtus eſt Alphabetũ.

Pſal.50

Ad quam ſortem, & cętera.

SERMO XLIII.

De Aſcenſione Domini.

Pſal. 56 SVper omnem terram gloria tua. Omnium miſericordiarum illa eſt maxima quando de ſtatu ſummæ proſperitatis venitur ad caſum ſummæ aduerſitatis. Quando a ſummo honore venitur ad ſummum opprobrium. A ſumma conſolatione ad ſummam deſolationem. A ſtatu gloriæ ad caſum,& ruinam miſerię. ideo dicit Boetius. Summum eſſe genus infęlicitatis fuiſſe fœlicem. Sicut autem ſumma eſt miſericordia de ſummo in imum cadere:ita eſt ſumma gloria de imo ad ſummum aſcendere. De aduerſitate ad proſperitatem:de infęlicitate ad fœlicitatem: & eſt a deo magna gloria quòd ſicut homines libenter cœlant miſericordiam vt patet in pauperibus verecundis: ita libenter prædicant gloriam,& maxime amicis,& parentibus ſuis: vt puta patri vel matri. Figura. Gen. 14. Ioſeph erat in ſumma proſperitate tanquam a patre tenerrime dilectus tandem a proprijs fratribus venditus venit ad ſummam aduerſitatem:vnde fuit a muliere falſe accuſatus: iniuſte aſpero carceri in captiuitate diutiſſime mancipatus:ſed tandem de iſta aduerſitate redijt ad maiorem proſperitatem: quia factus eſt Dominus in vniuerſa terra Aegypti. Cum ergo dixiſſet fratribus ſuis. Ego ſum frater veſter quem vendiſtis in Aegypto noluit patrem ſuum,& amicos alios latere:immo dixit. Ite nunciate patri veſtro vniuerſam gloriam meam: & cuncta quæ vidiſtis in Aegypto,&c. Ad propoſitum per Ioſeph in Scriptura Dei filius ſignificatur: & ratione nominis: & ratione operis. Ratione nominis: quia Ioſeph per Pharaonem vocatus eſt Saluator mundi. Ita Chriſtus per Deum Patrem vocatus eſt Saluator mundi. Matth. 1. Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum,ſaluauit ratione operis. Quia Ioſeph ſaluauit Aegyptum per frumentum:ita Dei filius ſaluauit Aegyptum mundanæ vaſtitatis per illud de quo dixit ipſe. Ioan. 12. Niſi granum frumenti in terram cadens mortuũ fuerit, &c. Iſto enim frumento, ideſt Euchariſtiæ Sacramento: ipſe viatico ſaluat omnes viatores:donec perueniamus ad montem Dei in cibi iſtius fortitudine ambulantes. Adipe frumenti ſatiat te. *Pſal. 147* Sicut igitur alter Ioſeph: ipſe erat apud patrem in ſumma proſperitate;quia tenerrime dilectus. Luc. 3. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Venit autem in hunc mundum ad ſummam aduerſitatẽ in quo, & venditus fuit a fratribus ſuis:quia a ſuo diſcipulo Iuda proditore, & falſe accuſatus,conſputus, flagellatus, ſpinatus, vinculatus, colaphizatus, iniuſte iudicatus, clauatus,lanceatus,opprobriatus aceto,& felle potatus,tanto patibulo mortuus,totus laceratus. Sed ab hac miſeria venit ad ſummam gloriam, quia per ignominiam paſſionis peruenit ad gloriam reſurrectionis, & aſcenſionis. Iſte fuit paſſus durus: hanc autem gloriam ſuos latere noluit, ſed in eius prędicatione, & diuulgatione gloriari voluit:& ſpecialiter nunciari voluit pijſſimę matri quæ quaſi fuerat exanimis de dolore paſſionis. Vnde deuotis prædicatoribus videtur illud dicere. Ite nunciate matri meæ gloriam meam. O quam fœlix nuncius qui poſſet nunciare matri illud. Gen. 45. En filius tuus viuit,& ipſe dominatur in tota terra Aegypti, qui diceret ipſi:filius tuus Aſſumptus eſt in Cœlum,& ſedet a dextris Dei: vt dicitur Marc. vlt. Veniat ergo vas electionis Paulus,qui bonos rumores portat gentibus & regibus. Regina (inquit) Cœli lętare: quia quem meruiſti portare: iam aſcendit ſicut dixit. Et quomodo? Ecce Phi. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque

ad

Digitized by Google

ad mortem: mortem autem crucis ecce miſeria, & ignominia, ſequitur gloria, propter quod exaltauit Deus illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genufle&atur Cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quod Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris: ergo Pſal. Videns iſtos rumores eſſe in Chriſto, & Beatæ Virgini nunciatos ad Chriſtum conuerſus de ſua gloria, & honore eum ſic alloquitur. Super omnem terram gloria tua vbi deſcribit in aſcendente ſingularem.

Sublimitatem Vtilitatem Fœlicitatem	Super omnem terram gloria tua.

Eſt enim in filio Dei aſcendente ſingularis.	Sublimitas Vtilitas Fœlicitas

quia	Præſidet altiſſimis Prouidet his infimis Reſidet in optimis	Super omnem terram gloria tua.

Eſt autem Dei Filius.	Præſidens altiſſimis Prouidens his infimis Reſidens in optimis.

quia	Potitur Largitur Sortitur	Patris	Dextera Fędera Munera	Super omnem terra gloria tua.

1 Nota ꝙ Dei filius ſe comparat fluuio. Eccl. 24. Ego quaſi fluuius dorix exiuit de paradiſo. Rő eſt: fluuius. n. ex quam alto deſcendit: nãliter in tam altum aſcendit. Maxime aũt hoc apparet in meatibus, & conductibus fontiũ ſeu aquarũ, in quibus aliqñ profundius aliqñ ſuperficialius aqua tranſit in terra; Dei filius fluuius dicit Eccl. 1. Fons ſapiẽtiæ verbum Dei in excelſis. De excelſis igitur de ſinu paterno verbum ſupernum prodiens aqua ſapientiæ ſalutaris meatũ humanitatis ingreſſa ex q̃ alto deſcendit: in tam altum aſcendit. A ſummo. n. cęlo egreſſio eius: & occurſus eius vſq; ad ſummum eius: vnde ipſemet dixit. Ioan. 16. Exiui a patre, & veni in mũdum iterũ relinquo mundum, & vado ad patrẽ. Iſte igitur fluuius qui totã eccleſiã militantem lætificauit a ſinu paterno exiens aliqñ ſuper terram ſuperficie tenus ambulauit prædicando, &c. Sed aliqñ ſe infra terram inferius profundauit ad inferos deſcendendo, & in ſepulchro iacendo: & tandẽ ſe ad locũ exitus ſublimauit ad ſinũ paternũ ſuper oẽs cęlos redeundo. Pſallite Deo qui aſcendit ſuper cęlũ cęli ad oriẽtẽ. Nota quare dicit ad orientem. Primo quia a tp̃e oritur per ęternã gñationẽ. Scd̃o. Quia dr̃ Falconũ auiũ nobiliũ, & prædantiũ talis eſſe nã: ꝙ qñ ad prædam volãt in altũ qñ ſunt in aere multũ eleuati, aſpirantes ad propriã p̃riam: ſubito vertentes volatũ in propriam redeunt regionẽ. Apportantur. n. de remotis aquilonaribus regionibus ad orientem: & inde ad propriã p̃riã reuertuntur. Dei filius venator optimus cępit mirabilẽ prędã; oẽs aĩas ſanctorũ patrũ de inferno. Cũ igitur p̄ reſurrectionẽ de inferno, & de ſepulchro volaſſet ad propriã regionẽ aſpirans, volatũ ſuũ verſus cęlũ dirigens cũ tota preda aſcendit. Aſcendiſti in altum cępiſti captiuitatem, &c. Ideo alib i. Aſcendit ſuper Cherubin, & volauit: volauit ſuper pennas ventorum. Alæ ſui volatus fuerunt diuinitas, & humanitas. Hunc volatum mirabatur. Pſal. dicens. Dñe Deus nr̃ quam admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos. De hac terra ſequitur in ſecundo.

Chriſtus cõparatur fluuio.

Pſal. 18

Pſal. 67

Falconũ natura.

Circa ꝙ no. quidã curioſus inueſtigator quæſiuit a quodã magr̃o vbi eſſet terra. Dixit ille ſub Cœlo deorſum inferior. Sic enim ſcribitur. Prouerb. 25.

Cœlum ſurſum,& terra deorſum. Et ille contrarium (inquit) eſt: quia Cœlum eſt deorſum,& terra ſurſum ſuperior; quia Corpus Chriſti eſt ſup oēs Cœlos. Eſa. 13. Terra mouebitur de loco ſuo ideo dicit idem. Eſa. 4. Erit germen Dñi in magnificentia, & gloria,& fructus terræ ſublimis. Nota dicitur fructus,& germen terrę. Ad litteram enim Chriſti Aſcenſio erit cauſa noſtrę Aſcenſionis. Ipſe enim nobis clauſis ianuis illius domus in qua melior eſt dies vna ſuper millia aperuit portas ęternales,& introiens Rex Gloriæ; vt qui parati fuerint valeant introire exemplo naturę. De quo ipſe ſingulari myſterio dicit. Ioan. 3. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filiū hominis, vt omnis qui credit in illum, non pereat:ſed habeat vitam ęternam. Ratio autem quare Chriſtus in facto Aſcenſionis ſpecialiter comparat ſe ſerpenti eſt: quia ſerpens vbicumque caput intromiſerit,ſine difficultate totum Corpus reliquum introducit. Chriſtus eſt caput noſtrum
Pſal. 84 Eccleſia autem corpus. Ex quo igitur Dei filius Cœlos aperuit, & introiuit Rex Gloriæ. Faciliter corpus reliquum:cuius ipſe caput eſt introducet. Super omnes ſanctos ſuos,& in eos qui conuertuntur ad cor. veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius vt inhabitet gloria in terra noſtra.

Quantum ad tertium. Nota quod Sap. 3. dicitur quod bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Videamus enim iuſtum retributorem ſecundum meritum, & laborē
Pſal. 61 mercedem reddere,& honorem: immo etiam vlteriorem. Matth. 25. Euge ſerue bone, & fidelis:quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam. Deus eſt iuſtus retributor. Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Chriſtus autem eſt homo ille qui exiuit ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam. Opera autem eius non fuerunt niſi optima. Ioan. 10. Multa bona opera operatus ſum in vobis:labor autem eius fuit maximus:quia fuit vſque ad mortem, mortem autem crucis vt dicitur ad Philipp. 2. & ideo dignum fuit pro labore, & ignominia quod ipſi corona merces redderetur,& gloria. Heb. 2. Vidimus Ieſum propter paſſionem mortis gloria,& honore coronatum. Minuiſti eum paulominus ab Angelis gloria,& honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
Pſal. 8 A quam gloriam,&c.

SERMO XLIIII.

De pœnitentia per totam Quadrageſimam.

Pſal. 69 FVgiant a facie arcus. Vulgariter dicitur vnum bonum fugere: valet vnum malum inſequi. Ratio eſt:quia prudens fuga eſt ſępe cauſa ſalutis. Inſecutio fatua eſt cauſa mortis. Quia inſecutio fatua fit cauſa mortis. Habemus. 2. Reg. 2. Cum enim Aſael curſor velociſſimus perſequeretur Abner:locutus eſt Abner ad Aſael. Recede noli me ſequi, ne forte compellar confodere te in terram. Qui audire noluit, & percuſſit eum Abner auerſa haſta in inguine,& trāſfodit,& mortuus eſt in eodem loco:ergo Aſaeli inſecutio fatua fuit cauſa mortis. Quia autem prudens fuga fit cauſa ſalutis. Legimus. 1. Reg. 9. Cum enim Dauid eſſet coram Saul quem agitabat Spiritus Domini malus, Niſus eſt Saul configere lancea Dauid in pariete: & declinauit Dauid a facie Saul, & fugit,& ſaluatus eſt. Ergo verum eſt,quod vnum bonum fugere, valet vnum malum perſequi. Ezech. 7. Saluabuntur qui fugerunt ex eis. Si in bello corporali eſt

Digitized by Google

hoc verum:multo fortius in bello ſpirituali quod imminet ſemper in Quadrageſima.Non enim eſt in mundo ita mala perſecutio, & inſecutio ſicut perſecutio propriorum delictorum:& propriarum iniquitatum.Finaliter enim conuertuntur contra peccatores perſecutores ſuos:& eos capiunt,& interficiunt. Circundederunt me mala quorum non eſt numerus:comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui.Prou.5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur.Et ideo ſicut Abner interfecit Aſaelem ſe fatue perſequentem Ita Diabolus aduerſa haſta percuſſit,& interfecit peccatorem: haſta, ſcilicet peccati, quæ auertitur,quia a principio eſt dilectio.Sed in fine mortalis afflictio. Et non ſolũ eſt vnica lancea:ſed triplex,ſcilicet lancea concupiſcentię carnis:lancea concupiſcentiæ oculorum.& lancea ſuperbiæ vitæ. Hac triplici lancea percutitur cor peccatorum a Diabolo ſicut Abſalon fuit percuſſus a Ioab pendens in quercu.2.Reg.9. Ergo fatuiſſimum eſt perſequi peccata:quoniam hæc perſecutio eſt cauſa mortis. Debemus ergo facere ſicut Dauid:qui cum Saul,ideſt mundus caro vel Diabolus tenet haſtam,vel concupiſcentiæ carnis, vel concupiſcentiæ oculorum,vel ſuperbię vitę contra nos vt configat nos:declinemus,& fugiamus:& ſic ſaluabimur. Hier.48. Fugite,ſaluate animas veſtras. Ad hoc inſtruuntur peccatores in verbis propoſitis. Fugiant, &c. vbi deſcribit Pſal.

Humanam iniquitatem / Diuinam maieſtatem / Rigidam æquitatem } Fugiant a facie arcus.

Humanæ iniquitati / Diuinæ maieſtati / Rigidæ æquitati } debetur { Horror / Honor / Timor

& { Pœnitentia / Reuerentia / Obedientia } Fugiat a facie arcus. } Eſt enim.

Humana iniquitas / Diuina ſublimitas / Rigida æquitas } in { Horrore abbominabilis / Honore mirabilis / Timore formidabilis. } Fugiant a facie arcus.

Quantum ad primum.Sciendum quod omni homini debet eſſe horror expectare baſiliſcum,Baſiliſci aſpectum,cum ſolo aſpectu interficit. Sed eſſet magis fatuus ſi expectaret tactum. Si enim ſolo aſpectu interficit; quid faceret tactu, & morſu? Spiritualiter omne peccatum comparatur Aſpidi. Sed peccatum immũditiæ tenet operationem ſpiritualiter baſiliſci. Ratio eſt. Auicenna enim dicit. Venenum aſpidis ene tantæ maliciæ,quod intra tres horas necat,& interficit. Ita facit omne peccatum mortale.Prima eſt tentatio.Secunda eſt aſſenſus,& delectatio. Tertia hora in qua peccator moritur eſt peccati perpetratio,& conſummatio.Ita videtur dicere Iacob.in canonica ſua,cap.1.vnuſquiſque tentatur a cõcupiſcentia ſua ecce prima hora.Deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum. Hæc eſt ſecunda hora.Peccatum autem cum conſummatum fuerit generat mortem. Hæc eſt tertia hora:in qua peccati venenoſitas interfecit peccatorem. Aſpis ergo iſte ſumme debet fugi ſicut dicit.Pſal.Ecce elongaui fugiens,& manſi in ſolitudine:hæc eſt pœnitentia ad quam non audet aſpis accedere. Sed ſpiritualiter per Baſiliſcum intelligitur peccatum immunditiæ:quia ſolo viſu interficit.Matth.5. Quicumque viderit mulierem ad concupiſcendum eam: mechatus eſt eam in corde ſuo: ita fuit ex ſolo viſu Baſiliſci Dauid venatus.2.Reg.2. Cum enim deambularet in ſolario domus regiæ vidit mulierem ex aduerſo lauantem ſe. Pſal.54

Ex hoc aſpectu ſecutus eſt adulterium, & homicidium: non ergo debet expecta-

ri Baſiliſci aſpectus: ſed quilibet ſapiens debet fugere. Iuxta illud. 2. Pe. 1. Efficiami ni Diuinæ conſortes naturæ fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem. Sed nota ſi debet timeri aſpectus: nunquid debet multo maius morſus ſeu tactus? O quam venenat tactus, & morſus ſi tantum venenat ſolus aſpectus intactus. Nunquid legitur quod ille ſapiens Moyſes. Exod. 4. Non expectauit vt tangeret eum ſerpens: ſed virga conuerſa in ſerpentem tantum timuit morſum, & tactum vt fugeret Moyſes? Numquid Gen. 22. erat baſiliſcus Domina Ioſeph inficiens ſolo aſpectu quæ iniecit oculos in Ioſeph: eum volens venenare tactu, & morſu? Quia dixit. Dormi mecum. Sed pro vero non fuit ita ſapiens: nec ſimilis Ioſeph in augurandi ſcientia in vniuerſa terra Aegypti. Non enim expectauit baſiliſcum nec baſiliſci morſum: ſed feſtinus effugit. Vnde dicitur ibi, quòd cum mulier moleſta eſſet adoleſcenti: & ille recuſaret ſtuprum illa appræhenſa lacinia veſtimenti. Dixit, dormi mecum. Ille relicto pallio in manu eius fugit, & egreſſus eſt foras. O quam rari eſſent qui pallium in manu mulierum dimitterent vtinam non ſint hodie qui pallium in manum mulieris ponant, & donent: ideo non eſt ſimilis ei in augurandi ſcientia. Non ergo debet expectari baſiliſci aſpectus, & multo minus tactus vel morſus. Sed debet homo ſtatim fugere; ſola enim fuga in iſtis eſt victoria: vnde per fugam eſt verum illud. Pſalm. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. Propter hoc igitur: quia ſola fuga ſpiritualiter in peccato immunditiæ eſt victoria. Scripſit quidam verſificator ſic non ſolum de aſpectu, & tactu, ſed quacunque opportunitate Si vitare velis venerem loca tempora vita. Et locus, & tempus pabula præbet ei. Perſequitur: ſi tu ſequeris fugiendo fugatur. Si cedis cedit, ſi fugis illa fugit. Ergo omne peccatum debet homo tanquam ſerpentem fugere. Eccl. 21. Fili peccaſti ne adijcias iterum ſed de priſtinis deprecare vt dimittantur tibi. Quaſi a facie colubri fuge peccata. Si acceſſeris ad illa ſuſcipient te dentes Leonis, dentes eius interficientes animas hominum. Sed dices frater Chriſtus. Matth. 10. Docet nos dicens. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes: ergo ſi fugiamus ſerpentes quomodo poſſimus effigiari ſerpentes, & imitari? Reſpondeo: fugiendum malum imitandum bonum. Vbi notandum, quòd ſicut peccatum comparatur veneno in malitia: ita peccator ſerpenti in aſtutia. Vt enim dicunt naturales experti: ſerpens eſt huiuſmodi aſtutiæ, quòd volens tranſire aquam vel fluuium in ripa antequam tranſeat euomit vel deponit venenum: & ideo etiam dicunt morſum ſerpentis intra aquam non eſſe venenoſum vel periculoſum. ita debent aſtute facere peccatores. Cum enim in principio Quadrageſimæ habeant torrentem pœnitentię ptranſire: debent in principio in ripa peccata per confeſſionem euomere; & per voluntatem deponere vt poſſint ſalubriter torrentem pœnitentiæ pertranſire. Ita videbatur Ioannes loqui peccatoribus. Matth. 3. Progenies viperarum quis docuit vos fugere a ventura ira? Ergo venenum totaliter eſt deponendum: & poſtea in perpetuum fugiendum. Hier. li. Terra repleta eſt delicto. fugite de medio Babilonis vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam. Nolite tacere ſuper iniquitate eius, quoniam tempus vltionis eſt domino.

Pſal. 90

Quantum ad ſecundum. Nota quòd in vulgari modo communiter dicitur quòd facies hominis portat ſecum virtutem: quòd ſi de humana facie eſt verum: multo fortius de Diuina. Prouer. 20. Rex ſedens in ſolio iudicij intuitu ſuo diſſipat omne malum. Igitur ita contingit ſpiritualiter: ſicut aliquando temporaliter cõtingit aliquem facinoroſum aliquod magnum ſcelus committere quod credit omnino latere: & tñ committit in facie regis clare hoc cernentis. Igitur reus ſciens ſe depręhenſum aliquando callide, & aſtute cum rege componit; non vult expectare commune iudicium, & communem ſententiam: quia ex quo veniret in publicum non habe

ret

Et ita bonum forum;ſed habet aliquem mediatorem ad regem qui tractat aliquã compoſitionem aliquod pactum:& ſub ſecreto quaſi pro nihilo totum tranſit,& totum euadit. Quando autem aliquis eſt ita fatuus quòd in ſcelere per vultum regium depræhenſus:non curat cum rege ſecrete componere: & expectat vltimam,& communem ſententiam ſępe ſuſpenditur per collum. Ita vidi de facto in Auinioñ. Quia in ſermone publico, rege præſente quodam burſas ſcindente in facie regis cernentis in medio preſſuræ depręhenſus infra triduum eſt ſuſpenſus ita ſpiritualiter quidam committunt ſcelera ac ſi dicerent illud. Pſal. Non videbit Dominus nec intelliget Deus Iacob. Sed hoc eſt valde fatuum : quia Dominus ſcit etiam cogitationes hominum vt docet.Pſal.Si ergo facies regis temporalis ſuo intuitu diſſipat omne malum.Nonne peccator Dei faciem deberet fugere:& erubeſcere cũcta cernentis?& tamen ipſe loquitur contra eos. Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Non ergo poteſt peccator ſe abſcondere a facie Dei quia oĩa nuda,& aperta ſunt oculis eius.Hebr.4.Ideo de vultu Dei pręcedit iudicium:quia eius oculi viderunt æquitatem.Igitur quia in operibus manuum ſuarum compręhenſus eſt peccator:non debet expectare communem ſententiam, & vltimum iudicium:quia in illo cum tempus acceperit ipſe Deus iuſtitias iudicabit, non fiet miſericordia.Sed dabitur peccatoribus illis terribilis ſententia. Ite maledicti in ignem æternum.Matt.21.Ioan.dicitur Abacuc 3.Ante faciẽ eius ibit mors.Debet ergo peccator præoccupare faciem Dei:& ante iudicium commune, & vltimum habere mediatorem,& facere compoſitionem.Mediator autem eſt confeſſor, cõpoſitio eſt peccatorum confeſſio,peccatorum contritio,& recognitio.O quam parua compoſitio & quam facilis vt ad ſolam recognitionem Deus largiatur remiſſionem.non haberetur ita bonum forum in curia mundi Prou.28. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea miſericordiam conſequetur a deo. ideo Pſalm. Præoccupemus faciem eius in confeſſione. Ad hoc ſpiritualiter eſt inſtitutum iſtud quadrageſimale tempus in quo ſi faciem eius præoccupauerimus nos vltimum iudicium timere non habemus Ita dicebat Pſal.qui ſæpe iſtam compoſitionem fecerat cum Deo.Montes exultabunt a conſpectu Dñi qm̃ venit iudicare terram.Montes ſunt illi,qui de valle ſunt in altitudinem gratiæ eleuati.In illo enim iudice erit in iudicio facies terribilis malis,& bonis amabilis. Heſt.15.Mirabilis es Domine,& facies tua plena eſt gratiarum.

Pſal.93

Pſal.56

Pſal.94

Pſal.97

Quantum ad tertium. Dic ſi vis quare comparatur Diuina ſententia arcui:propter quattuor quæ concurrunt circa arcum. Primo enim arcus, & ſagitta præparatur. Secundo ſagitta in arcu ponitur. Tertio chorda trahitur. Quarto poſt tractum chordæ ſagitta emittitur. Et quanto diutius chorda tenſa tenetur, tanto grauius vulnus infligit. Hæc quattuor ex parte Diuinæ ſententiæ reſpondent alijs quattuor ex parte humanæ culpæ.

Primo namque eſt in peccatore ad peccandum conſenſus, & volitio. Secundo peccati perpetratio. Tertio peccati continuatio. Quarto in peccato mors, & conſummatio.Contra primum ex parte Dei arcus,& ſagitta diſponitur Contra ſecundum ſagitta in arcu ponitur. Contra tertium chorda arcus, & ſagitta retrahitur. Contra quartum ſagitta emittitur.Et quanto diutius Deus expectando arcum tenſum tenuit,tanto contra impœnitentem in morte durius vulnus infligit. Tarditatem enim grauitate compenſat. Rom.11. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iuſti iudicij Dei. Hæc quattuor per ordinem deſcribit. Pſalm. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit arcum ſuum tetendit. Quantum ad primum.Et parauit illum:quantum ad ſecundum.

Pſal.7

Digitized by Google

Et in eo parauit vaſa mortis: quantum ad tertium. Sagittas ſuas ardentibus effecit; quantum ad quartum. Sed dices, frater; quo modo iſte Pſalm. mandat fugiendum a facie arcus: a facie diuinæ ſententiæ: cum ipſe dicat quod Dei ſententiam nullus poſſit effugere: nullus poſſit euadere. Dicit enim. Pſalm. 138. Quo ibo a ſpiritu tuo: & quo a facie tua fugiam, & cętera vſque ibi. etenim illic manus tua. Dicit autem. Iob. 10. Cum ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere. Ergo quare dicitur, fugiant a facie arcus? Reſpondeo: quamuis nemo Diuinam ſententiam Diuinam ſagittam poſſit euadere: poteſt tamen, ne noceat declinare ſicut corporaliter experimur. Si enim ſagitta a ſagittante aliquo emittatur ſtans erectus contra faciem arcus: ſagittam non euadet. Sed ſi veniente ſagitta ad terram ſe proſternat ſagitta pertranſibit: & proſtratum minime vulnerabit. Et quanto ſub terra ſe abſcondit profundius, tanto habet timere minus. Sic ſpiritualiter. Diuina enim ſagitta ab arcu Diuinæ ſententiæ egrediens: eos quos erectos, & obſtinatos inuenit in peccatis: vulnerat atque necat. Sed quando aliquis ad terram ſe proijcit peccata recognoſcendo, confitendo, pœnitentiam agendo, ſe humiliando illum Diuina ſagitta ſine læſione pertranſit: & tanto ſecurius quanto ſe profundat infimius. ideo Eccleſia modo vult filios ſuos proſtrari, & humiliari per peccatorum recognitionem confeſſionem, & ſatisfactionem. Et vt totaliter Diuinæ ſagitta ſententiæ tranſeat ſine alicuius læſione; heri in die cinerum, non ſolum ad terram eos proſtrari voluit: ſed etiam ſub terra abſcondi, ponens terram, & cinerem ſuper omnium capita, dicens. Memento; quia cinis es: & in cinerem reuerteris, tales vere proſtratos
Pſal. 90 ab iſta ſagitta timere non oportet. Scuto circumdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno. A ſagitta volante in die a negotio per ambulante in tenebris ab incurſu, & Dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Figu. eſt 3. Reg. 21. Cum enim Achab feciſſet interfici Naboth propter eius vineam quam volebat; & iret ad poſſidendam vineam. Deus tetendit arcum ſuæ ſententię: & miſit ſagittas per Eſaiam dicens. Occidiſti inſuper, & poſſediſti in loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lingent ſanguinem tuum; & inducam ſuper te malum, &c. Achab autem ſicut ſapientiſſimus declinauit, & proſtrauit ſe ad terram. Vnde ibidem. Quia cum audiſſet ſermones iſtos ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam. Ieiunauitque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite: ideo illum ſine læſione ſagitta pertranſiit Vnde factus eſt ſermo Domini ad Heliam. Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa non inducam malum in diebus eius. Hoc igitur forte eſt illud quod voluit. Pſalmiſta dicere: quando dixit. Intendit arcum ſuum donec infirmentur, ideſt humiliemur. Homine enim proſtrato, & humiliato Deus arcum ſuum remittit, & diſtendit. Igitur ſi perfecte proſtratus, & humiliatus fueris non reſtat aliud niſi illud quod dicitur Eccl. 43. Vide arcum, & benedic qui fecit illum. Vt enim dicitur Eccl. 50. Eſt arcus refulgens inter nebulas gloriæ.

Ad quam, & cætera.

SERMO

SERMO XLV.

DE ANNVNCIATIONE Dominica.

INhabitabo in Tabernaculo tuo in ſæcula. Secundum mundanum ſapientem actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito. Cuius ratio eſt: quælibet res libenter eſt,& conſeruatur in loco proportionato, quam proportionem facit diſpoſitio. Hoc experimur manifeſte nam videmus eſſe differentiam inter aues terreſtres,& cœleſtes. Aues namque terreſtres:quia ſunt volatus inferioris non habitant niſi inferioribus. Vnde non nidificant niſi in arbore:vt patet de pica. Aues autem cœleſtes, quia ſunt volatus ſuperioris:non habitant niſi in ſuperioribus. Vnde nidificant in monte in alta rupe vt patet de Aquila. Hoc idem per figuram legimus in Scriptura. Dauid enim ſublimatus ad regni ſolium quęſiuit ſibi ad habitationem altum locum tanquam proportionatum ſuæ dignitati,& congruum ſcilicet montem Syon. vnde dicitur 1. Paralipomenon 10. *Pſal.60*

Dauid cœpit Arcem Syon quæ eſt ciuitas Dauid in Arce. Idcirco appellata eſt Ciuitas Dauid. Dei filius eſt auis Cœleſtis orientalis quam Virgo Beata vocauit ab Oriente Cœleſtis patriæ. Eſai.46. Vocans ab oriente auem. Ipſe enim viſitauit nos oriens ex alto. Lucæ.1. Hoc eſt ideo auis non terreſtris ſed cœleſtis: quia qui de terra eſt,de terra loquitur:qui autem de Cœlo venit ſuper omnes eſt. Ioann.3. Igitur Diabolus ſicut pica homines per tentationes diuerſimode priuans: non in altis ſed in hominibus infimis facit nidum ſuum. Cuius figura eſt, quòd Marc.5. cap. dicitur. in porcos, ideſt in homines immunde viuentes intrauerunt. Sed illa Cœleſtis Aquila Dei filius non niſi in altis, & in arduis:in petra poſuit nidū ſuum, ideſt in Virgine. In virtutum culmine ſuper cœteras creaturas eleuata, & in firmitate fidei ſolidata. vnde Iob.39. Ad pręceptum tuum eleuabitur Aquila: & in arduis ponet nidum ſuum:in petris manet, in prærupti ſilicibus cōmoratur. ideo dicit Pſal. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humiliat reſpicit. ideo Dei filius velut alter Dauid: vultu deſiderabilis. Quia ſpecioſus forma prę filijs hominum cępit Arcem Syon, ideſt partem ſublimiorem ciuitatis Hieruſalem: hæc pars ſublimior ciuitas Eccleſiæ militantis eſt Virgo Beata quam cœpit Dei filius, non captione violentiæ:ſed electione,& infuſione ſpecialis gratiæ vnde dicitur Lucæ 1. Quod miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo,&c. ad Virginem. Ecce eleuatio. Fuerunt ſimul virginitas,& fęcunditas. Aue (inquit) gratia plena Dominus tecum. Ergo hæc dicta eſt ciuitas Dauid:habitauit in ea, ſcilicet per incarnationem. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Homo na. eſt in e.& ipſe fun. eam. Quia igitur Dauid, ſcilicet filius Dei habitauit in ea dicta eſt Ciuitas Dei. Pſalm. Magnus Dominus,& laudet nimis in ciuitate Dñi noſtri in monte ſancto eius, &c. vſque ibi. Ciuitas regis magni. Hæc eſt igitur pars Dei filio ratione eleuationis proportionata inhabitatio: quia ipſe eſt altiſſimus. Tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram. Ideo dicitur. Et elegit Dñs Syon: elegit eam in habitationem ſibi. Igitur Dei filius a ſinu paterno progrediens, mundum iſtum ingrediens: ad virginis habitationem perueniens. Sic eam curialiter alloquitur. Inhabitabo,&c. In quibus verbis filium Dei venientem deſcribit quam pulcherrime:quia. *Pſal.86* *Pſal.82*

Digitized by Google

Aggreditur
Ingreditur } in habitabo in tabernaculo tuo in ſęcula. } Et eã pulchre.
Progreditur

Aggreditur } quia } præueniens aluum virgineum } inhabitabo in
Ingreditur } quia } introiens pectus concentaneum } Tabernaculo tuo
Progreditur } quia } ſtabiles pactum ſpontaneum } in ſęcula.

Pulchre quidem. } Aggreditur.
Progreditur.
Ingreditur.

} quia } Præueniens aluum virgineum.
Introiens pectus concentaneum.
Stabiliens pactum ſpontaneum.

Manens æternus genitura
Creans factus factura. } inhabitabo in Tabernaculo tuo in ſæcula.
Firmans fultus natura.

1 Nota quod Eccl. 17. dicitur. Ab vno ſenſato inhabitabitur terra:& a tribus malis deſeret. Vult dicere ꝙ tres mali reddunt terrã deſertã:& vnus ſenſatus reddit habitatã ita recte eſt ad propoſitũ. Deus humanã naturã creauit optimã tanquã terrã fructiferã. Sed coniuncti fuerunt tres impij:& terrã deſtruxerũt, & quæ erat Dei habitatio inhabitabilẽ Deo reddiderunt. Hi tres impij fuerit Diabolus, Adã, Euã. Iſti cõuerterunt terram fructiferam in falſuginem a malitia babitantium in ea. vnde vidit Deus,& ad iracundiam concitatus eſt,& ait. Abſcondam faciem meam ab eis. Deut. 32. Sed tandem ab vno ſenſato: immo ab illo qui eſt fons ſapientiæ in excelſis fuit hæc terra inhabitata. Sed quomodo recte ſicut dicitur in vulgari: tamẽ.n. alicui eſt optime:& quęrit alia per quæ poteſt habere male(cõſueuit dici). Coſtui va cercando il male come gli Medici. Iſte quærit malum ſicut Medicus. Contingit aliquando quod magnus princeps cui eſt optime in ſua patria qui fruitur optimis, & opimis in ciuitate ſua quęrit nouam patriam, & non ita bonam ad ſpatium, & ad ſolatium dimiſſa meliore vnde aliquando reperto ſpecioſo horto conſueuit ad tempus non obſtantibus pluuijs,& multis aduerſitatibus quas ipſe, & ſui ſuſtinent in tali loco deſerto, & inhabitato ſuam ponere habitationem: & de tali conſueuit dici quod quærit malum ſicut Medicus. Ita ſpiritualiter Dei filius princeps omnium regum terræ: vt dicitur Apoc. 1. Habens æternæ beatitudinis infinitam fruitionem in parte dextera, ad regionem mundanæ patriæ voluit declinare ad terram vtique diſparem primæ: quia eius patria eſt patria optima: habens omnia bona Domini in terra viuentium. vt dicitur in Pſalm. Sed patria huius mundi eſt terra tenebroſa,& operta mortis caligine. vt dicitur Iob. 4. capit. Non obſtante autem pluuia perſecutionis, & tempeſtate paſſionis in ſe, & in ſua familia quo ad ſuos Apoſtolos,& fideles cœteros in hac patria vno horto pulcherrimo deſerto ab omni virili conſortio non habitato ab aliquo vitio per ſuum nuncium Gabrielem Archangelum adinuento,& reperto ad manum ſuam per illud. Dominus tecum fecit in eo ſuam habitationem. Vnde in ea incarnatus eſt,& veraciter humanatus. Illa ergo terra humana quæ a tribus impijs erat reddita deſerta ab vno ſenſato poſtea eſt inhabitata ſanctitate introducta,& omni iniquitate proculpulſa. Vnde dicitur
Pſal. 62 ipſe. In terra deſerta, inuia, & inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi. Ad hoc vult loqui. Eſa. 62. Non vocaberis vltra derelicta; & terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabitur: quia complacuit Domino in te.

Nota

Nota de muliere quæ dixit, quod quando homo eſt tædiatus de pane triticeo:
libenter comedit de ſiligineo, & tali conſueuit dici, quod quęrit meliorem panem
quam de frumento. Sed vere poteſt dici quod Chriſtus veniens ad iſtam habita-
tionem quęrebat malum ſicut medicus vtique quod ſuſtineret quantum ad pęnam
in ſe, & quod curaret quantum ad culpam in te An forte non ipſe eſt ille medicus
de quo primi Reg.2. Dominus mortificat,& viuificat deducit ad inferos,& reducit. *Pſal.145*
Et de quo Auguſtinus. Ad nos venit de cęlo medicus magnus: quia totus mundus ia
cebat ægrotus. Figuratur Lucæ.10. Homo quidem deſcendebat ab Hieruſalem in
hierico, & incidit in latrones qui expoliauerunt eum, & plagis impoſitis ſemiui
uo relicto abierunt. Quis eſt iſte homo qui deſcendit: certe ipſe eſt Adam de Hie-
ruſalem deſcendens, ideſt de ſtatu innocentiæ in ſtatum culpæ,& diaboli deſpolia-
uerunt eum,& plagis impoſitis: quia vulneratus fuit in corpore,& anima. Venit e-
nim medicus ſupremus in vterum Verginis:& ſanauit eum ab omnibus infirmitati
bus ſuis. An non iſte eſt ille, qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eo-
rum. Iſte eſt ille medicus, qui guſtauit medicinæ mortis amaritudinem: vt tolleret
a nobis mortalem ægritudinem ergo quæſiuit malum ſicut medicus: quæſiuit vbi
iacebat ægrotus. Primam dietam fecit ad vterum virginalem vbi primitus fecit
primam curam. Apud hoſpitem enim ſuam abſtulit opprobrium ſterilitatis: lar-
giens donum fæcunditatis. Vbi obſecro iſtam receptam poſuit Auicenna? Vt ma-
trem redderet,& Virginem conſeruaret? Vt fæcunditatem, & fructum adduceret,
& flos pudoris non marceſſeret? Hippoc ad talia non peruenit. Sed huc ad hoc ve-
nit medicus vt in ſe mala ſuſtineat,& a nobis ea tollat:& vitam tribuat,& gloriam.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra no- *Pſal.84*
ſtra. O quæ te vicit clementia vt ferres noſtra crimina, crudelem mortem patiens:
vt nos a morte tolleres. Hæc fuit magna benignitas medici: vt tantus medicus ad
talem habitationem amore veniret ægroti Apoc. 21. Ecce tabernaculum cum ho-
minibus,& habitabit cum illis,& ipſi populus eius erunt,& ipſe erit eorum Deus.
Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit ne-
que luctus neque clamor: neque dolor, quia prima abierunt. Totum medicorum
antidotarium. Antidotarium non poteſt habere ſimile dictamen vel ſimilem
phoriſmum. Exponatur ad placitum. De hoc autem tabernaculo ſequitur in
ſecundo. Circa quod nota, quod Ioann. Dei filium venientem vocat lu-
cem. Ioan.1. Erat lux vera, &c. Hæc lux aliquando ſic fuit abſcondita vt nulla-
tenus videri poſſet. Vnde Iob valde ſollicitus. 38. capitulo petebat. Indica mihi
ſi noſti in terris in qua via habitet lux. Et pro vero quia in toto veteri teſtamen-
to hæc lux homini non lucebat: ſed erat velata figuris, obumbrata myſterijs. I-
deo nullus reſpondere ſciuit niſi lucifer ille. Poſuit tenebras latibulum ſuum in *Pſal.17*
circuitu eius: tabernaculum eius tenebroſa aqua in nubibus aeris. Ideo petebat
ſapiens. Sapientia 36. Oſtende nobis lucem miſerationum tuarum. Sed hodie
iſta lux in tenebris lucet: & incipit reſplendere quæſtioni Iob dicentis. Iudica
mihi ſi noſti in qua via habitet lux. Poſſet naturaliter reſponderi, quod habita-
tio propria, fons, tabernaculum,& habitaculum primum,& principale lucis natu-
ralis eſt ſol materialis. Ita certe de luce increata ſi quęratur. Indica mihi ſi no-
ſti hodie in qua via habitet lux. Dicam quod proprium habitaculum lucis in- *Maria Vir*
creatæ: eſt ſol ſpiritualis, ideſt Virgo Maria ſola cum Virginitate,& fæcunditate, *go Soli com*
ſicut Sol refulgens in templo Dei. Et ideo Pſal. Qui reſpondit quantum ad vetus *paratur.*
teſtamentum, reſpondeat,& quo ad nouum. Indica (inquit Iob) mihi ſi noſti in
qua via habitet lux. Reſpondet. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tan-
quam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Digitized by Google

Nota: eam primo vocat ſolem: poſtea vocat thalamum. Ratio eſt quare virgo Beata dicitur Sol. In ſole enim naturali videmus, quod ſol lucem a nullo alio corpore recipit niſi a ſolo Deo. Omnes autem alij planetæ non ſolum a Deo: ſed ab alio corpore luminoſo lucem recipiunt. Radius igitur in ſole a Deo datus ingreditur abſque corporis ſolaris corruptione, & ingreditur abſque ſolis quacunque violatione. Sic Beata Virgo dicitur Sol, & filius radius: quia omnes aliæ mulieres non a ſolo Deo: ſed etiam ex adiuncto viro prolem ſuſcipiunt: & ideo cum corruptione concipiunt, & cum dolore, & violatione violatæ pariunt. Sed ſola Virgo ſicut ſol radium a ſolo Deo ſuſcepit filium hac die ſine corruptione concipiens: & ſine dolore inuiolata paritura. Vnde cantamus ei in quadam ſequentia. Sicut ſydus radium: profert virgo filium, &c. Et ideo dicitur de iſto radio: quod in ſole poſuit tabernaculum ſuum. Propter hoc petebat. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Reſpondet ipſe. Qui ingre. ſine macula. Solus Dei filius vterum maternum ingreſſus eſt ſine macula in ſe, & abſque macula in matre, & ideo ſolus iſte in ſole poſuit tabernaculum ſuum. Sed nota quam vocat ſolem poſtea vocat thalamum. Ratio eſt: quia quamuis ſponſus habeat plures cameras quas inhabitat: tamen habet vnam ſpecialem ſecretam quam cum ſponſa nullus ingreditur niſi ipſe, & illa thalamus appellatur. Sid de Dei filio, quamuis ipſe habeat diuerſas cameras, id eſt diuerſas ſanctas conſcientias quas inhabitat per gratiam iuxta illud, 1. Corinth. 3. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis. Vnde habuit cameram ſpiritualem ſecretam quam nũquam aliquis ingreſſus eſt niſi ipſe ſolus: & hoc fecit hodie quam inhabitauit per perſonalem præſentiam. Et hæc camera quæ fuit vterus virginalis ſoli ſibi ſecretus dicta eſt thalamus huius ſponſi. Hoc fuit pulchre figuratum Ezechiel. 44. Vidi portam in domo Domini clauſam. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur: quia ſolus Deus intrat, & egreditur per eam. Expone figuram ſi vis vt alibi. De hoc ergo thalamo in quo ſecrete ſolus Deus fuit ſicut in proprio tabernaculo. Videtur ipſa dicere illud Iob 23. Splendebat lucerna eius ad caput meum, & ad lumen eius ambulabam in diebus adoleſcentiæ meæ: quando ſecrete Deus erat mecum in thalamo meo. Eccle. 24. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: quere in ſermonibus illis ſanctificauit, & Deus noſter.

Pſal. 14.

Maria virgo thalamo cõparatur. Thalamus qui ſit.

3 Nota, quod inter pactum vel fædus humanum, & diuinum eſt diferentia: quia pactum, & fędus Diuinum eſt firmum ſtabile, & perpetuum, & durans in ſęcula. Sed fædus, & pactum humanum eſt mobile factum, & inſtabile: de pacto Diuino patet. In eternum Domine permanet verbum tuum. Geneſi. 9. Ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos. Sed de mundano, dicit. Pſal. Omnis homo mendax. Mendaces filij hominum. Nunquid laban legitur mutaſſe decies mercedem Iacob generoſuo. Geneſi. 31. Dei filius pepigit fædus cum humana natura in vtero Virginis ſibi ipſam aſſumendo in vnitatem ſuppoſiti. Hoc fuit cæleſte connubium in thalamo vteri Virginalis hodie conſummatum. Sed huiuſmodi matrimonij nunquã potuit, nec poterit celebrari diuortium: quia pacto Diuino, & perpetuo in ſæcula eſt firmatum. Ideo dicebat Pſal. Confitebor tibi in ſæculum: quia feciſti: anima quidem per paſſionem fuit a corpore ſeparata: ſed vtrique remanſit Diuinitas ſemper vnita. Nota exemplum de arcu fracto, & corda. Et ideo pactum iſtius vnionis Beatæ ducitur in ſæcula. Ioan. 8. Semper mecum eſt, & non relinquit me ſolum: quia quæ placita ſunt ei facio ſemper. Nũquid Diuinitas in quacunque paſſione humanitatem reliquit? Non ſic ſeruant mundani pactum illis quos diligunt, ſi enim eis ſunt vniti in proſperitatibus, tamẽ eos relinquunt in aduerſitatibus. Ita fecerunt Apoſtoli circa Chriſtum. Quem

Pſal. 118

enim

enim in proſperitatibus ſecuti fuerant in tempore Paſſionis omnes eo relicto fu-
gerunt, quilibet poteſt mundo dicere. Elongaſti a me amicum, & proximum', &
notos meos a miſeria. In miſeria enim nullus cognoſcit amicum. Sed non eſt ta-
le fædus Dei: immo in miſeria eſt maxime amicus vnicus. Cum ipſo ſum in tri- *Pſal.90*
bulatione: eripiam eum, & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum.
Ideo dicitur hic. In ſæcula. Hoc cognoſcebat Pſal. Exaltabo te Deus meus rex,
& benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Ipſe enim eſt ille de
quo Apocalip. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit
nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

S E R M O X X X X V I.

De Beato Nicolao.

OPerui in ieiunio animam meam. Vas plenum vino vel alio liquore *Pſal.68*
præcioſo non poteſt melius ab immunditia præſeruari: quam quod ſit
coopertum cooperculo bono. Cum enim eſt bene coopertum non po-
teſt puluis intrare, palea vel Muſca vel alia immuundicia incidere.
Cuius opoſitum eſt quando vas manet diſcoopertum. Idcirco figura-
liter dictum eſt Numer. 19. Vas quod non habuit cooperculum vel ligaturam de
ſuper immundum erit. Vas plenum liquore precioſo eſt humana anima plena di- *Aīa homi-*
uina gratia teſte Apoſto. 2. Corint. 2. Habemus theſaurum in vaſis. Hoc vas debet *nis cōpara-*
in ſumma munditia puritate, & pulchritudine cuſtodiri: ne aliquo modo puluis *tur Vaſi,*
auaritiæ: palea ſuperbiæ, lutum immunditię, Muſca cuiuſcunque culpę valeat ſub *cuius oper-*
intrare. Prouer. 4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: quia vt dicitur Prouer. 22. Qui *culum eſt*
diligit cordis munditiam: habebit amicum regem. Cuſtoditur autem iſtud vas *pęnitentia.*
in puritate, & munditia per operculum quando ſtat anima bene cooperta. Hoc
autem operculum eſt pænitentia. Ratio eſt: Muſca non libenter ponit ſe in loco
ſicco, macilento, & arido ſed in loco humido, pingui, & vnctuoſo. Vnde pro vna
Muſca quę ſit in Eccleſia: ſunt mille in coquina, & pro vna in capitulo, ſunt cētum
in refectorio. Ita recte Muſca, id eſt diabolus vel mortalis culpa non faciliter ſe
ponit in loco arido pænitentiæ: quia ibi nihil inueniret per ſe: ſed in loco pingui
carnalis laſciuiæ vitæ delitioſæ, & voluptuoſæ ibi faciliter inuenitur. Recte ſicut
mel, & alia cibaria ſequuntur Muſcæ in æſtate. Ita culpæ ſequuntur ad vitam vo-
luptuoſam, & delicioſam. Vnde pro vna Muſca quæ ſit in capitulo in loco corre-
ctionis, & pænitentiæ: ſunt decem in refectorio voluptatis, & delitioſæ vitæ. Coo-
perculum ergo defendens animam ab immunditia a Muſca ab omni mortali culpa
eſt pænitentia. Omnino igitur Beatus Nicolaus vas ſuum volens poſſidere in ſan-
ctificatione, in munditia, & puritate: ideo a principio ſuæ puritiæ pænitentiæ o-
perculum oppoſuit ne Muſca, id eſt culpa aliqua poſſet modo aliquo ſubintrare.
Vnde adhuc puerulus feria quarta, & ſexta ieiunans mammas ſemel in die ſuge- *Culpa mu-*
bat: Ideo hoc in verbis aſſumptis Pſal. In eius perſona teſtatur operui, &c. Vbi de- *ſca aſſimila-*
ſcribit Beati Nicolai. *tur.*

Prouidentiam	}	operui in Ieiunio animam meam.
Pænitentiam		
Sapientiam		

Induxit

Induxit de	prouidentia pænitentia ſapientia	perfectionis afflictionis intentionis	pulchritudinem magnitudinem rectitudinem	operui in ieiunio animam.

Fuit igitur in Beato Nicolao ſecundum hęc

Perfectionis Afflictionis Intentionis	pulchritudo magnitudo rectitudo	propulſiua vitiorum inductiua meritorum directiua præmiorum

Ideo dicitur } operui in Ieiunio animam meam.

Quantum ad primum. Nota, quod dicitur in vulgari tale prouerbium. Qui cooperit domum ſuam de tegulis centum annis requieſcit: vt Salomon dicit. Qui bene eam non inlignat, & infuſcat mortem ſuam procurat. Hæc pro tanto dicta ſunt: quia reperitur triplex domorum coopertura: quædam enim cooperiuntur de paleis, quædam de lateribus terreis, quædam de tegulis lapideis. Inter has coopertura: nulla eſt durationis niſi de lapide; quia paleæ faciliter comburuntur, & lateres faciliter deſtruntur. Sed tegulæ lapideæ non cito lęduntur ab igne, neq; franguntur a ventorum turbine. Ita ſpiritualiter quidam cooperiunt ſuam vitã: ſuam conſcientiam de paleis quę faciliter comburuntur, id eſt diuitijs quę faciliter amittuntur. Vnde de auaris dicitur. Ioſue ſecundo, quod operuit eos lini ſtipula. Iſti non quieſcunt centum annis, ideſt propter eas cruciantur multis annis in hac vita, & in perpetum in gæhenna; quia paleæ conſumuntur. Igitur. Matthę.3. Paleas conburet igni inextinguibili. De congregatione diuitum, & diuitiarum. Operuit ſuper congregationem Abiron: & exarſit ignis in Synagoga eorum flamma combuſſit peccatores. Iſtorum opertura eſt peſſima. Sic fuit de illo diuite Epulone qui ſic ſe induerat, & operuerat diuitijs vt ſepultus ſit in inferno. Lucæ 15. Qui in igne palearum clamabat. Crucior in hac flamma. Alij operiunt ſe terra lateribus terreis qui fiunt ex luto, & iſti ſunt immundi qui operiunt ſe delicijs, & iſtos modicus flatus vnius infirmitatis frangit, & rumpit, & iſtis datur iſta ſententia. Apoc.18. Quantum ſe glorificauit, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum, & luctum. Ideo promittitur eis pro lecto linteaminum, & opertura laterum ſtructura tinearum, & opertura vermium. Eſa. 14. Subtus te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Numero. 16. Deſcenderuntque viui in infernũ operti humo. Ergo tam auari, & tenaces quam immundi, & turpes habent peſſimum operimentum. Vnde de eis. Operti ſunt iniquitate quantum ad immundos, & impietate ſua quantum ad auaros.

Diuitiæ paleis cõparãtur.

Pſal.105

Pſal.72.

Contra Auaros.

Sequitur de auaris. Ecce ipſi peccatores in ſæculo obtinuerũt diuitias. Poſtea de immundis. Quia ecce qui elongant ſe a te peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur. Alij ſunt qui ſe cooperiunt de tegulis lapideis, ideſt de actibus virtuoſis quos nec ignis conſumit auariciæ, nec aliquis flatus rumpit immunditiæ. Et iſti non ſolum centum annis, ſed ſemper requieſcunt in pace: quia Amodo iam dicit ſpiritus: vt requieſcant a laboribus ſuis, &c. Apoc.14. De iſtis Pſal. Operuit cęlos gloria eius, ideſt cęleſtes viros, &c. Sed dicit prouerbium, quod cooperiens de tegulis niſi bene, & fortia ligna ſupponat, mortem ſibi procurat. Lignum forte coopertura virtutum ſuſtinens eſt recta intentio bona opera ad Deum dirigens. Ideo qui rectam intentionem ſicut lignum forte, & imputribile non ſupponit ſicut ypocrita morti ſe exponit. Contra quos loquitur Chriſtus. Lucæ. 12. Nihil opertum quod non reueletur. Et tunc. Operiantur ſicut dyſploide confuſione ſua. Eccleſiaſtico 27. O præſumptio nequiſſima: vnde creatura es cooperire aridam maliciam, & doloſitatem

Pſal.118

ſitatem illius: quia igitur hypocriſis eſt lignum fragile tectum preciosorum lapidũ non poteſt ſuſtinere: ſed cadens opprimit hypocritas. In quorum perſona dicit. *Pſal.43*
Humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Beatus Nicolaus ſicut bonus artifex in domo ſua tectum non poſuit de paleis: quia non curauit de diuitijs: immo peleas diſperſit eleemoſynas pauperibus diuiſit. Dic quomodo per aurum datum illas tres puellas maritari fecit. Vide in vita eius hiſtoriam. Item nec de lateribus terris: quia non de delitijs: non cibarijs ſed Ieiunijs: non immunditijs: ſed puritate, & caſtitate. Vnde vide in vita ſua quomodo mulier etiam conſortia fugiebat. Operuit: ergo domum ſuam lapideis tegulis: immo lapidibus præciosis: quia actibus virtuoſis. Patet de iuſtitia: quando tres virgines innocentes morti additos, & tres Principes condemnatos a morte liberauit. Vide hiſtoriam in legenda. Patet etiam de varietate in tributo poſtulato a nautis: & poſtea diſpenſato. Et ſic de alijs. Ezechie. vigeſimo octauo. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, perfectus decore, in delitijs Paradiſi Dei fuiſti omnis lapis preciosus operimentum tuum.

Si fleret ſermo ad populum, hæc auctoritas poſſet exponi.

Quantum ad ſecundum. Nota, quod peccatum comparatur per Eſai.5. Funiculo vel vinculo. Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: & quaſi vinculum plauſtri peccatum. Ratio eſt hæc ad propoſitum. Contingit reis incarceratis, quod incatenantur, & ponitur manus in vinculo, & pes in anulo, quamdiu igitur ſtant in paſcuali vita comedunt, & bibunt ſatis: ſtant pingues, & rotundi, manus, & pedes ſunt groſſi, ſtant ligati, & vinculati, nec poſſunt liberari: quia non poſſunt pedes vel manus extrahere Sed quando ponuntur in pænitentia ad abſtinentiam, ad Ieiunium, ad afflictionem, & macerationem: membra ſubtiliantur, & extenuantur, & ſic per extenuationem pedum extrahunt de anulo, & manum de vinculo, & effugiunt, & liberantur. Peccator in mortali peccato exiſtens eſt in diaboli vinculo. Nam ponit ipſi catenam ad collum ne confiteri poſſit. Compedes in pedibus ne conteri, manicas ferreas in manibus, ne bene operari valeat. Quamdiu igitur homo ſtat in paſculi vita in vita voluptuoſa, non poteſt ſe a vinculo diaboli liberare. Sed poſtquam homo ponit ſe in abſtinentia extenuatur, maceratur, affligitur, & contritione, & confeſſione, & ſatisfactione ſic euadit vinculum diaboli, extrahit pedem de anulo, manus de vinculo, frangit catenam de collo. Ideo beatus Nicolaus vt nullomodo poſſet teneri diaboli vinculo, multa pęnitentia, multa afflictione, multis vigilijs, multis Ieiunijs, multis orationibus, macerauit, & extenuauit corpus. Sciebat enim illud Mar. nono. Hoc genus dęmoniorum non eijcitur niſi in oratione, & Ieiunio. Videatur hiſtoria in legenda de Ieiunijs orationibus, & vigilijs. Humiliabam in Ieiunio animam *Pſal.34*
meam, & oratio mea in ſinum meum conuertetur. Nota quomodo oratio fuit ad ſinum eius conuerſa: quia veniens ad Eccleſiam primus ad vigilandum, & orandum prefectus eſt in epiſcopum. Ideo alibi. Genua mea infirmata ſunt a Ieiu- *Pſal.118*
nio: & caro mea immutata eſt propter oleum. Vtique propter oleum conſecrationis in Epiſcopali conſecratione, & poſt mortem de ſepulchri emanatione. Ex eius namque tumba marmorea ſacrum refudat oleum. Videatur in legenda. Hęc de ſecundo.

Peccatum cõparatur funiculo, vel Vinculo.

3. Nota, quod Viator ſitiens eſt fatuus qui ſequitur viam ſiccam, & arentem quæ non refrigerat: nec ſatiat, nec in medio nec intermino. Sed ille eſt ſapiens qui viam ſequitur: quæ per fontem intermino refrigerat, & ſatiat.

Sed

Digitized by Google

Sed Deus fecit nos viatores donec ſimus comprehenſores. Non enim habemus hic
13 manentem ciuitatem ſed futuram inquirimus. Apoſtolus ad Hebræos 13. Sumus
ergo ſemper in ſiti, & deſiderio beatitudinis. Iuxta illud Auguſtini. Feciſti nos
Domine ad te:& inquietum eſt cor noſtrum donec quieſcat in te. Fatui ergo ſunt
illi peccatores, & viatores qui ſequuntur viam carnalium delectationum carnis,
& non animæ voluntatem:quia illa eſt via arida, & deſerta:vnde anima faciens il-
Pſal. 142. lud iter dicit illud. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi: immo antequam ve-
niant ad terminum ad Deum deficiunt, ſecundum Pſal. Cui libenter bibiſſet di-
centem. Anima eorum in ipſis defecit. Sed illi ſunt prudentes qui viam corpo-
ris deſerentes ad viam animæ,& ſpiritualem attendunt. In cuius termino eſt ille
Pſal.41 fons. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te
Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo
ante faciem Dei mei. Qui igitur via carnis,& voluptuoſa dimiſſa viam ſpiritua-
lem: viam animæ ſequuntur refrigerantur,& ſatiantur: quia refrigerantur in via
meritis, & ſpe: ſatiantur in termino clara viſione. Haurientes aquam gloriæ in
gaudio de fontibus ſaluatoris. Tale viator fuit Beatus Nicolaus: non curabat de
corpore: tenebat viam ſpiritualem animæ dicens cum Pſal. Anima mea in mani-
bus meis ſemper. Ideo ſatiatur modo cum apparuerit ei gloria Dei. Guſtauerat
enim in hac vita de aqua illius fontis qui dixit Ioan.4. Qui biberit ex aqua quam
ego do: fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam æternam. Ad quam, &c.

SERMO XXXXVII.

In quocunque feſto Mortuorum.

Pſal.68. INtende animæ meæ,& libera eam. Nihil trahit plus pium amicum,
& liberalem ad compaſſionem, & miſericordiam, ad ſuffragium, &
beneficium: quam pænoſæ, & doloroſæ captiuitatis oſtenſio. Figura
Exo.3. Quia filij Iſrael doloroſa, & pænoſa captiuitate affligebantur
in ægypto ab ægyptijs:quia ad amaritudinem perducebant vitam ſuã
operibus duris luti,& lateris. Idcirco oſtenderunt Deo ſuam doloroſam captiui-
tatem. Vnde ingemiſcentes filij Iſrael vociferati ſunt. Aſcenditque clamor eo-
rum ad Deum:quo facto ſtatim Deus compaſſus eſt,& tactus eſt ad compaſſionem,
& miſit ſuffragium: contulit auxilium. Vnde dixit ad Moyſem. Vidi afflictionem
populi mei qui eſt in ægypto, & clamorem eius audiui: & ſciens dolorem eius de-
ſcendi vt liberem eum. Volenti diligenter conſiderare nulla doloroſior, & pęno-
ſior captiuitas: quam mortuorum in purgatorio eſt: nec magis egens aliorum au-
xilio,& ſuffragio:patet. Illa eſt flebilis,& doloroſa captiuatio quę eſt in terra alie-
Pſal.136 na. Interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos verba cantionum: Sed quo-
modo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Sed captiuitas mortuorum
illa eſt flebilior:quia non ſolum in terra aliena,ſed ſubtus terram Eſa.14. Infernus
ſubtus. Item illa eſt flebilis quę in terra aliena: ſed quando habet carcerem ar-
ctum: tunc eſt flebilior. Ita eſt de mortuis: quia ponuntur in purgatorio velut in
Pſal 141 carcere ſtricto teterrimo. Educ de carcere animam meam. Item quando eſt ſolu-
tus qui eſt incarceratus eſt flebilis:ſed quando eſt vinculatus flebilior. Ita de mor-
Pſal.150 tuis. Ad alligandos reges eo.in con.& no.eo.in ma.ferreis. Item quando hæc omnia
ſunt

ſunt coniuncta eſt flebilis multum: ſed quando non videt ſolem neque lunam eſt flebilior. Talis eſt in mortuis. Collocauit me in obſcu.ſi.mor.ſeculi. Et alibi. Poſuerunt me in lacu inferiori in tenebroſis, & in vmbra mortis. Item quando hæc omnia ſunt coniuncta nimis eſt amara, & flebilis: ſed quando habet aliquos parentes propinquos, & conſolatores toleratur: ſed quando non habet eſt flebiliſſima. Ita de mortuis: quia nullum habent de parentibus vel amicis ad conſolandum: ſed diabolos ad cruciandum. Diabolus ſtet a dextris eius: hęc quidem omnia flebiliſſima. Pſal. 108
Sed quando adhibentur pręter hęc ignis, & alia tormenta, & eſt fletus horribilis, & ſtridor dentium ſicut eſt de mortuis. Ignis grando nix glacies ſpiritus procellarum pars calicis eorum: hęc mortuorum captiuitas eſt flumine doloroſa pęnoſa, & lacrymoſa: quia exultant: quia vinculati: quia luce preuati: quia dęmonibus ſociati: quia varijs tormentis cruciati, & ideo non habent aliquod refugium. Sed hanc lacrymoſam doloroſam pęnoſam captiuitatem ſuo clamore nobis inſinuant: vt compaſſionis viſcera, & ſuffragiorum, & beneficiorum auxilia conferamus. Vnde dicitur cuilibet noſtrum per eorum quemlibet intende, &c. Vbi clamant vt aliquid. Pſal. 150

Perpendamus }
Impendamus } Intende animę meę, & libera eam
Redimamus }

debemus quidem { Perpendere / Impendere / Redimere } { Grande naufragium / Grande ſuffragium / Acre contagium }

Intende animæ meę, & libera eam } ergo clamant mortui voce magna: vt

{ Perpendamus / Impendamus / Redimamus } { Grande naufragium / Grande ſuffragium / Acre contagium } { finalis conſummationis / ſpiritualis ſubuentionis / gehennalis afflictionis } { Intende / aię meę / & lib. eã }

Quantum ad primum. Nota quod peregrinantium, & eandem viam perambulantium eſt iſta conſuetudo quod cum pręcedentes paſſum malum arduum, & periculoſum inueniunt vbi cadunt, in quo lęduntur, frangũt ſibi pedem vel brachiũ, clamant ad ſubſequentes vt caueant caute, & prudenter tranſeant, ad paſſum diligenter intendant. In cuiuſlibet perſona loquens dicit. Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei: non putet ſe aliquis ſolum eſſe peregrinum: quia omnes peregrinamur à Domino 2. Cor 5. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: ſed futuram inquirimus. Heb. 13. Igitur inter peregrinantes quidem pręcedunt, & primi moriuntur: quidam ſubſequuntur: qui ſcilicet vltimi moriuntur. Sed in via eſt vnus malus paſſus, & arduus horridus, & periculoſus, paſſus, ſcilicet mortis. Iſte paſſus quem nullus tranſiuit adhuc qui non fregerit ſibi: non dixerim pedem vel manum, immo collum nunquam potuit aliquis ita magnus Dominus tranſire, quin oportuit in paſſu iſto exonerare ſuum marſupium. Iſte eſt vnus malus paſſus de regordana, immo certe peior de tota regordana dictus de regordana: quia ſemper debet eſſe in continua noſtra recordatione vnde mortui qui ſciunt periculum, & grauitatem iſtius paſſus clamant vt experti ad nos currendo ſubſequentes vt aduertamus prudenter, tranſeamus diligenter, & continue intendamus, vnde dicunt intende quaſi dicant cum Beato Gregorio. Iacula quę pręuidentur minus feriunt, Ideo precauentes intendite. Contingit enim ſępe peregrinantibus, quod feſtinantes, & currentes antequam credant ad malum paſſum veniunt, & cadentes inaduertenter decipiuntur. Sic multi currunt, & feſtinant non credentes ad interitum, Pſal. 38

ritum,

Digitized by Google

ritum,& inaduertentes antequam credant in paſſum, & in foueam mortis cadunt. Cum dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus ſuper eos venit interitus 1.The.5. Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt. Iob 21. Ideo pręcedentis mortui clamant de iſto paſſu. Et diligenter aduertamus,intende. Exurge, & intende iudicio meo,pondera verba ſingula. Exurge. Nota vocaui mortem naufragium. In mari autem nauigantes,& ſi aliquando iaceant dormiant vel ſedeāt, tamen quando tempeſtate ingruente ſunt prope littus,& timent de naufragio,nullus eſt adeo piger quin ſtet eleuatus,vt ſaltem,& ſi non ſua ſaltem ſe,ſi non veſtitū, ſaltem nudum poſſit ſe ſaluare, poſſit modo aliquo euadere. Si ſpiritualiter, ſi alijs temporibus homo aliquando in mari huius mundi iacuerit vel ſederit in peccatis,tamen quando tempeſtas incedit, id eſt corporis infirmitas gutta febris, & apoſtema, & huiuſmodi. Ex quo corpus incipit grauari ſeneſcere deficere prope littus prope portum, prope terram: quia in terram in ſepulchrum reponendus eſt prope naufragium:tunc ſaltem debet ſurgere a vitijs: ſtare erectus in virtutibus vt a naufragio,a morte:vbi nauis frangitur in duas partes,ſcilicet corpus,& animam. Et ſi non bona ſua: ſaltem nudam animam poſſit ſaluare. Ideo dicitur Exurge. Ephe.5.Surge qui dormis,& exurge a mortuis: & illuminabit te Chriſtus.Surgite poſtquam ſederitis. Sequitur,& intende. Nota tranſeuntes fluuium rapidum torrentem profundum per pontem ſtrictum:cum capite debili nullo modo debet torrentem reſpicere:ſed debent ſemper ad vlteriorem ripam intendere: quia obuoluta immaginatione poſſent in fluuiū cadere. Torrens vita pręſens: portus vlterior Deus:pons ſtrictus mors. Tranſeuntes ergo non ad mundanam vitam pręſentem: non ad filios vel parentes aliquos debent reſpicere: ſed ſemper ad vlteriorem terminum intendere. Nam ad mundum, ad torrentem vitæ mundanæ intendentes ſæpe cadunt in infernum: vt ſunt illi qui amore filiorum nolunt vſuras reſtituere: male ablata reddere:qui propter honorem mundanum nolunt legatis ad pias cauſas hæredes ſuos onerare,& huiuſmodi non intendētes ad mundum: ſed ad Deum. Dicunt Cum exurgerent homines in nos forte viuos deglutiſſent nos. Cum iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Hoc eſt quando vxores filij parentes retrahunt a bonis quando faciunt teſtamenta. Sed eis non auditis dicunt:torrentem pertranſiuit anima noſtra,&c. Nota de muliere ægrotante: cum faceret teſtamentum quomodo ſoror ipſi maledicebat, & tamen maledicens præmortua fuit teſtanti. Ideo dicitur intende. Intende proſpere procede:Sequitur: Iudicio meo:quod eſt illud iudicium. Vtique illud Eccle.38. Memor eſto iudicij mei:quia ſic erit, & tuum: mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui requiſcere fac memoriam quid eſt hoc? Ecce ſi rex dediſſet iudicium vt tu eſſes coram eo paratus reddere rationem quandocunque ventus regnans ceſſaret: quid ergo ventus niſi vita pręſens Iob 6.Memento mei Deus:quia ventus eſt vita mea:immo eſt vapor ad modicum parens. Iac.4. Hoc ergo fuit a Deo ſuper omnes datum iudiciū vt quamcito ceſſabit iſte ventus tamcito parati compareamus: alioquin in rebus, & perſona pariter condemnabimur. Hoc iudicium ſubierunt priores mortui:quia cum defecit ventus vitæ preſentis: ſtatim oportuit vt coram Deo iudicandi comparerent. Et quia hoc eſt terribile,& eis hora fuit, & nobis eſt incerta. Ideo dicunt. Memor eſto iudicij mei: quia ſic erit,& tuum: mihi heri, & tibi hodie. Et nota quod in ventis quandoque quanto ventus fortior:tanto minus durat. Ita ſępe in mundo quando creditur vita longior:tunc ſubito deficit.Nota quomodo magnum ventum ſubito facit ceſſare modica pluuia. Ita fortem iuuentutem magnam proſperitatem,&c. Modica infirmitas; ergo,&c. In requie mortui fac requieſcere memoriam ſemper cogitando meditando illud iudicium formidando. Et ideo

Pſal. 34. Pſal. 126 Pſal. 123. Pſal. 44

dicitur

Digitized by Google

dicitur. Intende iudicio meo. Sed nota contingit aliquando aliquos voluntarie affe
ctuoſe ad bellum procedere cum arcu, & ſagittis qui promittunt mirabilia: & ſunt
poſtea primi fugientes. Ita quandoque aliqui viſa morte aliorum proponunt de
cœtero peccata dimittere, & mirabilia facere. Sed poſtea quando venitur ad factũ:
ſunt qui primi obliuiſcuntur, & ad peccata reuertuntur: tentatione veniente. Filij *Pſal. 77*
Effrem intendentes, & mittentes arcum: conuerſi ſunt in die belli.

Nota quòd mendicanti bene veſtito diuiti, & abundanti nullus compateretur: ſed pauperi qui ſuſcepit naufragium: qui non ſolum merces ſed veſtes perdidit: qui nudus, & exutus vix euaſit: & in prima pagina Porphirij remanſit, cum oſtendit nuditatem ſuam paupertatem ſuum caſum: & puta cum nuditate, quòd deuotę Dominę ſibi veſtes fecerunt tempore Hyemali. Nota hiſtoriam, in morte morientes patiuntur tale naufragium quod in iſto mundo nihil eis remanet: quia nec bona fortunæ: nec bona naturæ: immo exuta, & ſpoliata Domina veſte, ideſt corpore proprio nudata vix euadit. Idcirco tanquam depauperata: & totaliter nudata cui pęnitus nihil de hac vita remanſit. In mortis naufragio: in quo vnus poſtis iuit ad ſepulchrum: & alius ad purgatorium. Mendicat a viuentibus. & clamat. Intende animæ meæ non corpori: ſed animæ ſpoliatæ. Hierem. 21. Erit ibi anima ſua quaſi
ſpolium. Deſcendunt vſque ad inferos: anima eorum in malis tabeſcebat. O quis *Pſal. 106*
vidiſſet heri hunc mortuum patrem, matrem, fratrem, vel filium, & cętera. Nudum & frigeſcentem, & veſtem ſaltem aliquantulam non tradidiſſet: ſitientem, & eſurientem: & cibum potumque non dediſſet: & tamen frigeſcunt, fameſcunt, ſitiunt, & omni humano auxilio deficiunt: acerbiſſimis pęnis afflicti. Pſalm. 114. Eſurientes, & ſitientes anima eorum in ipſis defecit: ideo paupercula defecit anima per viuorum ſuffragia de purgatorio liberata. Dicit cum Pſalm. 114. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapſu. De quo idem pſalmiſta alibi. Eripuiſti animam meam de morte pedes meos de lapſu: vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

Quantum ad tertium audi vnicam mortui orationem: vnicam deprecationem quam petit: nunquam poſtea eam petiturus: libera animam meam in Pſalm. Suauis eſt miſericordia tua libera me: quia egenus, & pauper ſum ego: libera me inquam tu qui teneris: ratione propinquitatis: quam habuiſti forte: fuiſti pater mater ſoror vel filius, & huiuſmodi. Nota in corpore naturali ſi caput doleat manus apponit tactum ſupponit emplaſtrum condolent cœtera membra. Si manus doleat, vna alteram iuuat, & caput reſpicit: & pedes neceſſaria procurant. Si pedes doleant caput & cœtera membra iuuant, multi ſumus alter alterius membra. Caput ſunt illi a quibus proceſſimus pater mater, & ſuperiores: manus ſunt fratres ſorores, & alij æquales. Pedes ſunt filij, & filiæ, & alij inferiores: ergo ſi in minoribus neceſſitatibus corporalia membra mutuo ſe iuuant, mutuo ſeruitia ſibi impendunt: quare ſi caput, ideſt pater mater, &c. petunt miſericorditer liberari: ſi manus, ideſt ſoror vel frater, ſi pes, ideſt filius vel filia, & clamant allegantes propinquitatem. Quanta erit crudelitas nolentium liberare. Non poterat ruben fratris continere pœnam. Gen. 37. Sed nitebatur liberare eum. Ideo dicitur primi Machab. 5. Valde libera fratres tuos: ratione vtilitatis qoam recepiſti. O Deus quam fortiter aliqui ardent in inferno, vel purgatorio pro te. Nota dicitur in vulgari prouerbio. Fatuus eſt qui ſe comburit pro aliena carbonata: contingit aliquando alienam carbonatam cum diligentia aliqua coquere, & parare. Ipſeque qui parat comburitur, quam coctam alius comedit: & deleſo ridet, & truffatur.

Ita mortui parauerunt nobis carbonatam: vnde ſunt in carbonibus ſcilicet propter vtilitatem quam nos recepimus ipſi procurauerunt, emerunt, & dimiſerunt domos agros, vineas: pecunias, & ſic de alijs fuerunt multum auidi, & curioſi ad cōgregandum, & cum omnia nobis in morte dimiſerint eis pro ſua liberatione clamātibus: de toto vino non impenditur vna gutta. De blado vna eleemoſyna: de pecunia vnus obolus. Et nos bene de eorum bonis induimur, cibamur, & potamur, immo luxuriamus: ludimus, truffamus, & ipſi qui acquiſierunt exiſtunt, & cruciantur in flammis: ſunt in carbonibus: hęc eſt carbonata. Ideo verum eſt vulgare prouerbium. Fatuus eſt qui pro aliena carbonata comburitur: ergo recepta beneficia tedebent mouere ad liberandum eos. Ideo primi Regum. 14 Cum Ionathas magnam vtilitatem feciſſet in populo, & deberet occidi non permiſit populus: ſed liberauit eum a morte. Vnde dicitur ibi. Ergo ne morietur Ionathas qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael. Liberauit ego populus Ionatham vt non moreretur ratione familiaritatis quam contraxiſtis. Recordare: quia tecum comederunt, biberunt: dormierunt, locuti fuerunt: te dilexerunt. O modo cognoſcetur amicitia tua: in neceſſitatibus comprobantur amici. Legi quod quidam canis Dominum ſuum diligens ſuper ſepulturam aſſociauit ſuper mortuum corpus plorās datum panem comedere noluit: ſed ad os mortui apportauit: proiectumque corpus in fluuium ſecum de fluuio ad littus vſque portauit. O ſi in brutis eſt hæc humanitas quid debet eſſe in charis amicis. Ideo dicitur. Liberauit pauperem a potente, & pauperem cui non erat adiutor. Sed hodie conqueruntur aliqui cum Pſal. Obliuioni datus ſum: tanquam mortuus a corde. Nota prouerbium vulgare. Bonne vie pere, & mere oublie. Non recolit partem bona vita ſuum neque matrem. Sed pro vero ſicut obliuiſcuntur mortuorum: ita Deus obliuiſcetur eorum. Obliuiſcetur miſereri Deus. Ideo dicitur Prouerbium 25. Gratia, & amicitia liberant quas tibi ſerua ne exprobabilis fias: quia pro vero iudicium ſine miſericordia fiet illi qui nō fecerit miſericordiam. Iacob 2. Ergo clamant ad te mortui: libera animam eorum, & teneris ratione propinquitatis quam habuiſti: familiaritatis quam contraxiſti: vtilitatis quam recepiſti. Et licet certe hoc docet ratio te tamen docet auiū natura, & conditio. Paſſerum eſt natura, quod ſi vnus capiatur in terra laqueo ſtatim clamat ad alios, & ſtatim omnes alij conueniunt, & roſtro ac alis percutientes frangunt laqueum, & ſic liberant paſſerem captiuum, & ille cantans ſtatim fugit, & verſus cęlum aſcendit: ita debet eſſet in nobis. Vt enim dicitur Matth. 10. Multis paſſeribus meliores eſtis vos: Ideo vno in purgatorio illaqueato, & captiuato non ſolum in terra: ſed infra terram clamante ad nos pro ſua liberatione omnes debemus ſuccurrere, & ore, & opere, & orationibus, & eleemoſinis liberare: vnde ſic liberati ad modum paſſerum exultantes aduolant in cęlum dicentes. Anima mea ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini: qui fecit cęlum, & terram. Ad quod cęlum, &c.

Pſal. 71 *Pſal. 76.* *Pſal. 123.*

SER-

SERMO XXXXVIII.

De feſto Natalis Domini, vel de Annunciatione Dominica.

Pſal. 69

EGo vero egenus, & pauper ſum Deus. Sicut ſub precioſo habitu latet quandoque perſona paruæ conditionis vt patet in hiſtrionibus, qui portant veſtes præcioſas ſibi datas: ita ſub abiecto habitu latet quandoque perſona magnæ perfectionis: vt patet in regibus, qui portant aliquando veſtes ſeruorum veſtes mutatas, & ſimulatas. Hoc autem reges conſueuerunt facere bellum aliquod ingreſſuri. Figura 1. Regum. 28. Ille Saul intrans bellum mutauit habitum, & venit ad mulierem in endor: quem tãdem mulier agnoſcens dixit. Tu es enim Saul, abiectus ergo habitus non tollit perſonæ perfectionem: non tollit regiam dignitatem, & quandoque affert magnam vtilitatem: quia frequenter in bellis per diſſimulatum habitum: reges victoriam obtinent, & triumphum. Spiritualiter Dei filius in hunc mundum intrauit velut alter rex contra philiſtæos, ideſt diabolos pugnaturus. Prius tamen venit ad mulierem ad Mariam virginem: vbi habitum diuinæ maieſtatis operuit, veſte noſtræ aſſumptæ humanitatis. Si enim veſte diuinitatis indutus contra diabolum veniſſet, ſtatim diabolus fugiſſet, & nunquam ei in campum occurriſſet. Ideo mutauit rex habitum ſuum, vt diabolo incognitus ſub veſte abiecta, & paupere noſtræ paupertatis vinceret inimicum. Vnde dicit Apoſt. ad Phil. 2. Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Igitur ſicut aurum ſub arena latet, & naſcitur, nec perdit ſuam nobilitatem, ſicut lapis preçioſus ſub terra iacet, & oritur, nec perdit ſuam præcioſitatem. Ita Dei filius in hũc mundum ingrediens ſub terra: ſub arena noſtræ humanitatis poſitus de terra de Vergine Maria paupere egreditur, nec perdit ſuam diuinitatem. Et hoc eſt, quod ipſe in verbis aſſumptis teſtatur. Ego vero egenus, & pauper ſum Deus: ipſe deſcribitur aliquid.

Chriſtus auro comparatur.

Maria virgo Terræ cõparatur.

Humile	quod	Apprehendit	Ego egenus, & pauper
Vtile		Impendit	Deus
Mirabile		Comprehendit	ſum, ſcilicet vtrunque

Deſcribit	In humili	grande	ſupplicium noſtræ calamitatis	ego ege
ergo Dei	Vtili		faſtigium ſupernæ maieſtatis	Deus
filius	Mirabili		conſortium ſtupendæ vnitatis	ſum, & c.

1 Nota, quod poſſet aliquis mirari, quare Dei filius mundum ingrediens, ita voluit eſſe pauper. Cum quidam Philoſophus dixerit, quod paupertas eſt odibile bonum. Certe reſpondet ad hoc Apoſt. 2. Corint. 8. Cum eſſet diues, propter nos egenus factus eſt. Ratio autem prima fuit iſta. Aduenit in hunc mundum ad bellum eo dicente. Matt. 10. Non veni pacem mittere in terram: ſed gladium. Venit igitur ad bellum: non niſi contra ſerpentem antiquum: contra ſerpentẽ illum qui momordit parentem primum. Cuius morſus venenoſus interfecit totum genus humanum. Eſt autem ſerpentis natura, quod non timet hominem veſtitum: ſed timet, & fugit hominem nudum. In homine enim veſtito habet, quod mordeat, in homine nudo non: quia quilibet cuſtodit. Ita diabolus non timet hominem veſtitum multis diuitijs: quia habet in quo mordeat: vel in acquirendo, vel in poſſidendo: vel in non dãdo, vel male conſumendo, vel in male diſſipando, vel in male diſpenſando, vel in

Digitized by Google

nimis diligendo. Vnde ex multiplici parte inuenit in diuitibus, vbi mordeat, vbi
venenum infundat. Sed in nudo paupere nihil inuenit, non habet vbi dentem im-
ponat. Ideo Chriſtus nudus, & pauper fuit in præſepio, in mundo, in patibulo, di-
cens cum Iob. 1 Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Ideo
Chriſtum nudum videns Diabolus in præſepio, quia mater panniculis eum inuo-
luit. In mundo, quia filius hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. In patibu-
lo, quia exuerunt eum veſtimentis ſuis. Idcirco ſerpens antiquus fuit fugatus de
mundo, & fugit Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Pauper ſum ego, & in
laboribus a iuuentute mea. Exaltatas autem humiliatus ſum, & conturbatus. Secun
da eſt ratio, quia homo oneratus eſt impeditus a curſu, ab aſcenſu, ab ingreſſu. Ecō-
uerſo, homo oneratus grandi ſarcina diſponitur ad ſtatum, ad caſum, ad extra ſtan
dum. Onus graue ſarcina magna ſunt mundanæ diuitiæ, quæ animam ſuo pondere
ſic onerant: vt eam impediant a curſu mandatorum Dei: ab aſcenſu in Cœlum, ab
ingreſſu in paradiſum. Econuerſo vero diſponunt ad ſtatum in culpa, ad caſum in
gehennam, ad ſtandum extra a gloria. Figura in diuite Epulone. Luc. 16. Qui ceci-
dit in infernum, & paupere Lazaro, qui eſt portatus in Paradiſum. Quia igitur Dei
filius venit, vt gygas ad currendam viam: in Pſalm. Quia venit ad aſcendendum in
Cœlum, vnde venerat: ad intrandum in paradiſum, vnde homo expulſus fuerat.
Idcirco noluit eſſe oneratus diuitijs, ne tanta ſarcina impediretur a curſu, aſcenſu,
& ingreſſu, & nos eius auxilio inſtructi ſciremus ſarcinam iſtam deponere, & eum ſi
militer ſequeremur. Beati enim pauperes ſpiritu. Quoniam ipſorum eſt regnum
Pſal.39 Cœlorum. Matt. v. Ideo dicit. Ego autem medicus ſum, & pauper. Ego inquam pau
per ſum: in mundum veniens, per mundum procedens, & mundum exiens. Primo ad
modum fluuii. Nota ſecundum Philoſophum, quod fluuius exit a mare, & a terra.
Aliquorum autem fluuiorum eſt natura, quod a terra exeuntes, & a mari ad terrā
poroſam venientes paulatim videntur aqua depauperari, quia terram ſubintrant,
& poſtea terram egrediuntur, & tunc creſcunt. Et quandoque duplicati a mare re-
uertuntur. Ita Dei filius egrediens a mari Diuinæ, & paternę maieſtatis terram ſub
intrauit vteri virginalis, vbi latitans viſus eſt depauperari. Sed tandem in die Na-
tiuitatis egrediens, & vſque ad mare eiuſdem maieſtatis in Aſcenſione regrediens,
cum duplici turma intrauit, ſcilicet Diuinitate, & Humanitate. Gen. 32. In bacu-
lo Iordanem iſtum tranſiui, & nunc cum duabus turmis regredior Eccl. 44. Ego flu-
uius dorix, & quaſi aquęductus exiui de paradiſo, dixi rigabo hortum plantatio-
num, inebriabo partus mei fructus. Dorix interpretatur medicamentum generatio
nis. Nota fluuius terram ſubintrans ingrediens, & egrediens non eam lacerat, de-
ſtruit, & diſſipat, ſed fœcundat, & humore ſuo inebriat, & impinguit. Sic Dei filius
matrem ingrediens in conceptione, & egrediens in parturitione non lacerauit, non
violauit ſicut faciunt cœteri filij hominum, ſed ſua Diuinitate fœcundauit, & ſpi-
ritu ſancto inebriauit. Ideo dicitur. Ego fluuius dorix, ideſt medicamentum genera
tionis. Cœteri enim homines ſunt vulnus in matre, ſed iſte medicamentum ſeruans
in ea verginitatem, & per fœcunditatem mendicans ſterilitatem. Ego inquam talis
fluuius pauper. Secundo admodum lilij. Nota lilium conuallium dicitur herba ha
bens florem multum odoriferum, & colorem album, & rubeum cuius non ſunt aliæ
delitię, vel diuitię niſi ſolę ſpinę. Naſcitur enim, & conſeruatur, ſemperque manet
vſque in fine, inter aculeos, inter ſpinas, & tamen inter punctiones, & aculeationes
ſecunduat candorem pulchritudinis, & odorem ſuauitatis. Dicitur autem conual-
lium: quia in vallibus naſcitur inter montes. Talis fuit Dei filius: ipſe enim fuit li-
lium conuallium natus in valle vteri virginalis inter montem Diuinitatis, & Hu-
manitatis.

Vtique

Vtique candidus conceptionis puritate, & rubicundus paſſionis acerbitate, odoriferus conuerſationis ſanctitate. Hic autem natus, & conuerſatus, & tandē fuit mortuus inter ſpinas: quia in paupertate in perſecutione. Nam natus ſtatim habuit pūctiones in duro preſepio: ſtatim punctiones in circuncisione ex cultro lapideo: punctiones ex herode peſſimo: in Ieiunio, in deſerto, in cruce, ex aceto, ſpinis, clauis, lācea, & omni opprobrio, & inter hæc fuit huiuſmodi filij pulchritudo, & virtus, & valor integre conſeruata. Ideo Cant. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium, ſicut lilium inter ſpinas. Ego inquam talis flos pauper. Tertio ad modum oſtij. Nota quādoque theſaurus preciosiſſimus eſt in domo oſtio paupere clauſa: in quo non ſunt niſi duo poſtes lignei: & tamen intus continentur aurum, & lapides præcioſi. Talis domus theſaurus eſt Chriſti perſona in qua ſecundum Apoſtolum. Colo. 2. Sunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi: immo non eſt finis theſaurorum eius. Diuitiæ ergo illæ, quas admiratur. Ad Rom. 11. Apoſt. O (inquit) altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, ſunt incluſæ in domo iſta in Chriſti perſona ſub duorum poſtium oſtio, ſcilicet poſtis corporis, & poſtis animæ. Ad iſtas diuitias diuinitatis nullus potuit attingere, nec pertingere: donec iſti poſtes fuerunt diſiuncti, fuerunt aperti. Et quando iſta duo fuerunt diſiuncta, ſcilicet corpus, & anima: tunc potuit quilibet ingredi ad diuitias gloriæ, quæ latebant intra iſtos duos poſtes. Hoc autem factum eſt in Paſſione: quando vnus poſtis iuit ad infernum, & alius ad ſepulcrum: vnde tunc primo quaſi eſſet patens oſtium: quod prius ſemper fuerat clauſum: dictum fuit latroni: hodie mecum eris in Paradiſo. Non obſtante ergo paupertate iſtorum duorum poſtium, qui erant lignei de noſtra humanitate paupere: in eis latebant interius diuitiæ ſalutis, & gratiæ. Ioan. 10. Ego ſum oſtium per me ſi quis intrauerit, ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Ideo dicit Chriſtus. Ego ſum mendicus, & pauper. Threnorum. 3. Ego vir videns paupertatem meam.

Chriſtus oſtium eſt.

2 Nota, quod poſſet aliquis dubitare, quomodo iſte puer poteſt eſſe Deus: quo modo poteſt cognoſci, quod ipſe ſit Deus. Reſpondeo iuxta illud vulgare prouerbium. Tal Signor, tal familia. Dominus cognoſcitur in famulante familia, & magiſter in operum excellentia, ergo vide, quæ familia iſti puero famulatur: non vtique alia, niſi Angeli: ergo ipſe eſt Dominus Angelorum. Vnde Luc. 2. Subito facta eſt cum Angelo multitudo cęleſtis militiæ laudantium, & dicentium: Gloria in excelſis Deo. Quoniam, quis Deus prçter Dominum: aut quis Deus præter Deum noſtrum. Vide etiam qualia ſunt huius pueri miranda opera, templum ruit, fons olei fluit, noua ſtella micat. Triplex ſol irradiat: virgo cum puero in aureo circulo ſe monſtrat, bos, & aſinus ipſum adorant. Nota mirabilia hæc in floribus ſanctorum, ergo opera prædicant, & artificis eminantiam: ſicut familia Domini excellentiam, & vtraque maieſtatem diuinam. Ego cognoui, quod magnus eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus dijs. Omnia quæcunque voluit, fecit in cęlo, & in terra. Certe ſola Dei voluntate non naturæ poſitæ, ſunt hæc opera: immo mirabiliora, quod vnquam opus tam mirabile, quod virgo pariat, quod mater virgo remaneat, ſit fæcunditas. Et cum virgine maternitas, non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis 3. Regum. 10. Tua ſunt hæc Chriſte opera Deus ait Pſal. In ſancto via tua: quis Deus magnus ſicut Deus noſter: tu es Deus, qui facis mirabilia. Et ſi vis in hoc ſecundo membro curioſius procedere: fac loqui ſingulas creaturas in quibus facta ſunt hæc mirabilia. Et quia talia non erant opera creaturæ: ſed creatoris prædicet ipſum creatura quælibet ſuum creatorem eſſe.

Pſal. 18

Pſal. 134

Digitized by Google

3 Nota, quod hoc eſt ſtupendum conſortium, & mirandę dignitatis, & vnitatis, quod ſint ſimul puer in incunabilis, & Deus in altiſſimis puer pauper egens in terris, & omnipotens in cęlis ſimul in vnum diues, & pauper, & tamen vtrumque ſe aſſerit eſſe, dicens: ſum. Nota ſi regis filius ſuſciperet in aliquo monaſterio habitum paupertatis, ſimul eſſet religionis frater, & filius regis diues ex patre, & pauper ex religione. Ita Dei filius vt exaltaret religionem Chriſtianam, habitum paupertatis noſtræ humanitatis aſſumpſit factus frater noſter, & pauper exiſtens filius regis, & diues. Ideo dicitur. Egenus, & pauper ſum Deus. Gene. 45. Ego ſum Ioſeph frater veſter nolite timere. Pro ſalute enim veſtra miſit me Dominus ante vos. Nota Ioſeph dicitur ſaluator mundi. Ita iſte ergo ſicut lapis angularis vnus exiſtens coniungit in ſe duos diuerſos parietes, & connectit: ita Dei filius in vnico ſuppoſito coniungit duos parietes diuerſos diuinitatis, & humanitatis. Ex quibus domus Eccleſiæ ipſo exiſtente capite eſt conſtructa. Lapidem, quem reproba. ędifi. hic fac. eſt in ca. anguli. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo prius diuidendo dixi, quod erat mirabile conſortium. Sicut igitur fuit mirabile, quod Ioſeph venditus, & reprobatus à fratribus: factus eſt tamen eorum caput, Dominus, & ſaluator. Sed pro vero non ſolum hoc mirabile: ſed aliud magnum, quod latet in iſto reprobo lapide. Nota inter lapides, qui gerunt humanam ſpeciem, figuram, & imaginem, eſt hæc differentia: quia quædam imagines fiunt per inferiorem manum, & artem: vt quæ fiunt per ſculturam, quædam fiunt manu altiore, vt per virtutem cęleſtem influxam, vt patet in lapide precioſo humanum vultum habente, qui vulgariter vocatur camen, quod literaliter dictum idem eſt, ſicut ego. Imagines igitur lapideæ, quæ fiunt per manum inferiorem, & humanam artem, fiunt cum quadam violentia, & rupta per ſeparationem partis a parte, & per lapis conſumptionem, & deſtructionem Sed imagines, quæ fiunt per manum altiorem, per virtutem cęleſtem, fiunt ſine violentia, abſque fractione, & deſtructione: ſed ſola virtus cęleſtis partes adunans figurat humana lineamenta, & inducit humanam ſimilitudinem ad lapidis perfectionem: vt patet in dicto lapide precioſo: qui idcirco vocatur camen, quia habet humanam faciem, ſicut homo. Ita ſpiritualiter quidam homines generantur manu inferiori per naturam, modo communi ſolo opere naturali, & iſti omnes alij a Chriſto. Et iſti ſculpuntur, & fiunt cum violentia per ſeparationem partis a parte in vtroque patiente, vnde ſemper eſt violatio virginitatis, & fractio clauſtrorum pudoris in horum omnium generatione, & in matribus deſtructio, & in partu ſimiliter. Sed fuit vnus lapis precioſus dictus, ſicut ego, camen, non factus manu inferiori: ſed ſuperiori ſola cęleſti virtute, ſine violentia, abſque fractione, virgine matre perfecta conceptus genitus, & natus in ventre, caro noſtra: cum humana facie Spiritus ſancti operatione lineamenta humana ſuſcipiens, & homo figuratus. Vnde, quia hic lapis precioſus erat ſic factus: dicitur. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris: quia ſic reprobatus a Iudęis, & poſtea factus eſt caput mirabile. Ipſe tamen qui dicit. Ego ſum α. & ω, principium, & finis. Apoc. vlti. Ipſe potuit eſſe Deus, & homo, lapis angularis reprobatus, & poſt ea caput factus coniungens parietem diuinitatis, & humanitatis vtrumque exiſtens. Ideo dicit ipſe Sapientia. 78. Sum quidem ego mortalis homo ſimilis alijs hominibus, & in ventre matris meæ figuratus ſum caro: ergo ſimiliter fuerunt pauper, & diues; Deus, & homo. Ioan. 1. In principio erat verbum, & Deus erat verbum, & verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Cuius gloriam vidimus. Ad quam gloriam, &c.

Pſal. 117

SER-

Digitized by Google

SERMO XXXXIX.

De Beato Antonio.

TAnquam prodigium factus ſum multis,& tu adiutor fortis. Viam huius mundi ad mortis terminum:ſcriptura ſacra vocat viam maris. In mari via tua,& ſemitæ tuæ in aquis multis. Ratio eſt ſicut mare non eſt ſine amaritudine,ſine procellis,fluctibus,& tempeſtate. Sic vita iſta nō eſt ſine amaritudine,ſine fluctibus tentationum : ſine procellis tribulationum:ſine tempeſtate perſecutionum. Verum eſt, quod ſic eſt in mari ſpirituali ſicut in mari corporali : in quo ita eſt,quod quando aliquis natat in eo:quando habet aliquem ſuſtentatorem,cui innititur qui tenet eum per mentum,tenet ei caput ſemper eleuatum,iſte ſine labore natat, ſine periculo venit ad portum faciliter, & leuiter portat laborem natandi, & procellas fluctus, & tempeſtates maris. Quando autem aliquis natat nullum habens adiutorem, niſi vires proprias, non habens in magnis fluctibus, tempeſtatibus, & procellis alienum auxilium, cito deficit, & ad terminum non peruenit:ſed in profundum ſubmerſus deſcendit. Ita eſt ſpiritualiter inter procellas tentationes,& tribulationes huius mundi : natant boni,& mali, iuſti,& iniuſti,ſancti,& peccatores:ſed differenter,quia ſancti habent alium ſcilicet Deum cui innituntur: qui eos ſuſtinet per mentum , & tenet eis caput eleuatū ad cælum:non enim in ſe,ſed in Deo confidentes dicunt. Torrentem pertranſiuit anima noſtra,&c. Forſitan aqua abſorbuiſſet nos, niſi quia Dominus erat in nobis. *Pſal.123* Vnde nec tentationes carnis, nec perſecutiones huius mundi , nec laquei diaboli , nec vllus iſtorum fluctuum nos potuit abſorbere:immo laqueus contritus eſt,& nos liberati ſumus. Sed quæ horum ratio ? Certe,adiutorium noſtrum in nomine Domini,ideo,quia Deus tenet eos per mentum, habent caput, voluntatem, cor ſuum eleuatum in ſolo Deo: confidunt in ſuis tribulationibus,ideo perueniunt ad portū Paradiſi. Factus es ſuſceptor meus , & refugium meum in die tribulationis meæ. *Pſal.38.* Adiutor meus tibi pſallam : quia Deus ſuſceptor meus es. Peccatores autem econuerſo:non in Deo,ſed in ſuis diuitijs,viribus,vanitatibus confidentes natant, & nō habent Deum eleuantem caput,& mentum tenentem : quapropter cito deficiunt: ad portum Paradiſi non perueniunt:ſed in profundum inferni deſcendunt. Quid gloriaris in malitia,qui potens es iniquitate?ſequitur, propterea Deus deſtruet te *Pſal.51* in finem,& radicem tuam de terra viuentium: videbunt iuſti,& timebunt,& ſuper eum ridebunt,& dicent,ecce homo,qui non poſuit Deum adiutorem ſuum:ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua . Horum figura Exo.16. Filij Iſrael confidentes in Deo:& Deum habentes fortem adiutorem tranſierunt per mare rubrum ad terram promiſſionis. Sed ægyptij in ſuis equitibus confidentes ſubmerſi ſunt in profundum, vnde dicitur ibidem. Ingreſſus eſt pharao cum curribus , & equitibus eius in mari, & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris : filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius. Ratio eſt, quia iſtos tenebat,& dirigebat,alios dimittebat. Ibidem Extendiſti manum tuam,& deuorauit eos terra:ecce quantum ad malos: dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti , & portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum , ecce adiutor fortis, quantum ad bonos. Ita recte hodie in mundo de malis , & bonis applica . Iniuſti diſperibunt ſimul reliquiæ impiorum interibunt , ſalus autem iuſtorum a Domino , & protector eorum in tempore tribulationis. Adiuuabit eos *Pſal.36* Deus , & liberabit, & ſaluabit eos:quia ſperauerunt in eo . Ad propoſitum , inter

omnes ſanctos in mari huius mundi: Beatus Antonius natans, horribiles procella ſuſtinuit,'& tribulationes tempeſtates, & potiſſime tempeſtates, & procellas a dęmonibus immiſſas intantum, vt ſit quoddam extraneum mirabile illas perſecutiones, illas tentationes, & tribulationes audire: vnde ipſe videns, quod tot erant dæmones, ipſum volentes ſubmergere: ad Deum ſuum fortem ſuſtentatorem, adiutorem, & creatorem confugit: qui ipſum mirabiliter ad portum Paradiſi perduxit, & hoc ſibi confitetur in verbis iſtis. Tanquam prodigium factus eſt multis: in quibus deſcribitur ſingulare.

Spectaculum / ſignaculum / miraculum } prodigium fa / ctusſum mul. / & tu ad.for. } igitur ſecundum hoc proponitur iſtud

Spectaculum / ſignaculum / miraculum } velut { concertationis / imitationis / ſubuentionis

præcipuæ / continuæ / deifluæ. } Oſtenditur igitur

concertatio / imitatio / ſubentio } ſpectaculi ſingularior / ſignaculi laborioſior / miraculi prepotentior } ex

honore / munere / opere } tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.

1 Nota, quod inter cætera mundana ſpectacula quæ ſunt concertationis pręcipuæ ſunt illa, quæ ſunt inter milites fatuos, qui vulgariter vocantur Caualieri Sil ueſtri, milites ſilueſtres qui ſunt fatui mimi quorum eſt talis conditio, quod ſemper deberent eſſe parati ad luctas: vnde debent cum alio milite ſilueſtri ſemper requiſiti haſtis ludere, & inſtare ad minus vſque ad tres ictus, ad tres curſus: nec propter mortis timorem modo aliquo refutare, & iſtorum ſpectacula concertantium conſueuerunt libenter intueri homines: & videre ſecundũ quod ſcribitur Iob 7. Militia eſt hominis vita ſuper terram: ſed milites Dei ſunt fatui quo ad mũdum. Vnde dicit Apoſt. 1. Cor. 4. Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus: nos ſtulti propter Chriſtum: inter cæteros autem Chriſti milites: Beatus Antonius voluit eſſe miles ſilueſter: vt ſicut iſti milites ſilueſtres intrant magnorum curias, & ſibi acquirunt magnorum veſtes: ita ipſe per iſtam militiam poſſet intrare cęlorum curiam, & habere gloriæ veſtem. Adeo autem factus eſt ſilueſter, quod viginti annorum exiſtens, ſilueſtrem eremum intrauerat: vbi vſq; ad centum annos eremiticam, & ſilueſtrem vitam tenuit. Audiens hæc diabolus velut ipſe ſilueſter miles alius, & fatuus voluit cum Beato Antonio confligere, & cum eo tres curſus, & tres ictus habere, quos B. Antonius minime recuſauit: fuerunt autem iſti tres curſus tres tentationes: ſcilicet de inconſtantia, immunditia, & auaritia. Venerũt igitur ad primum conflictum ad primum curſum: in quo dæmones Beatum Antonium timore, tremore, ac terrore, clamoribus, & verberibus voluerũt ſanctum a ſtatu pęnitentiæ Monachali, & Eremitico per inconſtantiã deijcere. Vnde legitur in vita eius, quod in formas Leonum, Vrſorum, Bouum,'& cęterorum crudeliũ animalium ſe dæmones trãsfigurantes, rugitibus, & dentibus, & vnguibus eũ inuadẽtes, lacerãtes, & vſq; ad ſanguinẽ vulnerãtes pręualere non potuerunt: ſed magis dęmonibus inſultabat dicens, quod in hoc quales, & quantæ virtutis eſſent oſtendebant: qui in irrationabilium formas ſe transformabant: vnde victi finaliter dæmones aufugerunt.

Videns

Digitized by Google

Videns diabolus, quòd in primo curſu nihil potuiſſet facere, ſecundum curſum aggreditur: volens per immunditiam ipſum deijcere: vnde ei in ſpecie mulieris pulchrę apparens: quam animal viderat, ad immunditiam prouocabat. Sed Beatus a quibuſdam dicitur ſe in ignem proieciſſe, & ne Diabolus præualeret, igne ignem fugauit. Tunc Diabolus tertium curſum faciens, per auaritiam eum proſtrare voluit; Vnde ei in arctiorem heremum fugienti diſcus argenteus in via proſtratus fuit: ſed nec hoc valuit, quia ſtatim dixit: vnde hic argenteus diſcus: tua ſunt inquit opera Diabole: & ſtatim diſcus ille velut fumus diſparuit. In his igitur tribus curſibus fuit mirabile iſtud ſpectaculum huius militis ſilueſtris, cuius victoria fuit ratione tanti certaminis velut prodigium: & in ſanguine ratione vulnerum: & igne ratione delectabilium: & in fumo ratione munerum. Ioel 2. Dabo prodigia in Cœlo, & in terra: in Cœlo, ideſt in Diabolo: qui ſpiritualis eſt creatura: & in terra, ideſt in Antonio qui eſt terreſtris creatura. Sanguinem quantum ad primum conflictum, & ignem quantum ad ſecundum: & vaporem fumi quantum ad tertium. Miſit ſigna, & *Pſal. 134*
prodigia in medio tui Aegypte. Ad litteram in heremis Aegypti ſuam vitam habuit: & bellum, & triumphum in Pharaonem: & in omnes ſeruos eius, & in Diabolum, & omnes tentationes eius obtinuit: ergo & vos ſecundum Pſalmiſtam videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram. O vtinam propter timorem aſperitatis aliqui non deijciantur a ſtatu pœnitentiæ, propter tentationem carnis a ſtatu munditię, propter tentationem mundi non cadant in peccatum auaritiæ: videte opera Domini, quæ poſuit prodigia in iſto ſancto. Hęc de primo principali: dilata vt volueris.

Quantum ad ſecundum. Nota. In vijs nouiter aduentis conſueuit fieri vnum pulchrum oratorium, conſueuit poni aliqua pulchra crux: aliqua pulchra imago ad quam viatores reſpicientes diriguntur: quia tale oratorium, talis crux, tale ſignum viam oſtendit. Ita ſpiritualiter via noua pœnitentiæ heremitica per Paulum Heremitam primo erat inuenta. Volens ergo Deus cunctos in ea ambulantes ad ſalutem dirigere, poſuit in hac via vnum oratorium, vnum pulchrum directorium: ad quod quicunque attendens non poſſet errare: hoc directorium fuit Abbas Antonius: in quo fuit crux pœnitentię: vnde eſt poſitus in exemplum, & exemplar pœnitentibus: & ad Deum ambulantibus, vt ipſum continue bonis operibus vniremur: ideo dicitur factus ſum multis, &c. Nota dicitur factus non dictus. Ratio eſt: ille qui eſt pręlatus aliorum director, qui eſt prędicator poſitus in ſignum ad aliorum directionem; non debet eſſe dictus: ſed factus: quia non debet ſolum dicto ſed facto, & opere dirigere: ſed vere timendum eſt, quòd hodie non ſit ſic de ſignis dirigentibus in via Dei: ſicut de ſignis dirigentibus in via mundi. In via namque mundi ſigna quamuis viam, & iter oſtendant, & dirigant: tamen nunquam per viam ambulant: ſed ſemper alijs viam oſtendentibus nunquam ſe loco ſuo mutant: ita hodie multi paſtores, & prędicatores optime viam ſalutis oſtendunt, & prędicant. Alios in viã ſalutis dirigunt: ſed ipſi nunquam pedem in via ſalutis ponunt: prędicant munditiam immundi, liberalitatem auari, humilitatem ſuperbi, &c. contra iſtos Matth. 23. Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: quę dixerint vobis ſeruate, & facite: ſecundum vero opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Non fuit talis Beatus Antonius: ſed primum pedem in via poſuit exemplo dirigendo: & poſt ſecundum ea edocendo: faciens iuxta illud. Iac. 2. Sic loquimini, & ſic facite.

Nota de minimo qui Pariſius Clerico petenti, an ſermo eſſet factus, quia ire volebat ad audiendum. Reſpondit. Io non sò ſe ſia fatto, sò ben che è ſtato detto. Ita ſpiritualiter; quia Beatus Antonius fuit director, non ſolum verbo: ſed facto: dicitur

tur factus ſum multis. Dicat ergo quilibet Antonij imitator. Factus eſt mihi in ſalutem.

Quantum ad tertium. Nota. Dicitur in vulgari prouerbio. Ad hoc tibi benefacio, vt retribuas, & non vt mala reddas. Ad hoc Beatus Antonius ſeruiebat Deo, vt Deus benefaceret ſibi: & ideo Deus ei benefecit in hac vita ipſi præſtando contra mala ſuum adiutorium: & in alia conferendo prȩmium: vbi nota quod Chriſtus. Ioan. 15. Comparauit ſe viti: mundum, & diuitias comparauit ſpinis. Luc. 8. Ratio eſt: qui laborat, & ſeruit ſpineto, nunquam reportat fructum niſi ſpinas ſolum, & aculeos, punctiones, & vlcerationes. Sed qui laborat, & ſeruit viti reportat fructum dulciſſimum: vinum optimum quod cor hominis lætificat. Sic ſpiritualiter mundo ſeruiens, & diuitijs, non reportat fructum bonum aliquem: niſi ſolum ſpinas, & aculeos conſcientiæ remordentis, ſpinas, & tribulos germinabit tibi. Gen. 2. Lu. 6. Neque enim de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vuas: vnde nihil ex eorum ſeruitio remanet Homini niſi conſcientia vlcerata. Sed qui ſeruit Chriſto reportat fructum optimum, quia finaliter inebriatur ab vbertate domus Dei: verbi gratia; ſeruiuiſti tota vita tua mundo, & diuitijs: ſic nunc es in morte: adiuuent te: ſurgant, & opitulerunt, & in neceſſitate te protegant: numquid iuuabunt. Infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret: immo factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos. Sed quid ſi Chriſto ſeruiuiſti: nonne in morte in tua neceſſitate iuuabit te? Niſi Dominus adiuuit me, Paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Si dicebam motus eſt pes meus, & miſericordia tua Domine adiuuabat me. Deus noſter refugium, & virtus adiutor in tribulationibus: quæ inuenerunt nos nimis: & iterum adiutor in opportunitatibus, & tribulatione. Et quia Beatus Antonius fuit ſemper Chriſto ſeruiens, ideo habuit ab ipſo retributionem eius adiutorium in hac vita: vnde poſt tentationem Dœmonum, Antonio dicente, vbi eras bone Ieſu: quare non affuiſti, vt iuuares? Dicit Chriſtus. Hic eram: ſed expectabam videre certamen tuum. Habuit etiã eius adiutorium in morte ſibi gloriam conferendo; iuxta quod ipſe dicit. Poſuit adiutorium ſuper potente, & exaltaui electum de plebe mea.

Ad illam exaltationem, &c.

SERMO L.

De conuerſione Beati Pauli Apoſtoli.

Pſal. 70 Conuerſus viuificaſti me. In quodam prouerbio dicitur. Qui vult ruſticum deſtruere non oportet niſi ſimilem illi quærere: non intelligimus hoc vulgariter ad litteram: ſed ſecundum rectam intelligentiam. Omnes enim attenta quaſi conditione ſumus eiuſdem generis: & ruſtici ex parte corporis, quia de rure de terra formati: & nobiles ex partes animæ; quia a Deo creati: vult ergo loqui verbum aſſumptum generaliter vt qui vult alium deſtruere, debet illi ſimilem quærere. Et eſt horum ratio, quæ tangitur in alio prouerbio. Ille ſcit de claua ictum, qui eſt percuſſus ab ea. Iuxta illud Eſaiȩ. 30. Pauebit Aſſur virga percuſſus. Vnde qui vellet contra mercatores procedere; non poteſt meliorem aduerſarium quam alium mercatorem ſimilem habere: quia ille ſcit bona, & mala: baratarias, & alia. Vnde adhuc dicitur in alio. Non eſt cauilla ita mala ſicut de eodem ligno facta. Ita videmus in mundo, quòd Chriſtiani non habent

bent inter Sarracenos peiores inimicos, quam Chriſtianos abnegatos: ita etiã qui vult Arcam aperire non habet ita bonum conſilium claue perdita: ſicut conſimilem clauem quærere. Verum eſt ergo quod dicitur: qui vult alium deſtruere, non oportet niſi contrarium ſimilem quærere: & hoc eſt, quòd dicitur prouerb. 27 Clauo clauus retunditur, & vir exacuit faciem amici ſui. Ad hoc eſt figura. 1. Reg. 30. Cum Amalechitæ feciſſent impetum in Sicheleth, duxiſſentque captiuas vxores Dauid, & pueros: Dauid volens illos latrunculos diſſipare, diſperdere, & deſtruere: habuit vnum de latrunculis eiſdem: quo inuento dixit illi: potes me ducere ad cuneum iſtum, ille duxit eum: & omnes diſſipauit, & deſtruxit: & partem maximam interfecit. Spiritualiter ad noſtrum propoſitum applicando. Iudæi Chriſto interfecto in ſua ruſticitate, pertinacia, & audacia remanentes, Apoſtolos, & Diſcipulos dure perſequebantur intantum. Vt Stephanum lapidarent, Petrum incarcerarent, Iacobum fratrem Ioannis gladio trucidarent. Volens ergo Chriſtus eorum duritiam, malitiam, & incredulitatem deſtruere quaſi conſulens Deum patrem quid ſuper hoc eſſet agendum: illud a patre videtur recepiſſe reſponſum, quòd ad eorum duritiam deſtruendam vnum alium dūrum ad ſe conuerteret: & ſic fortis in fortem impingeret: quia qui vult aliquem deſtruere: debet illi parem quærere: & non inuẽto ita forti capite ſicut Paulo: fuit conſilium quòd Chriſtus Paulum quæreret: & ad ſe conuerteret. Et per Paulum conuerſum illorum duritiam Iudæorum confunderet, & deſtrueret: quod conſilium Chriſtus acceptans dixit hoc eſſe optimum: probans per illud. In conuertendo inimicum meum retrorſum infirmabuntur, & peribunt. *Pſal. 9*
Dum igitur Saulus contra Chriſtum cum alijs iret: in via ipſum ad ſe traxit, conuertit: & contra Iudæos direxit: per quem eorum duritiam diſſipauit: ſicut, & alter Dauid per puerum Amalęchitorum. Quia igitur hoc ſummæ fuit gratiæ: vt ad ſe conuerteret fugientem; ad vitam reſtitueret ad mortem currentem: & ſuum prædicatorem faceret primitus blaſphemantem: per gratiarum actionem Beatus Paulus in verbis propoſitis hoc ipſum recognoſcit dicens: conuerſus viuificaſti me. Vbi deſcribitur triplex gratia ipſi facta: ſcilicet qua eum.

Obtinuit			Obtinuit
Reſtituit	conuerſus viuificaſti me.	igitur	Reſtituit
Conſtituit			Conſtituit

Deprauatum	Sceleribus	
Decoratum	Virtutibus	conuerſus viuificaſti me.
Prælatum	in gentibus	

O mira Chriſti clementia, qua Paulum prius Saulum.

Sceleribus	Deprauatum	Obtinuit	Dirigendo
Virtutibus	Decoratum	Reſtituit	Repellendo
in Gentibus	Prælatum	Conſtituit	Conferendo

Pietatis	Circuitum	
Prauitatis	Interitum	Conuerſus viuificaſti me.
Dignitatis	Introitum	

Quantum ad primum. Nota mirabile in natura ſcribitur. Quod Caladrius eſt auis huius conditionis, quòd exiſtens in camera, vbi iacet ægrotus: ſi Caladrius ad infirmum ſe conuertat, & ei ſuorum oculorum intuitum dirigat: abſque dubio curabitur infirmus. & non morietur. Si autem econtrario auis dorſum infirmo conuertat: & oculos auertat ab eo: abſque dubio ſine ſpe ſalutis aliqua morietur. Ita ſpiritualiter hęc auis eſt Chriſtus, qui exiuit de nido vteri virginalis: iſtius oculi ſunt medicinales: infirmus autem eſt peccator. Nunc eſt ita, quòd ſi Chriſtus contere

Digitized by Google

uertere ſe voluerit ad peccatorem,& oculos ſuæ miſericordiæ ad eum dirigere placuerit:abſque dubio peccator curabitur:non morietur,ſed ſaluabitur. Ideo pſalmiſta peccator in ſui,& aliorum peccatorum perſona orabat.Domine Deus virtutum conuertere:reſpice de Cœlo,& vide. Sequitur. Oſtende faciem tuam,& ſalui erimus.Si autem Chriſtus ſe ab infelice peccatore auertat:& oculos,& faciem ſuę pietatis non dirigat:abſque dubio ſine ſpe ſalutis aliqua morietur. Auuertente autem te faciem turbabuntur:auferens ſpiritum eorum:& deficient: & in puluerem ſuum reuertentur. Vt loquamur ad propoſitum Beatus Paulus ante conuerſionem fuit grauiſſime infirmus:& tantum vt efficeretur freneticus,amens, inſanus, & furioſus. Adeo enim erat materia venenoſa:quòd caput aſcenderet: & furioſum:, & venenoſum eum reddiderat. Vnde cantamus, quòd ibat Saulus furijs inuentus, dirumque toto corde virus efflabat:& ſanguinem ſanctorum ſicut Lupus rabidus ſitiebat. Vnde dicitur Actuum 9.Quod Saulus adhuc ſpirans minarum,&c. Sed ò Domine Deus ergo ne iſte Lupus rabidus ſic tuas oues comedendo te offendens,in ſua rabie morietur?Numquid cum iratus fueris miſericordiæ non recordaberis? Certè dicit miſericordiæ recordabor. Vnde dixit Dominus;ex Baſam conuertam, conuertam in profundum Maris:vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo;vnde oculos ſuæ benignitatis ad eam dirigens:eum a freneſi, & furia tanta miraculo grandi curauit:quattuor in illo aſpectu deſcribens:vnde iſtius perſecutionis perſecutoris,operationis iniquitatem, & flagitium: ex Baſan conuertā; Baſan interpretatur confuſio:contemplationem Diuinitatis, & ſtudium: conuertā in profundum maris ſcilicet ad Diuinam eſſentiam in illo triduo eleuando: & claram viſionem conferendo:dilectionem charitatis, & incendium :vt intingatur pes tuus in ſanguine.Pes amor ſanguinis Chriſti immaculati, quem prius Lupus perſequebaris ad deuorandum: nunc ad prædicandum: non quomodo ſuis pedibus per diuerſas mundi partes cucurrit prædicando prædicationem veritatis, & officium.

Pſal.67 Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Lingua canum eſt prædicatorum: quæ eſt medicinalis:& hæc lingua,quæ eſt omnium canum præterita in medicina eſt ab inimicis conuerſa.Et lingua omnium aliorum canum, ideſt aliorum prædicatorū: ſumit prædicationem,& medicinam ab ipſa.Narra hic hiſtoriam cōuerſionis eius; ſi prædicas ad populum. Dicat ergo Paulus. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi:conſcidiſti ſaccum meum,& circumdediſti lętitia. Nota,ſicut ſaccus cōtinet granum:ſic Scriptura Sancta continet Chriſtum. Qui ergo ſaccum non aperit,granum non videt:ſed qui ſaccum frangit totum granum aperit,& oſtendit. Ita qui litteram Scripturæ Sacræ per ſpiritualem intelligentiam non aperiunt ſicut Iudæi:tales granum Chriſtum non vident:ſed qui ſaccum aperiunt,ideſt qui ad ſpiritualem intelligentiam tendunt:illi granum vident: vt Chriſtiani. Chriſtus ergo Paulo totum ſaccum conſcidit:quando ſe totum quantum ad Diuinitatem, & Humanitatem vt nihil lateret:in triduo per raptum oſtendit. Tunc ergo Chriſtus conſcidit ſaccum,quando vltra litteram dedit ei Diuinæ eſſentiæ viſionem clarā. Sed Nota.

Dicunt iuriſtæ, quòd priuilegia paucorum communem legem non faciunt: hoc fuit maximum donum, & ſingulare, quòd Chriſtus Paulum ſe perſequentem, & à ſeipſo auertentem ad ſe traxerit;& ei ſe Chriſtus conuerterit,non expectes tu hoc: quia non fecit taliter omni nationi: hoc fuit de priuilegio ſpeciali. Sed ſi tu vis, quod ipſe ſe conuertat ad te:tu prius ad ipſum conuertere:hoc eſt ius cōmune ſcriptum.Mala.1. Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos. Non eſt hic aliquis, qui ſi eſſet ad mortem infirmus non libens ſe conuerteret ad Caladrium: ſi ſciret, quod

Digitized by Google

quod ex hoc Caladrius ſe conuertet ad ipſum,& curaret ipſum: ergo cum Chriſtus ſit paratus ſe conuertere ad te ſi tu te conuerteris ad ipſum: & te curare, quid expectas.

Nota quid dicit. Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos. Natura eſt imaginis in ſpeculo: quod ei ſe auertenti auertit, conuertenti ſe conuertit, extendenti manum extendit, retrahenti retrahit. Ita Chriſtus qui eſt imago peccatoris. Iuxta illud. Ecel 24. Imago bonitatis illius auertenti ſe auertit: & conuertenti ſe conuertit: & ideo dicit. Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos. Ergo quid expectas? Audi Pſalmiſtam. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit,&c. Non credas tibi futurum ſicut Paulo. Hic nota quomodo Aſinus fuit verberatus, qui volebat applaudere Domino ſicut canis: non fecit taliter omni nationi: ergo conuertere tu ad Dominum Deum tuum.

Quantum ad ſecundum. Nota quòd ſolis receſſus,& auerſio eſt cauſa mortificationis in viuentibus. Sed eius approximatio, & ad nos conuerſio eſt cauſa viuificationis. Ita videmus ad ſenſum, quòd ſole in hyeme a nobis recedente: & a nobis ſuos radios auertente: cadunt folia: flores deficiunt: & fructus deſinunt: arbores mortificantur. Sed in æſtate, ſole approximante: & ſuos radios ad nos conuertente: arbores frondent, florent, fructificant,& viuificantur. Ita ſpiritualiter eſt quando Chriſtus ſol iuſtitiæ ſe auertit a peccatoribus: peccatores mortificantur: cadunt folia pulchræ conuerſationis; & flores concepti propoſiti, & bonæ intentionis: fructus bonæ operationis: quia enim ſuper cecidit ignis peccati: non viderunt ſolem: vt dicit Pſalmiſta.

Ideo ſunt mortificati: quia longe a peccatoribus ſalus. Ibidem. Sed quando Chriſtus ſe conuertit: radios ſuæ pietatis ſuper peccatores immittit: tunc mortificati viuificantur. Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te. Saulus habebat Solem auerſum a ſe Chriſtum, ſcilicet quem ipſe perſequebatur: ideo erat mortificatus: immo erat filius mortis: ſed Sol Chriſtus approximans: ei radios ſuos direxit: quando ſubito circunfulſit eum de Cœlo lux: & tunc eum viuificauit Nota quod frequenter infirmus deſperatus per reſtaurationem viuificatur. Ita Paulus per reſtaurationem. *Pſal.84*

Paulus enim non videbat: quia viſum in Chriſtum perdiderat: non audiebat: quia prædicare non permittebat: non ſitiebat: quia nihil de Chriſto credebat. Sed Chriſtus fecit ei electuarium reſtauratiuum auro Diuinitatis: & ſacaro Humanitatis: & Margaritis, & lapidibus precioſis: ideſt orationibus Beati Stephani: & ſuæ charitatis; quia eius preces profuerunt lapidanti: & his viuificatus eſt; & viſum recepit; vnde accipiens iſtum cibum confortatus eſt: & recuperauit viſum, auditum, ſenſum, & motum: ideo iſtam medicinam viuificatiuã acceptam fert ſuo medico. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me. *Pſal.118*

Quantum ad tertium. Nota quòd ſæpe contingit in ædificio corporali: quòd inuento vno duro, & graui lapide: lapis repellitur a minoribus magiſtris a manu artificis: quia vel diſponi non poteſt per eos: vel neſcitur dolari: qui tamen bene dolatus, & bene diſpoſitus, eſſet multum vtilis in ædificio: & tunc quilibet talem lapidem fugit,& formidat: & alios maiores lapides dolat. Sed quando principalis magiſter habens plus de arte, & virtute: intuito tali duro graui,& magno lapide,& conſiderans eius aptitudinẽ bonitatẽ,& vtilitatẽ: ipſemet manum apponit; lapidem duris ictibus percutit: & magnis tunſionibus, & percuſſionibus lapidem poliendo diſponit: & poſtea in honorabiliori loco in loco angulari vel in portali

tali

tali lapidem illum ponit. Ita ſpiritualiter ciuitas Chriſti; ſcilicet Eccleſia quæ ędificatur vt ciuitas:eſt ex viuis lapidibus ędificata:minores magiſtri fuerunt Apoſtoli:ſed principalis Chriſtus; Apoſtoli igitur vnum lapidem fortiſſimum, durum,& magnum:Paulum obſtinatum,& multum fractum inuenerunt: hunc lapidem nullus aptare,diſponere, polire, conuertere ſciuit:vel potuit; immo Stephanus poſitis genibus orando ipſum diſponere voluit:ſed nihil fecit:immo ſicut a lapide duriſſimo repercuſſus,& lapidatus fuit ab eo:alios ergo lapides paruos,ideſt alios Iudæos Apoſtoli dolabant:prædicabant:& conuertebant:ſed iſtum nullus tangebat; immo iſtum quiſque formidabat,& fugiebat:vnde etiam ipſo dolato per Chriſtum, ipſe Ananias non erat auſus ad ipſum tangendum accedere:ita timebat ſibi ſicut de Stephano viderat de repercuſſione:vnde Chriſto ad eum mittenti dixit. Domine audiui de viro hoc quanta mala fecit Sanctis tuis in Hieruſalem,& huc ad hoc venit. Chriſtus ergo videns eius aptionem,& vtilitatem ipſemet ad eum dolandum, diſponendum(& in ædificio ſuæ Eccleſiæ ponendum) manus appoſuit: & dextera ſua eum corrigens ſic parauit: quòd eum poſtea in honorabiliori loco ędificij lapidem angularem ſuum paſtorem,& pręedicatorem conſtituit:in Roma velut in portali Eccleſiæ in caput omnium gentium.& Apoſtolorum ipſum dedit:ideo dicit ipſe illud Pſalmiſtæ. Diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua ipſa me docebitur. Sequitur. Eripies me a contradictionibus populi:conſtitues me in caput gentium,& alibi in Pſalm. Dextera Domini fecit virtutem: ſcilicet meam duritiam
Pſal.17 malleando:dextera Domini exaltauit me:ad tertium Cœlum rapiendo: ſuper gentes Apoſtolum ordinando:non moriar ſed viuam: & narrabo opera Domini, &c.ea
Pſal.117 populis prædicando.Sequitur. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes:ſcilicet alij Apoſtoli:aliquos paruos lapides poliendo:hic factus eſt in caput anguli: Domino ſolo principali magiſtro ipſum ibi applicando. Et ideo ſubiungitur. A Domino factum eſt iſtud,&c. Dicat ergo concludendo Paulus Chriſto. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me:& ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam,& ſaluum me fecit dextera tua.

Nota ſi ambulauero in medio tribulationis viuificabis me:hoc quantum ad conuerſionem:& ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam: hoc quantum ad ſuam prædicationem. Nota. Coruus domeſticus odio habetur ab alijs Coruis ſilueſtribus: & ideo ei inſidiantur: & contra domeſticum congregationem faciunt: & ei fraudes moliuntur vſque ad mortem. Ita fuit in Paulo conuerſo modo mirabili:alij Corui:ideſt Iudæi indignati ſunt contra eum. Nota moleſtias, & inſidias,& mala:quæ ei intulerunt in actibus Apoſtolorum:ſed eum Deus ab eis defendit:ſicut Deus qui eum domeſticauerat:& finaliter eum ad ſalutem perduxit;& ſaluum me fecit dextera tua. Hoc quantum ad ſuam glorificationem.

Ad quam,&cętera.

Digitized by Google

SERMO LI.

De mortuis.

AD nihilum redactus ſum, & neſciui. Videtur mihi circa mortem eſſe ſicut & circa alia mundana. Sępe enim vt in vulgari prouerbio dicitur, homo neſciens colligit virgas quibus poſtea verberatur. Ita videmus accidere quandoque: quòd homo cibum aliquem ſumit, & comedit aui de: neſciens quid in cibo lateat: quid cibus contineat: quia quandoque continet venenum, licet non appareat: & ideo ab illo cibo ſumpto inaduertenter homo ſumens: poſtea graui infirmitate verberatur; immo moritur. Ita legimus 4. Reg. 4. Vnus de pueris Elizei iuit ad agrum vt colligeret herbas ad comedendum, & collegit coloquintidas, neſciebat enim quid eſſet. Cumque coxiſſent, & guſtaſſent de coctione clamauerunt. Mors in olla, mors in olla. Ita eſt circa mortem ſpiritualē & temporalem. Homo enim exiſtens in morali cœcitate. Non conſiderans. Nō auertens, colligit virgas: quibus finaliter verberatur: immo occiditur. Quid enim eſt diuerſa peccata diuerſas culpas committere, niſi diuerſas virgas vnde verberetur: crucietur colligere? Apoc. 18.

Quantum ſe glorificauit, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctū. Idem etiam eſt, quòd in morte corporali quotidie contingit, & non conſideramus non intelligimus, non aduertimus? Quid aliud eſt quotidie cibum corporalem, & potum ſumere, quamuis nullus aduertat quam virgas mortis colligere, gladium in terfectiones acuere. Probatio. Numquid ſecundum iuriſtas, & Philoſophos per quaſcunque cauſas res innaſcitur per eaſdem diſſoluitur, quia igitur corpus noſtrū ex corruptibilibus componitur. Neceſſe eſt vt ex corruptibilibus corrumpatur. Et ideo ſicut venenum eſt corruptiuum vitę ita neceſſario, quamuis nullus conſideret, nullus aduertat. Nihil aliud eſt cibum ſumere quamuis pro vita conſeruanda ſumamus niſi vnde neceſſario moriamur recipere. Vnde Eccl. 18. Noli reſpicere vinū quando flaueſcit, blande ingreditur, & in nouiſſimo mordebit vt coluber, & quaſi regulus venena diffundet.

Vnde veraciter nullum cibum ſumimus. De quo dici non poſſit. mors in olla mors in olla. Igitur. Pſalmus. Vt nos viuentes conſideremus in quo ſtatu, & qua conditione ſubſiſtimus, & conſideremus, quòd neceſſario ad mortem currimus, quia in illis quæ ad vitam ſumimus. Mors eſt latitans, & finaliter ſe manifeſtans quaſi expertus in perſona cuiuslibet mortui ſuum ſtatum, & ſuam ignorantiam exprimit dicens. Ad nihilum redactus ſum, & neſciui vbi reuelatis occultis, debes intueri.

Quo traheris
Quia mutaberis } Ad nihilum redactus ſum, & neſciui.
Quare ſubitaberis.

Equidem etiam inuitus. { Traheris ad / Mutaberis in / Subitaberis in } Rem.

Tremebundæ imaginis
Subeundæ formidinis } Ad nihilum redactus ſum, & neſciui.
Scrutabundæ indaginis.

Quantum ad primum. Nota quod vitam hominis comparat Scriptura Sacra cur ſui aquæ fluentis. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram,

Digitized by Google

ram, quæ non reuertuntur: hoc autem non ſine myſterio: videmus enim quod aliquando oritur aliquis riuulus ab aliquo fonte: & habet aliquando curſum decies paſſuum. Aliquando viginta. Aliquando triginta. Aliquando centum. Sed tranſiens per terram aridam, & arenoſam; continue decreſcit, & deficit intantum quòd finaliter ad nihilum deuenit, & totaliter euaneſcit. Ita eſt de humana vita: aliquando oritur, & naſcitur aliqua perſona: cuius curſus vitæ durat per decem annos, aliquādo per viginta. aliquando per triginta, ſecundum plus, & minus. attamen ita eſt. Quod quia vita noſtra tranſit per terram aridam: per terram miſeram; per corpus proprium: vita continue decreſcit: continue deficit. Et ſicut aqua abſorpta: finaliter ad nihilum deuenit. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens. Optime autem dicit tanquam aqua decurrens.

Nota, aquæ currentis eſt proprietas ad locū vnde exit redire. Ecc. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Verum eſt, quòd omnia flumina a mari exeunt, & ad mare redeunt: ſed varie: quia exeuntia implentur dulcedine, ſed reuertentia reſperguntur amaritudine: quia in fontibus ſunt dulces aquæ: mare autem intrantes ſunt amarę. Ita eſt de humana vita: quando enim homo in mundo naſcitur homo exit a terra, a luto, a limo. Ibi eſt principium vitæ noſtræ. Sed nihilominus in natiuitate noſtra eſt magna dulcedo, magnum gaudium, fit magnum feſtum. Vnde Ioan. 16. Mulier cum parit, triſtitiam habet. Cum autem peperit puerum non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Sed pro vero extrema gaudij luctus occupat Prouer. 14. Et riſus dolore miſcebitur, quia vnde homo de terra, de limo: de nihilo natus eſt finaliter per mortem ad terram, ad limum, ad ſepulcrum, ad nihilum reuertitur. Et qui natus eſt cum magna lætitia, de nihilo ad nihilum reuertitur cum magna męſtitia, & dolore. Eccl. 41. O mors, quam amara eſt memoria tua. Sap. 2. Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitę noſtræ, quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus quaſi non fuerimus. Nota poſt ſomnium quantumcumque delectabile nihil remanet, ſed homo euigilans ita ſe inuenit ac ſi nihil fuerit. Ideo dicitur poſt hoc erimus quaſi non fuerimus. Velut ſomnium ſurgentiū Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges, quod eſt ſecundum. Circa quod mihi videtur ſic eſſe ſicut in mundo, videmus aliquando aliquod magnum palatium conſtrui, & firmari ſuper vna vel duabus columnis, quas eſt pulchrum videre, quia ſunt ſculptæ, & pictæ exterius. Sed quando contingit, quòd ſunt columnæ non lapideæ ſed ligneæ, & collectæ in mala Luna in defectu lunæ, & ideo interius generantur vermes qui corrodunt columnam, & vertunt in puluerem, & ad impulſum alicuius columna cadit, & tota domus ruit. Sic ad propoſitum, tota domus, totum palatium cuiuſlibet perſonæ firmatur, & innittitur duabus columnis, ſcilicet animæ, & corporis. Verum eſt: quòd iſtę columnę non ſunt fortes ſicut lapideę, ſed fragiles, vt ligneę. Sunt autē in mala Luna collocatę, quia in Luna peccati originalis, & ideo inter columnam corporis generantur vermes, quia ſunt intra corpus quatuor qualitates actiuæ, & paſſiuæ continue conſumentes corpus, & corrodentes. Et finaliter ad nihilum redigentes, quantumcunque homo ſit exterius ſculptus formoſitate, pictus pulchritudine, & ideo ad modicum impulſum alicuius infirmitatis vel caſus ruit palatium, & in puluerem vadit totum. Iob. 10. Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Figura Iudicum 16. Sanſon apprehendit duas columnas quibus innitebatur tota domus, & eis fortiter concuſſis, cecidit domus, & omnes pariter interfecit. Per Sāſonem intelligitur mors propter tria.

Pſal. 72

Primo quia erat cœcus. Eſt autem natura cœci, quòd impingat vadēs in quemcūque ita cito in iuuenem ſicut in ſenem Ita cito in regem ſicut in ſeruum. Ita cito in

pauperem

Digitized by Google

pauperem ſicut in diuitem. Ita cito in camera ſicut in Eccleſia. ita facit mors. Ita enim ac ſi non videat impingit in iuuenem ſicut in ſenem. In diuitem, ſicut in pauperem. In religioſos ſicut in laicos nulli deferendo.

Vnde verſus.

Eſt commune mori: mors nulli parcit honori.
Debilis, & fortis: veniunt ad limina mortis.

Secundo, quia Sanſon habuit fortitudinem ſuam in crinibus. Ita mors habet ſuam fortitudinem in ſuperfluitatibus: nimis comedendo, bibendo. Et ſic de alijs. Vnde dicunt Medici: quòd plures interficit gula quam gladius.

Tertio, quia dum Philiſtæi deluderent Sanſonem, & non curarent nec timerent eum; ſed truffarentur de eo tunc ipſe ſubito interfecit eos. Ita facit mors: dum enim aliqui non timent mortem: ſed ludunt, & truffantur de morte: diu credentes viuere: tunc ſubito moriuntur. Cum dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Sicut Dolor in vtero habentis, & non effugient. 1. Theſſ. 5. Propter hęc tria dicitur de Sanſone. Iudith 16. capit. Quod oppreſſit viros, & mulieres, & principes quantum ad primum: quod erant lętantes per conuiuia ſumptis iā epulis; quantum ad ſecundum, Quod præceperunt vt vocaretur Sanſon, vt luderet coram eis quantum ad tertium. Iſte igitur Sanſon, ideſt mors concuſſis fortiter duabus columnis, ſubito palatium deſtruit, & ad nihilum per vnam infirmitatem per vnum dolorem reducit. Iob. 16. Nunc oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes actus mei.

Quantum ad tertium. Nota ſępe contingit caſtrum obſeſſum capi ſubito. Quia obſidentes occulte concauant muros, & eis ſubcauatis neſcientibus habitatoribus ſubito ruunt muri, & ſic inſperato ciuitas vaſtatur, & deducitur ad nihilum. Ita eſt de Homine. Eſt quidem Homo ſicut caſtrum obſeſſum a morte. Habet autem mors duos miniſtros muros continue ſubcauantes occulte. Scilicet diem, & noctem: laborem, & ocium: qui de muro corporis continue ſubcauando ſemper de vita aliquid diminuunt, & tandem ſubito vna die muri cadunt. Scilicet corpus ex quatuor elementis compoſitum: quę quatuor elementa ſunt vires Animę, & miſera Anima manet ſpoliata, & caſtrum capitur, & tunc quilibet caſtrum ſpoliat, & deuaſtat: quia in peccatore mundus habet diuitias, & Diabolus animam. Neſcierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terrę. Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Iob nono.

Neſciuerunt hi, quos ſubuertit in furore ſuo qui commouet terram de loco ſuo, & columnę eius concutientur. Hęc eſt magna cœcitas quod nullus auertat. Ideo dicit Chriſtus. Matth. 24. Si ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret. Vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo, & vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus eſt. Beatus ergo ſeruus quem cum venerit Dominus inuenerit ſic facientem, quia ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Quod nobis, & cętera. *Pſal.* 81

SERMO LII.

Pro qualibet Synodo.

Pſal.73 MEmor eſto congregationis tuæ. Prouerbio dicitur. Non recolit patrem bona vita ſuum neque matrem. Quod hoc ſit verum experientia docet in mundo. Videmus enim, quòd aliquando aues captæ in nido parentum transferuntur ad domos potentum, & nobilium: vt ibi cantent, & dulces ſonos faciant ſeu harmonias: & a principio dolent, & triſtantur, & nolunt cantare. Sed poſtea quando eis bene, & pingue miniſtratur, habent ſatis de grano: ſatis datur eis de potu, & cibo: datur eis vinum ad bibendum: paulatim incipiunt parentum obliuiſci: & ponunt ſe ad cantandum, & tandem viſo, quòd eis eſt bene: habent bonam vitam, & meliorem, quam haberent in nido ſuo, & melius eſt eis quam ſi eſſent cum parentibus: quia ibi non biberent vinum: nec haberent ad ſufficientiam granum: totaliter obliuiſcuntur patris, & matris, & prioris vitæ, & plus cantant, & amplius ſe diſſoluunt in cantu, quam aues ſilueſtres. Ergo ſatis patet, quòd non recolit patrem bona vita ſuum neque matrem. Ita legimus. Gen 40. Cum enim Ioſeph interpretatus fuiſſet Pincernæ Pharaonis ſuum ſomnium, & propheta ſſet ipſi quod eſſet in gradum priſtinum poſt tres dies reſtituendus: dixit ipſi. Memento mei cum bene tibi fuerit. Sic igitur iuxta interpretationis prophetiam: ille fuit ad gradum priſtinum reſtitutus.

Sed numquid fuit recordatus quando bene fuit ei, & fuit in ſtatu bono in vita bona de ſuo Propheta, & interprete, certè non. immo dicitur ibi quod ſuccedentibus proſperis pincerna oblitus eſt interpretis ſui. Ergo verum videtur, quod non recolit bona vita ſuum patrem neque matrem. Ad propoſitum. Per hanc bonam vitam intelligo vitam voluptuoſam: quæ eſt bona ſecundum mundum: & mala ſecundum Deum. De qua. Eſa. 5. Ve qui dictis bonum malum, & malum bonum. Inter omnia igitur quæ obliuionem generant in Hominibus de Deo, & de alijs quæ ad Deum pertinent: eſt vita voluptuoſa. Sicut bibere, comedere, dormire, iacere, induere, curam, & voluptates corporis ſequi, & gerere.

In tali enim vita vbi Homo impinguitur ſicut porcus, obliuiſcitur Homo Dei, & eorum quæ debet facere, & tenetur ſecundum Deum. Deuteron. 32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit incraſſatus: impinguatus: dilatatus: Sequitur. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Sic igitur eſt hodie in Eccleſia in re ſicut præmiſi ſub ſimilitudine. Quædam enim auiculæ: id eſt quædam Eccleſiaſticæ perſonæ accipiuntur in nido de parentum domo, & transferuntur ad domum Dei, ad vnam Eccleſiam: ad vnam præbendam: ad vnam parochiam: ad vnum Epiſcopatum: ad prioratum: ad Abbatiam, &c. Vt ibi cantent in Eccleſia: dicant horas ſuas, & celebrent miſſas: orent pro viuis, & defunctis. De quorum viuunt eleemoſynis: & aliqui a principio bene faciunt. Sunt religioſi, & verecundi, & boni: ſed tandem veniunt meſſes, & ecce granum, veniunt vindemiæ, & ecce vinum, colliguntur, & decimæ oblationes, & alij redditus Eccleſiæ, & vident quod bene eſt eis; bene eis miniſtratur: habent bonam vitam, & meliorem quam haberent in nido ſuo in hoſpitio proprio, quia poſſunt dicere. Vt dicit Hieronym. Et recitatur in decre. 12. quæſtio. 1. Gloria Epiſcopi natus in paupere domo, & in tugurio

rio ruſticano, qui vix milio, & cibario pane rugientem ventrem ſaturare poteram, nunc ſimilem, & mella faſtidio. Itaque bene paſti, & impinguati farciti, & ditati incipiunt obliuiſci Dei qui vocauit eos ad beneficium propter officium: & non curant de Deo, nec de ſubiecto populo: cum tamen Deus, & populus maxime mortuorum ſpiritus, quorum panem doloris comedunt: clamant ad talem curatum præbendatum, & prælatum. Memento mei cum bene tibi fuerit, & hoc non obſtante ſuccedentibus proſperis obliuiſcuntur Dei, & obliuiſcuntur ſubiecti populi, & transeunt ad iniquitates: ad iniuſtitias: ad immunditias, & vere hoc grande peccatum eſt: quia de quo Deum debuerant laudare ſubiectum populum nutrire: qui forte in domo parentum perirent fame, Deum blaſphemant, ſancta prophanant: ſubiectum populum lacerant, & frequenter peiora ſęcularibus: & laicis, abominabilioraque committunt. Et ſic obliuiſcuntur matris, ideſt Eccleſiæ, & patris, ideſt Dei. Vnde nec de Deo curant: nec de ſubiecto populo: nec de Dei Templo, ſed de exercendo, & complendo ſuo peruerſo deſiderio. Vnde dicitur Oſeę 13. Adimpleti ſunt, & ſaturati, & mei obliti ſunt. Ad hoc recte videtur ſcripſiſſe Anacletus Papa, & recitatur in decre. diſt. 63. cap. vlt. Nihil perdit labiorum memoria, mens terrenis obligata carceribus. Sicut enim in vno quoque opere inuenitur mater inſtantia; ita nouerca eruditionis eſt negligentia. Contra igitur tales: Dei; Templi: ſubiecti populi: obliuioſos aut non curioſos vel negligentes. Qui ſunt curati, præbendati, ſunt rectores: priores, & aliorum paſtores qui habentes de cute, & burſa propria, & memoriam de iniquitate ſua obliuiſcuntur, & non recordantur de Deo: nec de Eccleſia aut plebe ſua. Loquitur hic. Pſalm. in Dei perſona dicens. Memor eſto, &cętera. In quibus verbis mouet, & excitat. Pſalmus. Quemlibet præſidentem ad tria, ſcilicet.

Ad aſpectum ſollicitum
Ad profectum exactum } Memor eſto congregationis tuæ.
Ad affectum impoſitum.

Hortatur ergo quemlibet præſidentem ad { Aſpectum ſollicitum. Profectum exactum. Affectum impoſitum. }

Vt impendat { Sollertiorem Vberiorem Feruentiorem. } Memor eſto congregationis tuæ.

Debet ergo eſſe in quolibet præſidente. { Aſpectus ſolertior. Profectus vberior. Affectus feruentior. }

Super { Incumbente regimine Indigente multitudine Exigente rectitudine. } memor eſto congregationis tuæ.

Quantum ad primum. Sciendum, quòd Chriſtus pręlatus rector, & paſtor omnium exhibens ſe in exemplum cœteris rectoribus. Dicit Matt. 23. Volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. In quo vt patet Chriſtus comparat ſe gallinæ. Ratio autem huius comparationis eſt; quia gallina præſidens pullis ſuis eſt ſemper de eorum regimine ſollicita, & numquam obliuiſcitur. Sed ſollerti cura facit duo circa pullos ſuos. Primum eſt: quòd quærit granum, & cibum pulliculis, & eo inuento crocitat, clamat, vocat pulliculos ad cibum; & eis diuidit, & miniſtrat. Secundum eſt, quòd miluum rapientem videns, prænunciat, clamat, & ſe alis, & roſtro pro pullis obijcit contra ipſum.

Chriſtus cõparatur gallinæ.

Digitized by Google

Ita ſpiritualiter debet facere quilibet prẹſidens erga ſubditos ſuos. Nam debet pau peribus,& indigentibus ſuſtentationem, & cibum non ſolum largiri: ſed vijs debitis quærere ſi non habent,& eis diuidere,& ſic ſubditos paſcere,& nutrire. Debet etiam eſſe talis qui ſit intelligens, ſciens, & cognoſcens, vt ſciat prædicare contra Diabolum, contra vitia, & contra oppreſſores ſubditorum, ſicut ſe opponere, & eos defendere alis,& roſtro. Id eſt verbo,& facto. Sed contra quoſdam ſcribit Gregor. in paſtorali,& recitatur in decretis. 43. diſtint. ſit rector talis, &c. Dicatur vſque ibi.

Hinc rurſus Populo delinquenti,& c.& tales curati: prælati, &c. Non ſunt obliuioſi ſed curioſi de ſubditis,& tales ſunt boni, & optimi præſidentes. Ideo propter iſta duo clamat ſubiectus populus ad rectorem quemlibet illud Pſalm. Memorare quæ mea ſubſtantia,& numquid vane conſtituiſti filios. Nota myſterium, memorare quæ mea ſubſtantia, non dixit. Quæ tua, quia quæ tua es bene memor: ſed quæ mea,ſcilicet Dei. Eſt enim in Eccleſia duplex ſubſtantia, vna ad Deum directa, & ad eius honorem,& cultum ordinata, vt ſunt Eccleſiæ: Campanæ: Calices: Libri: indumenta,& veſtes. Alia eſt clerici, ſacerdotis, curati, &c. Vt panis, Vinum, pecunię, decimæ,& cætera ad vitæ ſuſtentationem corporalis, ſcilicet Clericis a Deo obtenta conceſſa, & data. Deus ergo videt Clericos eſſe memores de ſubſtantia ſua, de colligendis decimis pecunijs. Et ſic de alijs, ſed non de ſubſtantia Dei, de parietibus ruinoſis, de Campanis fractis, de Camiſijs ſuperpellitijs, ſtolis Caſulis, Libris, Calicibus, &c.

Dilata de immunditia, & laceratione, hoc eſt contra ſanctiones ſanctorum patrum. Et decreta quę habentur. De conſeq. diſtint. 1. Diuerſis Capitulis, ſpecialiter capitulo Nemo per ignorantiam,& cap. veſtimenta eccleſię. Ideo ſic faciunt aliqui quod poſſunt dicere illud. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia, ergo memorare,&c. Sed ſecundo nota quæſtionem numquid vane conſtituiſti filios: id eſt oblitus fuiſti, ibi non reſpondet ſed alibi reſpondet. Fugerunt a me: obliuioni datus ſum tanquam mortuus a corde. Hoc recte eſt, ſicut de filijs Iſrael. Filij Iſrael exiſtentes in Aegypto habentes ollas carnium, quantumcumque ſeruirét vilibus operibus, quia in luto,& latere: obliti ſunt terrę promiſſionis ſibi datæ quam debebant colere, & cui debebant ſeruire in libertate, ita hodie multi prẹſidentes quibus eſt data terra promiſſionis aliqua parochia, Diocęſis vel Eccleſia. Quando ſedent ſuper ollas carnium habent copiam temporalium, honorum dignitatum decimarum. Ipſi obliuiſcuntur terræ promiſſionis ſubiecti populi, quam vel quem debent colere,& exercere, herbas vitiorum eradicare: virtutes plantare: eleemoſynas ſeminare, ipſi obliuiſcuntur. Non curant, creſcant vrticæ vitiorum: pateant vlcera infirmorum, clamet vox egenorum, non dant ſicum, quia ipſi ſedent ſuper ollas carnium habent bene: immo quod eſt deteſtabilius, ſeruiunt Pharaoni: id eſt Diabolo in luto immunditiæ,& latere auaritiæ. Nota in luto veneni tantum vt ſap. decimo quinto dicatur. Luto vilior vita eius in lacu. Ergo miſeriæ, & in luto fecis, ideo. B. timeant clerici,&c. In ſermone primo, erunt ſigna. Igitur aliqui ſunt adeo. infœlices, vt ſurgentes de lecto fornicationis veniant ad locum immolationis, de loco adulterij ad locum ſacrificij,&c. Quia igitur luxurioſis actibus ſubſtantiam ſuam diſſipant,& in auaritia,& in cupiditate, & tenacitate, populum opprimunt, & occidunt, de eo in nullo curantes. Ideo facit. pſal. quęſt. Numquid vane conſtituiſti filios. Certe ita in pſalm. patres noſtri in Aegypto non intellexerunt. Ecce quanta ignorantia non fuerunt memores multitudinis, ecce quanta negligentia ſiue malitia. Nota quid loquitur. pſalm.

Pſal. 68

Pſal. 30

Pſal. 88

Patres

Digitized by Google

Patres noſtri non intellexerunt vtique verum eſt: quia vt ipſe teſtatur alibi neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant: & ideo affectantur dicitur de eiuſmodi ignorantibus. Deut. 32. Vtinam ſaperent, & intelligerent ac nouiſſima &c. Igitur intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Non mirum ſi non intelligunt; quia etiam vnam lectionem, non dicam de Theologia: ſed de Grammatica neſciunt, ideo dicitur neſciuerunt. Contra iſtos in decretis. di. 30. Ignorantia, &c. Dic totum, &c. Capit. Si in laicis. Videtur intolerabilis malitia, quanto magis in his qui præſunt? Non fuerunt memores multitudinis in eorum mala vita malum exemplum aſſumentis. O Deus quantum laici rident, & quantum obloquuntur de eorum actibus immundis, & nepharijs. Ideo Auguſtinus. Et recitatur in decretis. di. 83.

Nemo quippe in Eccleſia appertius nocet, quam qui peruerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis vel ſacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum vehementer culpa extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Epiſcopus igitur qui talium culpas non corrigit magis dicendus eſt canis impudicus quam Epiſcopus, potes ſi vis plus dilatare ſecundum ſubſtantiam, materiam, & populum, cui prædicas: ſed iſtud ſufficit ad præſens.

Quantum ad ſecundum. Nota. In congregatione armentorum ſemper ductores aliorum ſunt cum grege, & præcedunt, & vadunt primi in congregatione vt tauri: immo ſi quoddam de armentis fuerit a congregatione ſeparatum, mugiunt: vociferantur, & clamant, donec reducant ſeparatum, & diuiſum ad multitudinem, & ſic præcedentes quærunt vberiora paſcua quæ cœteris ſequentibus largiuntur. Ita debet eſſe ſpiritualiter, quia ſemper prælati, & rectores debent eſſe cum congregatione ſua: curatus in parochia: Epiſcopus in diœceſi ſua. Abbas cum conuentu, prior in Eccleſia: quia ſicut caput ſemper cum corpore, ita præſidens ſemper debet eſſe cum plebe, cum congregatione. Et ſi quis oberrauerit a grege, ipſi debent mugire, & vociferari, & prędicare, & clamare, & ad viam ſalutis reuocare: & ad paſcua vitæ deducere: non ſolum vitę ſpiritualis: ſed vitæ corporalis: verbum vitæ prædicando, & & eleemoſynas largiendo. Iſti ſunt tauri optimi ductores gregis Dominici, & congregationis Dei: de quibus, & quorum ſocietate. Pſalm. 67. Congregatio taurorum in vaccis populorum.

Nota taurorum, cum deberent eſſe caſtrati propter Regnum Dei: & ideo boues, & non tauri: quia votum caſtitatis eſt annexum ſacro ordini. Sed hodie propter immunditiam tauri. Vnde Pſalm. Circundederunt me vituli multi: quo ad iuuenes, & laſciuos minores clericos. Tauri pingues obſederunt me; quo ad maiores prælatos, & curatos. Igitur curati non debent eſſe tauri, ſed boues caſtrati: & iſti debent præcedere exemplo vitæ cum campana ad collum: ideſt cum ſonora prædicatione ad ſubiectum populum. Ita docet Gregor. in paſtorali. Capit. 12. & recitatur in decre. diſt. 43. Capitulo præallegato. Sit rector circa medium per Malachiam dicitur labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, &c. vſque ibi. Sed cum recte ad loquendum ſe pręparat, &c. Ita faciebat. Pſalm. 110. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in conſilio iuſtorum, & congregatione. Debent igitur diſperſos, & famelicos ad gregem per eleemoſynas reducere cum liberali largitione. Ita docet Gregor. in quadam epiſtola, & recitatur in decre. diſt. 86. fratrem noſtrum. Dic quantum facit ad propoſitum. Ad hoc facit dictum Hieron. & recitatur id decre. 12. quæſt. 2. Cap. ſocrates. Vſque in finem dic. Ad idem Amb. in decre. diſt. 86. Paſce &c. ergo ad cibum, & eleemoſynam corporalem debent congregari pauperes ſubditi, & diſperſi. Vnde Pſal. 21

Digitized by Google

pſalm. 149. Diſperſiones Iſraelis congreg abit. Ergo ſecundum ipſum congregate li ſanctos eius qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Iſti qui ita faciunt ſunt memores congregationis. Sed vtinam hodie non ſint qui plus ſollicitentur de congregatione florenorum, quam de congregatione ſubditorum. Optime recordantur de congregando fœno: blado, vino, & oleo. De congregatione pecuniæ ad horrea: ad cellaria, ad ſcrinia, ad marſupia implenda. Sed non recordantur de plebe ſubdita: inſtruenda, nutrienda, & paſcenda. Hæc eſt mala congregatio: quia iniquitatis de qua. Pſalm. 40. Cor eius congregauit iniquitatem ſibi. Iſtis contingit poſtquam ſatis congregauérunt. Illud. Luc. 12. Poſtquam enim ille diues multa congregauerat, & dicebat. Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, &c. Dixit illi Deus. Stulte, & inſipiens hac nocte repetent animam tuam a te, quę autem congregaſti cuius erunt, quaſi dicat non tua neque alterius quem tu ſcias. Et nota. Vocatur hic auarus congregator, ſtultus, & inſipiens, ſtultus quidem quia congregat, & colligit, & quæ debet, & quæ non debet: per fas, & nephas: per infamiam, & bonam famam: a dextris, & a ſiniſtris, & neſcit cui. Eccl. 4. Vnus eſt, & ſecundum non habet, nec filium, nec fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens cui laboro, & fraudo animam meam bonis. Iſte eſt vanus, & fatuus, quia neſcit cui congregat vel quando deberet diſpergere. Vnde pſalm. 38. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Dicitur etiam inſipiens: quia congregat quando deberet diſpergere. Nota ſi fœnum madefactum quãdo debet diſpergi congregaretur: finaliter generat ignem: & aliquando comburit domum, & congregatorem. Ita eſt de diuitijs in mundo. In vita iſta non debent colligi, & congregari: ſed ſpargi, & erogari pauperibus ita quòd ſi non dentur, ſed congregentur ſunt diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui. Vt dicitur Eccle. 5. Quia finaliter ex eis generatur ignis inferni comburens diuitem, diuitiarum congregatorem. Zach. 12. Ponam duces Iuda ſicut caminum ignis, & ſicut facem ignis in fœno. Iſtud forte eſt quod. Pſalm. Videtur dicere ſub figura ſuper congregationem Abyron exarſit ignis in ſynagoga eorum, flamma combuſſit peccatores. Sequitur cauſa: quia mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum: quia vitulus non ſpergit ſed colligit. Abyron interpretatur pater meus, magiſter antiquus. Ideo dicit. Ambro. lib. de offi. Et recitatur in Decre. duodecima quæſtione 2. Aurum habet Eccleſia non vt ſeruet: ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid eſt opus cuſtodire quod nihil adiuuat, &c. Vide decretum totum. Et Hiero. capitulo ſequenti. Gloria Epiſcopi eſt pauperum operibus prouidere. Ignominia Sacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs. Et ſubditur infra. Sacrilegum eſt accepiſſe pauperibus erogandis, & eſurientibus: populis illud reſeruare vel cauere vel timendum eſt, aut quod apertiſſimi ſceleris eſt exinde aliquid ſubtrahere omnium predonum exuperat crudelitatem &c. Vide totum. Ita congregauerat: & diſpergere etiam micas Lazaro noluerat ille diues epulo: qui comburebatur in inferno, & clamabat. Crucior in hac flamma. Luc. 16. Ergo ſic congregantes, & immemores huius congregationis ſunt inſipientes. Prudentes ergo rectores ſunt memores cõgregationis populi, & non congregationis pecuniæ vel theſauri, quia contra tales congregatores dicitur. Deut. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Sequitur. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis.

Quantum ad tertium. Nota quòd Apoſtolus. 1. ad Thim. 5. Dicit: qui ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, infidelis eſt, & infideli deterior, quamuis ergo Deus vnicuique mandauerit de proximo. Tamen prælato ſpecialiter mandauit

uit

uit de ſuo populo ſicut de grege proprio, & ideo ad impendendum affectum feruentiorem vt ad rem propriam ſibi datam, & commiſſam poſtquam dictum eſt. Memor eſto congregationis, additur tuæ. Vbi nota. Naturalis affectus trahit patrem, vel matrem ad filium proprium, vt nullo modo poſſit eius obliuiſci, & potiſſime quando plorat. Rector populi eſt cuiuſlibet ſubditi pater in regendo, & mater in miſerendo. Sicut ergo parentes non poſſunt filiorum obliuiſci; ſed ſtatim aſſunt indigentibus, & plorantibus. Ita rectores nullomodo debent filiorum maxime pauperum lugentium obliuiſci: ſed ſtatim debent aſſiſtere, & ſemper pręſentes eſſe conſolationem largiendo, præſentiam exhibendo, & eleemoſynas tribuendo. Illi autem tales ſunt qui veraciter dicunt. Illud. Eſa. 49. Numquid obliuiſci poteſt mater infantulum vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit ego tamen non obliuiſcar tui. Sed Hiere. contra aliquos plorat. Threno. 4. vbi dicit. Crudelis ſicut ſtrutio in deſerto. Rationem autem crudelitatis aſſignat. Iob. 39. Derelinquit ova ſua in terra, & obliuiſcitur, quod pes conculcet ea, & beſtiæ agri conterent ea, induratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui.

Sed vnde tanta crudelitas in ſtrutione contra oua ſua contra proprios filios, quòd ſic obliuiſcatur, & induretur ad eos. Vtique bona ratio: immo vt verius loquar mala: ſed vera. Auis hæc diligit, & comedit ferrum quia eſt ardentis, & calidę Naturę. Ergo ſi intra oua eſſet ferrum, aurum, vel ea quæ diligit, & comedit, & poſſet extrahere: vtique diligeret, & recordaretur ouorum, & extraheret ſi poſſet. Sed quia ſcit, quòd nihil horum eſt in ouis, ideo ea negligit, & obliuiſcitur, & non curat. Hodie poſſumus illud. Iob. 30. Dicere. Frater fui Draconum, & ſocius ſtrutionum. Multi enim ex præſidentibus ſunt calidæ naturæ, & ardentis per auaritiam conſomentem, quamdiu ergo ſciunt aliquid eſſe de ære, de auro de pecunia, de decimis, de primitiis, de redditibus in ſubditis, tandiu recordantur de ſubditis de filijs ſuis, & ſe tenent ei ſtant prope eos, vnde in æſtate quando poſſunt extrahere, & extorquere de meſſibus, de frugibus, de vindemiis: tunc faciunt reſidentiam: ſed poſtquam collecti ſunt fructus receperunt pecuniam, accenſauerunt Eccleſiam. Poſtquam non poſſunt plus extorquere vel habere, tunc recedunt, non curant de ſubditis, indurantur ad eos quaſi non ſint filii eorum, non curant de conculcatione animarum, de indigentia pauperum, hoc eſt contra ſanctorum patrum canonicas ſanctiones. Vt patet in Decre. 7. quæſt. 1. ſer. per totum. Et ſpecialiter capitulis illis pontifices. Item ſicut vir. Item ſicut presbyter. Item Epiſcopus.

Nota. Sic alloquebatur populum ſuum ſanctus rector ille Dauid: immo dicebat in pſalmis. Si oblitus fuero tui: obliuioni detur dextera mea: adhereat lingua mea faucibus meis: ſi non meminero tui: talis rector eſt ſimilis omnium rectori ipſi videlicet Chriſto: de quo dicitur Exodi 15. Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti, & portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum.

Ad quod habitaculum, & cętera.

Digitized by Google

SERMO LIII.

De Beata Maria Magdalena.

Pſal.73 TV confirmaſti in virtute tua mare; conturbaſti capita Draconum in aquis. Docet experientia, quòd animalia debilia capita habentia: ex ſono tonitrui perturbantur, & contribulantur; vt patet in piſcibus:& Serpentibus:Anguillis, & Draconibus. Nam Anguillæ,quæ aliter capi,& piſcari non poſſunt a piſcatoribus:factis magnis tonitruis, & Cœleſtibus ſonis:adeo conturbantur: & in capitibus contribulantur: quod quantumcunque latitent in limo profundi: in imo laci: in antro gurgitis: ſtatim extra exeunt:enatant exterius:capiuntur a piſcatoribus:& ſic extrahuntur, & eiiciuntur a fluminibus. Idem eſt in Serpentibus, & Draconibus in aquis ſeu in cauernis latitantibus. Ad propoſitum: quid per Anguillam limoſam: Serpentem vel Draconem habitantem in aqua: niſi peccatum mortale in conſcientia intelligo? Sicut enim Serpens habet caput debile: ita peccatum mortale: quòd patet: quia ſicut Serpens vel Anguilla læſis capitibus punctura leui moriuntur: ita peccatum mortale in anima leui punctura;ſed diſplicentia interimitur. Sicut enim huiuſmodi animalia in limo profundi aquarum inhabitant: ita peccata mortalia in profundo conſcientiæ inter aquas delitiarum latitant. Natant igitur vt ſic de limo,de profundo conſcientiæ hæc peccata latentia extrahi non poſſint: ſed quando ſuperuenerit tonitruum ſonus, & fulgura Diuinæ prædicationis tonantis æterna prĕmia bonis: fulgurantis æterna ſupplicia malis; tunc exeunt dracones de cauernis: peccata venenoſa latentia de conſcientijs enatant exterius per contritionem: & extrahuntur a pectoribus a prædicantibus per confeſſionem. Vnde non eſt modus adeo facilis ad contribulandum peccata in conſcientia vt extrahantur ab ea,ſicut tonare,& fulgurare tonitrua prædicationis promiſſionum, & comminationum: talia enim tonitrua compellunt exire peccata de conſcientia. Figura.Apoc. 12. Vbi dicitur. Factę ſunt voces,& fulgura.Sequitur. Et ecce Draco magnus, & ruffus habens capita ſeptem. Voces,& fulgura prædicantium ſunt promiſſio prĕmiorum: & comminatio ſuppliciorum quibus in aquis peccatorum ſonantibus: ſtatim exit Draco ruffus, ideſt Diabolus igne infernali fumatus, & ruffus; qui habet ſeptem capita, ideſt ſeptem peccata mortalia capitalia:cum quibus ad tonitruum prĕdicationis compellitur exire ad ſonum prĕdicantis. Sed nota. Quicumque tonaret tono terreſtri:nunquam emitteret de aqua vnum piſcem vel ſerpentem: vt puta cornu vel tuba: quia talem ſonum terreſtrem non timent:ſed ſolum tonitruum cœleſte. Ita de Dœmone, & peccatis non timent prĕdicationes prĕdicantium terrenas, vel terrenorum prĕdicatorum: ſed Cœleſtium. Vnde dicitur in textu præallegato intermedie: quòd ſignum magnum apperuit in Cœlo. Ad propoſitum; tantę ſunt aquę delitiarum Marię Magdalenę,quod in ipſa facta eſt habitatio:non ſolum Draconum:ſed etiam Dœmonum:vnde Diaboli videntes gurgitem magnum delitiarum: & antrum diuitiarum in limo luti peccatorum in cauernis eius conſcientię latitabant, inde ergo extrahi non poterant:quia inter diuerſa peccata delitioſe natabant:donec intonuit de Cœlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam prĕdicando, & tonitruando:quomodo animę peccatrici debentur grando, & carbones ignis.

Et

Digitized by Google

Et ita in ſua prædicatione apud Magdalenam contra peccata: contra dæmones miſit ſagittas ſuas: quod diſſipauit eos: ita fulgura multiplicauit, quod conturbauit eos: eos totaliter expellendo: vnde eo tonante, & prædicante exiuit draco magnus, ideſt diabolus habens ſeptem capita, id eſt ſeptem peccata mortalia: propter quod dicitur. Mar. 16. Quod Chriſtus de ea ſeptem eiecit dæmonia: quod forte Pſ. Dicere voluit. Vox Domini ſuper aquas ſcilicet delitiarum, & diuitiarum Magdalenæ: Deus maieſtatis intonuit vox Domini ſuper aquas multas: vox Domini in virtute: quare quia vox Domini confringentis cedros, ideſt diabolus, & reuelauit condenſa, ideſt Magdalenæ occulta peccata: quia igitur Chriſtus tonãdo in Magdalena: ita capita draconum: dæmonum, & peccatorũ in aquis delitiarum Magdalenæ contribulauit, & de ea expulit. Dicit Pſal. Tu confirmaſti in virtute tua mare, &c. In quibus verbis deſcribit Magdalenæ triplicem ſtatum: ſcilicet. *Pſal. 28*

Mortiferum Salutiferum Luciferum	capita draconum contur. in aquis tu confir. in virtute tua mare	igitur Pſalm. ſpeculator conuerſionis Magdalene. veridicus cognouit ſtatũ

Mortiferum Salutiferum Luciferum	In	auerſione culpæ remordentis contritione lachrimæ cõpungentis perfectione gratiæ ſubſequentis	capita draconum contur. in aquis tu confir. in virtute tua magna.

Nam volenti ſubtiliter intueri Maria ſoror Lazari fuit in ſui

auerſione vulnerata criminibus venenoſis contritione reparata ſingultibus lachrimoſis perfectione lucidata operibus virtuoſis	capita draconum contur. in aquis tu confirma. in virtute tua mare.

Quantum ad primum. Nota, quod aliqui naturalium ſcribunt viperam eſſe ſerpentem ſiue draconem: in cuius ventre ſeptem ſerpentes alij generantur. Sed inde naſcentes propriam interimunt genitricem. Ita eſt ſpiritualiter: quid enim eſt peccatum niſi draco ſecum portans venenum mortiferum culpę mortalis? In huius igitur ventre, ideſt conſcientia vel mente generantur per cogitationem ſeptem alij dracones, ideſt ſeptem peccata mortalia, & per ea ſeptem dracones: qui poſtea per conſenſum vel operationem naſcentes propriam interimunt genitricem, ſcilicet animam peccatricem: ſicut eſt in quolibet peccatore. Ita fuit in Magdalena: in qua non ſolum generati per cogitationem: ſed nati per conſenſum, & operationem fuerunt ſeptem dracones: ſeptem peccata mortalia: ſeptem dæmones: qui eam priuauerunt vita grẽ. Vnde de ea, & de alijs peccatoribus dicitur Eſaię. 13. Replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi. Sed pro vero hæc eſt peſſima habitatio, & periculoſa: quia habitatio dæmoniorum: ideo: quia talis eſt peſſima habitatio. Scripſit Pſal. Eijciatur de habitationibus ſuis. Sic fecit Magdalena. Eijcitur aũt draco ſiue ſerpens dupliciter. Primo per muſtelam: draconem in ſuo foramine inuadentem. muſtela enim inuoluta ruta draconem impetit, & de foramine exire compellit. Hęc muſtela ruta inuoluta fuit Dei filius: ruta noſtrę humanitatis inuolutus. Ipſe igitur draconem infernalem mundum, & mentem Magdalenę inhabitantẽ aggreſſus: de vtraque habitatione ſua virtute expulit, & eiecit. Io. 13. Nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Secundo educitur ſerpens de foramine per aquam fluminis ſuperinundantem, & foramina cuncta replẽtem. Ita fuit in Magdalena: adeo enim ſuperabundauit fluuius lachrimarum, quod cũcta foramina oĩm vulnerum peccatorum: in quibus latebant dæmones velut quibuſdam gurgitibus lachrimis adimpleuit, & ex hoc dæmones exire coegit. De vtroque ſcripſit Eſa. 35. Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos: ecce de muſtela inuadente. Sequitur de aqua lachrimarum inundante. Siccæ ſunt in deſerto aquę, & torrentes in ſolitudine, & quæ erat arida in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum: in cubilibus vbi prius habitabant dracones viror

Peccatum draco eſt.

Pſal. 108

Xp̃s Comparatur muſtel'a.

Digitized by Google

nes viror thalcum, ideſt Chriſtus orietur, & ſancta vocabis. Si vis plus de eiectione ſerpentum, & draconum: quere in illo ſermone. Cum eieciſſet demonium, &c.

Quantum ad ſecundum. Nota, quod piſces in aquis contribulantur dupliciter. Primo ſaporis amaritudine: quod patet: quia ſi piſcis nutritus in aqua dulci intret aquas maris: ſtatim moritur ex aquæ falſedine, & amaritudine. Piſcatores etiam in terra mea volentes truttas de gurgitibus profundis extrahere: immittunt calcem & lactucam agreſtem: & iſtis aqua amaricata contribulant piſces, & de profundo extrahunt, & interficiunt. Ita contribulauit hæc ſancta in profundo ſuæ conſcientiæ: in aquis plorationis dæmones, & peccata. Commutauit enim aquam peccatorum corporalium in aquam amariſſimam contritionis, & doloris: & adeo fuit amara contritio, & dolor: quod omnia peccata perimeret, & omnes dæmones expelleret. Diſcite quo dolore ardet qui flere inter epulas non erubeſcit: mutauit ergo aquam dulcem dilectionis in aquam amaram contritionis. Vnde poterat dicere illud Eſaia. 38. Amaritudo mea amariſſima. Exo. 15. Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare, & ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. Secundo contribulantur piſces caloris multitudine, & æſtus magnitudine. Vidi in æſtate quadam: in quibuſdam fluminibus multos piſces mori propter ardorem ſolis aquã nimis calefacientem: hoc etiam experimur ad ſenſum: piſces in aquã frigida viuẽtes: in aqua calida poſitos ſtatim mori. Ita fecit Magdalena aquam adeo calidam charitate, & Chriſti amore lachrimando exhibuit, & ſtatim omnia vicia interfecit. Nonne propter hoc de ea cantamus? Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quam dixit multum. Ita dixit Chriſtus Symoni: ipſa plorante, & lachrimis charitatis calidis pedes Chriſti lauãte. Lu. 7. Remittuntur ei peccata multa: quoniã dilexit multum. Hanc igitur duplicem viam delendi peccata, & per ſaporis amaritudinem in contritione, & per caloris magnitudinem in dilectione videbatur ei loquens Pſ.

Pſal 76 Dixiſſe. In mari via tua: ecce de contritione; & ſemitæ tuæ in aquis multis: ecce de dilectione: & veſtigia tua non cognoſcentur: ecce de peccatorum remiſſione. Nota quomodo aqua lauans eſt, & purgans priores maculas, & maxime calida. Vt etiam veſtigia non remaneant. Ita fecit aqua lachrimarum in Magdalena ad ignem charitatis calefacta: vt quid ergo peccatum, & diabolus Magdalenam deſeruit: de ea exuit certe propter aquam lachrimarum amore Dei calidam quam inuenit. Hæc redditur ratio Geneſi. 36. Inuenit aquas calidas in ſolitudine.

Quantum ad tertium. Nota, quod res fluxibilis, & labilis ſpiritualiter indiget confirmatione: vt vas de terra vel luto nouiter factum indiget deſiccatione. Magdalena ante ſui conuerſionem fuit fluxibilis, & labilis in diuerſa peccata, & ideo ſicut lutum fluxibile confirmatur ad aſpectum, & vertutem ſolis. Ita Magdalena lutoſa peccato immunditiæ fuit exſiccata, & confirmata ad aſpectum veri ſolis, ſcilicet Chriſti: vnde cantamus de ea. Poſt fluxæ carnis ſcandala: fit ex lebete fiala: in vas tranſlata gloriæ: de vaſe contumeliæ. Ideo loquitur ipſa Chriſto illud Pſal.

Pſal. 40 Confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum: ergo, & vos ſimiliter ſi ad peccata fuiſtis fluxibiles querite Dominum, & confirmamini: querite faciem eius ſuper. Sic enim dicitur Eccliſ. 17. Pænitentibus dedit viam iuſtitiæ, & confirmauit deficientes: confirmat autem iuſtos Dominus vt dicitur in Pſal. Sed nota. Hic dicitur confirmaſti in virtute tua mare, id eſt Mariam quæ interpretatur amarum mare: hoc autem non ſine myſterio. Ratio eſt: Mare aliquando eſt fluxibile, & intumeſcit in fluctus, & vndas emittit. Aliquando eſt ſtabile firmiter permanens: non autẽ inundans, & hoc totum atribuitur lunæ, & lunari virtuti: quando enim luna eſt in defectu, & non radiat commouet mare, & intumeſcunt fluctus eius: & tunc inundat, & fluit; ſonat, & rugit: quia non habet lumen lunæ: ſed quando luna eſt innouata, &

ſol eam

ſol eam illuminat,& eſt reparata: tunc luna mare illuminat,& motus maris ſedat, vndas remittit,fluctus mitigat,& in quiete firmatur, & ſolidatur. Ita in propoſito per lunam Chriſtus intelligitur. In quo fuit ſol Diuinitatis, & luna noſtræ humanitatis. Iuxta illud Abacuch. 3. Sol, & luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Per mare autem Maria Magdelana:hoc igitur mare fuit fluxibile: intumuit in fluctus, ideſt in fletus, lachrimas, & ploratus, dolores,& eiulatus: in defectu lunæ,ideſt in Chriſti Paſſione:quando defecit in Paſſione eius humanitas. Vnde tunc cor amarũ Magdalenæ diuerſas vndas ſuſpiriorum fluctus varios ſingultuum,& fletuum ſonos planctuum amare lachrimando emiſit. Vnde dicitur Luc.22. Quod Chriſtum euntem ad Paſſionem ſequebatur multitudo mulierum:quæ plangebant, & lamentabantur eum:inter quas erat Maria Magdalena:vt dicitur Matth.27. & Io.20. dicitur quod Maria ſtabat ad monumentum foris plorans:ideo dixerunt ei Angeli Mulier quid ploras?ſtatim ipſa reddidit cauſam: defectu lunæ a qua non illuminabatur:quia tulerunt Dominum meum,& neſcio vbi poſuerunt eum: igitur hæc luna deficiens Chriſtus moriens:commouit maris intima Mariæ viſcera:ex quibus exierunt fluctus ploratuum:ſonus planctuum;vnde ſuſpiriorum,& ſingultuum ex dolore,& amaritudine Paſſionis:vnde dicebat Magdalena ſonans,& rugiens:ſuſpirans, & flens Petro. Io.20. Tulerunt Dominum de monumento,& neſcimus vbi poſuerũt eum. Ex Chriſto etiam apparenti,& quid ploraret quærenti inſonuit. Domine ſi tu ſuſtuliſti ipſum dicito mihi, & ego eum tollam. Igitur hoc totũ faciebat Chriſtus cor,& viſcera huius Mariæ amare ex ſua paſſione conturbans, & commouens. Vnde loquitur Chriſto Pſal. Conturbas profundum maris,ſonum fluctuum eius. Ergo hoc mare eſt in fluctibus,& ſonis procellantibus, & ſuſpirijs, & fletibus:ſed Domine Deus. O Chriſte luna ecclipſata:luna paſſa:ploratus eius tu mitiga:lumine tuæ viſionis illuſtra,& confirma. Certe ſic fecit:quia ſtatim recepto lumine reſurrectionis: nouata luna carne, & humanitate renouata per reſurrectionem in prima luna primo die reſurrectionis Mariæ apparuit,& illuminauit ad monumentum ploranti. Et tunc ei dixit Maria:quo cognito immediate fluctus fletuum: ſoni planctuum præ reſurrectionis gaudio;propter innouationem lunæ pænitus ceſſauerunt, & tũc eam in reſurrectionis gaudio,& fide firmiſsima confirmauit:mitigatis fluctuationũ fluctibus,& fletibus compaſſionis. Tu dominaris poteſtati maris:motum aut fluctus eius tu mitigas. Hæc luna ergo habens maris dominium eſt ille de quo Pſal. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo,& in terra in mari,& in omnibus abyſſis. Vbi nota: quod Chriſtus propter amorem Magdalenæ ſingulares gratias contulit ipſi. Vna fuit ſingularis: quod ipſa faciens pænitentiam in balma: ſeptem vicibus ab Angeliſis in die ad cælum eleuabatur, & ibi cæleſtibus cantibus paſcebatur. Secunda fuit quod Chriſtus inter omnes primo Mariæ Magdalenæ in terra apparuit poſt reſurrectionem. Tertia fuit quod Dominum ciuitatis maſciliæ conuertit,& vxorem mortuam in mari,& filium per biennium in inſula maris ſuſcitauit, & modo mirabili ſuſcitauit,& peregrino reddidit. Quarta fuit: quod ad eius preces: quatriduanum Lazarum ab inferis ſuſcitauit. Hæc quattuor vide in legenda ſua:quæ in auctoritate præmiſſa per ordinem deſcribuntur:quaſi dicat Pſal. Tantũ Dominus Chriſtus dilexit Magdalenam, quod omnia quæ Magdalena voluit omnia fecit in cælo:eam ſepties in die manibus Angelicis eleuando, & in terra ei poſt reſurrectionem primitus apparendo: in mari matrem,& filium mirabiliter conſeruando,& in omnibus abyſſis animã fratris Lazari ab inferis reuocando:ergo Chriſtus eſt ille qui conuertit mare in aridam: in flumine pertranſibunt pede ibi lætabimur. Ad quam lætitiam,&c.

Pſal.113 *Pſal.88*

SERMO XXXXXIIII.

De Beato Thoma de Aquino Confeſſore Ordinis Prædicatorum.

Pſal. 76. VOx tonitrui tui in rota. Inter cętera ducentia in perfectam, & veram notitiam perſonæ eſt vnum: vox propria. In cuius ſignum cęci vel non videntes vt moniales incluſæ velatæ nullum aliud habentes de perſona indicium: ad vocem perſonam cognoſcunt. Sic Iſaac cuius oculi caligauerant: quamuis in aſpectu, & tactu deceptus fuerit circa cognitionem, & iudicium inter Iacob, & Eſau: tamen in voce non errans: Iacob veraciter eſſe cognouit: vnde palpato eo dixit. Vox quidem vox Iacob eſt: ſed manus ſunt Eſau. Gene. 27. Quamuis autem vox ducat in expreſſam perſonæ notitiam: tamen quanto vox pulchrior, dulcior, altior, & reſonantior: tanto melius, citius, & ſingularius perſona cantans cognoſcitur. Vnde conſueuit dici quando aliquis frater habens vocem ſic altam ſic pulchram, quod eo cantante non eſt in Eccleſia angulus: quem non faciat reſonare: talis frater modo cantat: vnde inter centum vnus cantor vocem altius cęteris, & pulchrius eleuans ſtatim inter omnes dignoſcitur. In huius figura legitur Gen. 45. Quod cum Ioſeph vellet ſeipſum ſuis fratribus manifeſtare: quia fratres ipſe cognoſcens non erat agnitus ab eis vt bene cognoſceretur ab eis. Eleuauit vocem cum fletu quam audiuerunt ægyptij: domuſque pharaonis, & dixit fratribus ſuis. Ego ſum Ioſeph frater veſter. Ad propoſitum: quid aliud per vocem cantoris: niſi ſcripturam, & doctrinam doctorum intelligo? Sicut enim perſona in voce cognoſcitur: ita doctoris excellentia, perfectio, & eminentia in doctrina, & ſcriptura ſua cognoſcitur. Prouer. 12. Ex doctrina ſua cognoſcitur vir: de bono enim theſauro ſuo profert bonum: ſicut de bono dolio non exit niſi bonum vinum. Nota hic quod de porcò cognoſcitur, an ſit mundus an immundus ſanus an leproſus, ſincerus an infectus in lingua. Ita de doctore vtrum fidelis an hæreticus, verax an mendax, literatus an illiteratus in eius doctrina, & de quolibet homine vtrum bonus an malus, honeſtus an inhoneſtus, mundus an imundus in locutione eius vera vel falſa, bona vel mala, munda vel immunda. Vnde verſificator. Indicium mentis vox eſt, & ſermo loquentis. Ergo ſi loqueris turpia: turpis eris. Turpia qui loquitur monſtrat ſe viuere turpe. Prouenit ex turpe viuere turpe loqui. Igitur quando aliquis doctor ſic inaltat vocem doctrinæ ſuæ ſonoroſæ, quod in tota Eccleſia militante auditur, & intelligitur: ſicut fuit in Apoſtolis, quorum vox in omnem terram exiuit. Talis doctor monſtratur bonus cantor, perfectus, ſanctus, & virtuoſus. Sic eſt in propoſito de Beato Thoma de Aquino de Ordine Prædicatorum Confeſſore, & Doctore glorioſo. Ipſe enim non ſolum voce cōmuni: vt cæteri Doctores, & Magiſtri in Theologia cantauit ſcribendo, & docendo: ſed vocem pulchram, ſonoroſam, & altam interim eleuauit, quod non eſt angulus in tota Eccleſia militāte: vbi non reſonet hodie vox eius doctrinæ, vnde bene intelligitur per Ioſeph, qui interpretatur augmētum qui eleuauit vocem doctrinæ ſuæ cum fletu, vtique quia cum fletu, & orationibus ſcientia a deo obtinuit. Nota in vita eius quomodo ipſi oranti datum eſt illud verbum. Rigans montes, &c. Et alia per quæ in oratione a Deo ſcientiam obtinuit. Hanc igitur vocem, non ſolum audierunt fratres eius Chriſtiani ſcilicet: ſed etiam ægyptij, ideſt hæretici: omniſque domus pharaonis: ſcilicet iudeorum, & paganorum, patet in ſumma contra gentiles: quam ipſe fecit. Et dixit fratribus ſuis ſcilicet fratribus

Digitized by Google

fratribus de Ordine fratrum Prædicatorum. Ego ſum frater veſter Ioſeph, id eſt augmentum, quia ſacrarum ſcripturarum vobis Prædicatoribus doctrinam ampliando augmentaui. Adeo igitur in materijs immo doctrinam claram eleuauit: quod ex doctrina eius cognoſcitur vir fuiſſe: immo hodie ad tantum deductum eſt: quod cum quis loquitur: ſtatim in ſcripturis per vocem Beatus Thomas cognoſcitur. Vnde hodie apud theologos ſtatim dicitur: hoc eſt de doctrina S.Thom. idcirco doctrina eius cõmunis appellatur, & hoc prędixerat Dñs Albertus magiſter eius in Theutonia. Iſte bos mutus talem ſonum dabit ꝙ audiet totus mundus: igitur hanc doctrinam ſic velut vocem ſonoroſam eleuatam Pſal. Prop hetico pręuidens ſpiritu: eam intra Eccleſiam, & ſcripturam ſacram reſonantem tonitruo comparãs eum alloquitur in verbis aſſumptis. Vox tonitrui tui in rota, ideſt in Eccleſia vel ſcriptura ſacra. Vbi oſtendit quod eius doctrina fuit tradita.

in euidentia in efficatia ſine fallacia	vox tonitrui tui in rota	fuit quidem tradita

in euidentia inſtructrice veritatis cum efficatia deſtructrice prauitatis ſine. fallacia acceptrice fallacitatis	vox tonitrui in rota.

In Doctrina huius ſancti continentur

carmina beatorum fulmina dannatorum lumina viatorum	In	pręmijs ſupplitijs deuijs

Ideo dicitur — vox tonitrui in rota, &c.

1 Nota, quod inter cętera quæ multum faciunt ad vocis naturalis pulchritudinẽ, & altitudinem: eſt pręſeruatio a carnis corruptione: pręſeruatio a carnali voluptate: vnde pueri bene cantantes in pueritia poſtquam exponunt ſe actibus carnalibus, cõſueuerunt vocem perdere, & rauceſcere. Quod autem pręſeruatio a carnali voluptate cuſtodia munditiæ verginalis faciat ad vocis altitudinem, & pulchritudinem habetur. Apoc. 14. Vbi loquitur ſic virgo Ioannes. Audiui vocem de cęlo tã quam vocem tonitrui magni, & tanquam vocem aquarum multarum, & vocẽ quã audiui ſicut cytharedorum cytharizantium in cytharis ſuis. Sequitur. Et nemo poterat dicere canticum niſi illa centum quadraginta quatuor millia: qui empti ſunt de terra: hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Ex quo patet ꝙ Virg. pręcęteris habẽt in voce ſua ſingularẽ in cãtando altitudinem: tanquã vocẽ tonitrui: latitudinem, & tanquã vocẽ aquarum multarum: dulcedinẽ: ſicut cytharedorũ, &c. Valitudinẽ, & nẽo poterat dicere, &c. Hæc eſt ratio quare B. Thom. tam alte, tã late, tam ſonoroſe, tam pulchre, tam dulciter in ſua doctrina, in ſua ſcriptura cantauit: qa corpus ſuũ ab omni carnali corruptione integrũ pręſeruauit: ſemper ſeruans illibatam virginitatẽ: vt patet in legẽda eius. Vbi nota quomodo ad eius ſanctũ propoſitũ deſtruẽdũ: fuit puella impudica introducta, & quomodo eã cũ titione fugauit, & quomodo in oratione per Angelos miſſos a Deo: virginitatis cingulo cinctus fuit, & alia quę pertinent ad eius puritatẽ: ideo dicat Eccleſia. Audiui vocẽ de cęlo, ideſt de B. Tho. cęleſti viro: tanq̃ vocẽ tonitrui magni, ex doctrinæ eius ſubtilitate. Et tanq̃ vocem aquarum multarum profunditate, ſicut cytharedorũ, &c. Suauitate, & nemo poterat dicere cãticũ, &c. Singularitate, niſi iſte qui cũ mulieribus non fuit coinqnatus, illibata ſeruata verginitate. Ideo Apoc. 7. Ioannes. Quia Angelis eſt cognata verginitas, Angelum vocauit ſe dicens.

Vidi

Digitized by Google

Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis: habentem ſignum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor: vbi oſtendit, quod Beatus Thomas habuit ſingulariter virginitatem in carne: vidi alterum Angelum. Charitatem in mente. Aſcendentem ab ortu ſolis. Humilitatem in opere: habentem ſignum Dei viui. Veritatem in ore. Et clamauit voce magna quatuor.

De primo nota: quod pictores volentes in pariete varias picturas, & pulchras imagines pingere: ſemper præponunt, & ſupponunt medium colorem quaſi baſym & fundamentum omnium aliorum colorum ſcilicet album. Ita fecit Deus: volens enim in ſancto Thoma varias ſcientias, diuerſas concluſiones, diuerſas cognitiones intellectuales, & virtutes morales ponere: propoſuit colorem album munditiæ virginalis tanquam baſym, & fundamentum ſcientiæ, & cæterarum virtutum: ideo ita fuit mens eius, & caro alba, & munda: quod hic Angelo comparatur. Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit viam ante faciem meam.

De ſecundo nota, Ignis ſuper ſurſum tendit, & ignita, & calefacta ſurſum eleuat per abiectionem terrenorum, & dilectionem, & contemplationem diuinorum, & finaliter facit aſcendere ad adeptionem cęleſtium præmiorum: Beatus Thomas tãtum habuit de Dei charitate, quod ſic aſcẽdit per temporalium abiectionem quod omnia propter Deum contempſit: patet: quia nobilibus, & ditiſſimis comitibus ortus: tamen ordinem prædicatorum pauperem intrauit: patet: quia dixit quod plus vellet Chryſoſtomum ſuper Matthæum: quam ciuitatis pariſieñ. dominium: patet etiam: quia Archiepiſcopatum Neapolitanum ſibi miſſum a Papa recuſauit. Nota hæc in legenda. Aſcendit per diuinorum etiam contemplationem. Nota de raptu, & aſcenſu mentis eius: in menſa cardinalis: in Menſa regis Ludouici in domo ſororum: in Eccleſia coram altari: in legenda ſua. Beatus Paulus ſemel: ſed iſte frequenter raptus fuit, & ideo merito raptus arcana verba Pauli in Epiſtolis ſuis expoſuit: Ideo propter iſta aſcendit finaliter ad adeptionem cęleſtium præmiorum. Nota in legenda: quomodo frater videns eum in cęlum eleuari tempore mortis eius
Pſal. 17 clamauit. Frater Thomas a nobis tollitur. Ideo dicit Io. Vbi ſupra: quod vidit alterum Angelum aſcendentem. Aſcendit ſuper Cherubin, & volauit, &c. Et merito: quia ipſe aſcenſiones diſpoſuit in corde ſuo in valle lachrimarum, ſcilicet huius mundi: vt dicitur alibi in Pſal. Sed nota dicit. Aſcendentem ab ortu ſolis: quia ad literam de porta orientali natus venit verſus aquilonem pariſius: vbi ad magiſtratum in Theologia aſcendit: vel quia ipſe ſol exiſtens ab ortu ſuo in ſcientia aſcendit vſque ad occaſum ſuum. Nota quomodo in manu eius cartula inuenta fuit: quomodo in pueritia ſororẽ logicalia docuit, & tractatum fallaciarum edidit: quo
Pſal. 49 modo poſtea in iuuentute viginti vnius annorum exiſtens: magiſter in Theologia factus fuit: Ideo dicitur ab ortu ſolis. In Pſal. A ſolis ortu vſque ad occaſum ex ſyon ſpecies decoris eius. Syon ſpecula interpretatur.

De tertio nota: quod ſignum Dei viui eſt humanitas. Vnde dixit Chriſtus Matthæi. 11. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Sicut enim ſignum diaboli eſt ſuperbia: ita Chriſti humilitas: quia igitur ſcientia inflat per ſuperbiam: vt dicit Apoſtol. 1. Cor. 8. Iccirco ne magnitudo reuelationum eum extolleret: aſſumpſit ſignum Dei viui humilitatem. Nota in legenda quomodo triennio colo-
Pſal. 85 niæ tacens latuit: quomodo magiſteriũ in Theologia recuſabat: quomodo bononię fratrem ad villam aſſociauit, &c. Pſal. In eius perſona. Fac mecum ſignum in bonum, &c. Nota in bonum contra ſancti huius detractores, & inuidos. De quibus Lucæ. 2. Ecce poſitus eſt in ruinam, ſcilicet inuidorum, & in reſurrectionem deuotorum, & in ſignum cui contradicetur, ſcilicet per ſermonem emulorum. Sed pro vero parum valet illa contradictio: quia ſancta mater Eccleſia contra contradicẽtes ar-

tes ar-

Digitized by Google

tes arguit illud Io.9. Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere pro vero ſancto Thoma illud Io.3. Verum eſt. Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis: niſi fuerit Deus cum eo. De iſtis ergo contradictionibus quibus eſt poſitus in ruinam dicitur Matth.12. Generatio hæc praua, & adultera ſignum querit, & ſignum non dabitur ei. Sed datum eſt illis quibus propoſitus eſt in reſurrectionem reſpectu quorum habet ſignum Dei viui.

De quarto nota, quod Beatus Thomas non docuit in angulis: quia veritas non quęrit angulos: ſed omnibus veritatem publice ſcribendo, legendo, docendo manifeſtauit: Ideo dicitur. Et clamauit voce magna quatuor. Quippe clamauit voce veritatis ad portam orientalem ſcribens in Theologia ex qua oritur nobis lux diuinę veritatis, componendo ſcripta quatuor ſententiarum, ſummam quatuor voluminum: contra gentiles quattuor librorum ſuper Euangelia, &c. Clamauit etiam ad partem occidentalem ſcribens moralem philoſophiam: in qua nobis oſtenditur finis vltimæ felicitatis: componendo ſuper ſcripta ethicorum, & partim ſuper politicorum. Clamauit etiam ad partem meridionalem ſcribens in naturali philoſophia: ex qua nobis oſtenditur lux creatæ veritatis, & naturalis claritatis ſcribens ſuper methaphyſicam, phyſicam, &c. Clamauit etiam ad partem aquilonarem ſcribens ſuper phyſicam rationalem ſuper lib. poſteriorum, &c. Ex qua tempeſtas diſputationis oritur. De his dic vt in illo ſermone. Quaſi ſol refulgens, &c. Ergo iſte clamauit veritatem in omni ſcientia. Ideo Pſalm. Domine Deus ſalutis meæ: in die diuinæ ſcientiæ, clamauit, & nocte humanæ ſcientiæ coram te. Et alibi. Voce mea ad Dominum clamaui voce mea ad Dominum. Ad Dominum primo vere, & recte inchoando. Ad Dominum ſecundo. Ad Deum terminando: vt patet in fine omnium librorum eius. In quibus ſemper ad Deum terminat, & cõcludit. Et quia etiam in fine vitæ ad Deum terminauit doctrinam ſuam correctioni Eccleſiæ ſupponendo: ſed dixit. Voce mea voce mea contra illos, qui nihil dicunt de ſuo, & tamen omnia imputant, & imponunt voci ſuæ, vel ideo dicit bis voce mea: quia prius docuit voce ſua per ſe, & in ſe, ſed modo docet, & clamat in alijs & per alios, qui non docent nec ſcribunt: niſi quod hauriunt in eius doctrina. Hic nota. Vel de auena equorum quomodo datur eadẽ frequenter ventilata, vel de cornibus capræ retrouerſis, & applica quomodo modo ita faciunt doctores Theologię de doctrina huius ſancti. *Pſal. 87*

Quantum ad ſecundum. Notandum prout dicunt naturales. Tonitruum veniens cum pluuia eſt fæcundum, & ſegetes fructuſque multiplicat, & ſterilitatem fugat. Sed tonitruum ſine pluuia aridum, & ſiccum: fructus aufert, & tollit fæcunditatem, & ſterilitatem adducit. Ita ſpiritualiter tonitruum prædicationis doctrinæ, & contritionis veniens cum pluuia diuinæ gratiæ procedens cum humore charitatis, fæcundat auditores, & germinare facit, & in eis fructus producit. Sed tonitruum ſine pluuia, ideſt ſine diuina gratia: non ſolum non adducit fertilitatem: immo adducit ſterilitatem. Vnde patet in doctrinis, prædicationibus, & ſcripturis hæreticorum philoſophorum, & ſuperborum. Doctrina autem, & prædicatio, ſcriptura, & Euangelizatio fuit cum pluuia diuinæ gratiæ in Beato Thoma, & ideo viuens auditores fæcundauit verbo, hodie mortuus tonitruo ſcripturæ ſuæ fæcundat eos: per doctrinam pręmiorum tonitruans ad amorem æternorum, & per doctrinam tormentorum tonitruans ad timorem delictorum. Ideo Pſal. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt. Nota quomodo iudeum conuertit in legenda hoc autem fuit, quia tonitruum eius fuit plenum pluuia diuinæ gratiæ, quæ facit hodie doctrinam huius ſancti in Eccleſia germinare. Iob 38. Dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui vt plueret ſuper terram. *Pſal. 103*

Digitized by Google

ram. Nota quandoque contingit, quod pluuia cadente cum tonitruo, & aqua curſum ſuum faciente: volunt aliqui aquam retinere, & nituntur impedire, & ponunt obſtaculum, & tunc habet ampliorem curſum, & irrigat totum. Ita fuit circa ſanctum iſtum: quia eo tonante, & pluente doctrinam ſapiẽtiæ ſalutaris doctrinæ eius aliqui poſuerunt diuerſa obſtacula. Aliqui contra eius doctrinam ſcribendo Aliqui doctrinæ detrahendo. Aliqui vitæ, & ſcientiæ varia falſa obijciendo vt eorũ ortus videretur ſcientia propria florere. Sed pro vero ſecundum Pſal. Inſurrexerunt contra eum teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Nam tam vehemens, & abundans eſt doctrinæ, & vitæ eius pluuia, quod fregit, rupit, diſſipauit omnia obſtacula. Vnde ſancta romana mater Eccleſia: vitam, & doctrinam approbans: eum ſanctorum cathalogo canonizando aſcripſit. Et ideo nunc late per totum mundũ eius doctrinam catholicam curſu latiori motu vehementiſſimo diffundit. Ideo Iob dicit. Vbi ſupra. Dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui: vt plueret ſuper terram. Nec mirum: quia ſecundum Pſal. Eccleſiæ ſuæ ſanctæ intonuit de cęlo, ideſt Thomæ ſancto, & cęleſti viro Dominus altiſſimus dedit vocem ſuam: grando, & carbones ignis: inuidiæ ſubortæ ſunt: ſed nihilominus ipſe miſit doctrinæ ſuæ ſagittas, & diſſipauit eos figura documentorum, & eos conturbauit, & apparuerunt fontes aquarum ſacræ ſcripturæ, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum, id eſt ſecreta, & ſubtilitates ſcripturarum.

Pſal. 16

Script. ſacra comparatur rotæ.

Quantum ad tertium. Nota, quod ſcriptura ſacra comparatur rotæ: quia ſicut inter omnes figuras illa eſt mobilior: quia rotundum corpus, & ſphericũ omniquaque eſt mobile: non autem corpus quadratum quadrangulatum vel triangulatum. In ſcientijs ſcriptura ſacra eſt inter omnes ſciẽtias pluribus modis a doctoribus exponibilis. Vnde dicitur Sapientiæ 7. Quod omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia, ideſt pluribus modis exponibilis. Non enim eſt tantum ſeptem modis generalibus, ſcilicet ſeptem ſenſibus exponibilis: immo quot ſenſus poteſt elicere doctor catholicus: tot intellexit Spiritus ſanctus. Ideo dicitur Ezech. 10. Vocauit rotas volubiles, ideſt varie exponibiles. In hac ergo rota, ideſt in ſacra ſcriptura dedit abyſſus, id eſt Thomas qui interpretatur abyſſus, vocem ſuam vocem tonitrui ſui faciendo opus ſummę ſcribendo ſuper nouum, & vetus teſtamentum. Hiere. 18. Deſcendit in domum figuli, & ipſe faciebat opus ſuper rotam. Sed nota, ſic eſt in ſcriptura ſacra, rota ſpirituali ſicut in rota corporali, quandoque in magnis ædificijs vidi poni rotas ad leuandum in altum magnos lapides. Iuxta quas homines rotando grauia pondera ſurſum eleuant. Sed neceſſe eſt; quod illi qui ſe ponunt intra rotam habeant bonum caput, & forte, & ſint in arte periti, alioquin quando ponuntur in itinere inexperti: vel habent caput debile, machina ſubuertitur, & ipſi in rota ſubuertuntur a pondere, & rotantur, & paritur diſſipantur, & deſtruuntur. Ita ſpiritualiter quidam doctores periti habentes ſanum caput, ſanum iudicium, ſanum intellectum: intrant rotam ſacræ ſcripturæ, & eleuant grandes lapides, grandes ſubtilitates: altas ſcientias, ſunt periti, habent artem quibus ſententijs altum ædificium Eccleſiæ conſtruitur eorum ſcientia, & doctrina. Sed aliquando intrant rotam ſcripturæ ſacræ aliqui imperiti non habentes artem nec ſanum caput: nec ſanum intellectum, & dum credunt in rota currere: machina ſubuertitur opprimuntur a pondere ab onere ſcientiæ diuinæ: quia qui perſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria. Vt dicitur Prouerb. 28. Vnde in talibus doctoribus aliqui ſunt fatui, vt preſumptuoſi, aliqui ſunt peruerſi vt hæretici. De quibus Pſalm. Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti: ſicut ignis qui comburit ſiluam, & ſicut flamma comburens montes, & c. Ad literam enim doctores hæretici finaliter ponuntur in flamma ignis, & in hoc mundo, & in inferno. Vnde ſignifican-

Pſal. 82

Digitized by Google

ſignificantur iſti per exercitum, & rotas curruum Pharaonis. De quibus Exodo. 14. Reſpiciens Dominus ſuper caſtra ægyptiorum, & columnam nubis, & ignis interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum: ferebanturque in profundum. Ita fit hodie de quorundam peruerſis doctrinis. Sed non fuit talis doctrina ſancti Thomæ, immo ipſi vt perito videtur fuiſſe a Deo illud directum Ezech. 10. Ingredere in medio rotarum quæ ſunt ſubtus cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, & effunde ſuper ciuitatem. Nota, ſi vis cherubin dicitur plenitudo ſciētiæ. Rotæ dicuntur duo teſtamenta, prunæ ſunt ſplendentes, & inflāmantes veritates ſcripturæ, ciuitas Eccleſia. De his impleuit beatus Thomas non ſolum os ad docēdum voce, ſed manus ad ſcribendum, & implendum in opere. Igitur beatus Thomas non fuit in Rota ſcripturæ ſacræ ſubuerſus: ſed ſciuit rotare, & rotam in medio rotæ id eſt Philoſophiam in Theologia. Vel vetus teſtamentum in nouo ponere. Et ratio fuit, quia cū eo vt dicitur Ezechiel. 10. Spiritus vitæ erat in rotis. Ad quā vitā, &c.

SERMO L V.

De B. Gregorio Confeſſore.

PErduxit eos tanquam gregem in deſerto. Prudens paſtor volens gregem ſuum bene paſcere, & nutrire: non ducit eum ad Paſcua cōmunia, & conculcata: ſed ad Paſcua ſingularia minus trita, & minus vſitata, ſicut ſunt nemora, & deſerta. Et eſt ratio, quia in locis ſecretis, & ſemitis deſertis, & nemoribus: ſunt herbæ vtiliores: ſapidiores, & vberiores, & ſpicialiter in montibus, & montium cacuminibus. In quibus in æſtate contra ſolis feruorem, & ardorem non ſolum paſcuntur in herbis ſed refrigerantur. Ita legimus. Exo. 3. Moyſes enim futurus paſtor gregis Dominici pupuli Iſraelitici paſcebat oues Ietro ſoceri ſui: cui non ſuffecit a communibus paſcuis, & conculcatis gregem ſuum ad interiora deſerti perducere: ſed vſque ad montem Dei oreb fecit aſcendere. Vnde dicitur ibi. Cumque duceret gregem ſuum ad interiora deſerti venit vſque ad mōtem Dei oreb. Sicut eſt de grege corporali. Ita eſt de ſpirituali. Nos quidem ſumus populus Dei, & oues paſcuæ eius. Paſtores autem ouium ſunt Prælati, inter quos potentiſſimus Paſtorum præcipuus fuit beatus Gregorius Pontifex romanus. Paſcua autem conculcata, ſunt peccatorum via mundana, laſciua ſæcularium vita. Hæc eſt via lata: trita, & conculcata. Eſa. 7. Erit in paſcua bouis, & in conculcatione peccatorū. Hæc eſt via quæ ſic eſt lata quod ducit multos ad mortem, paſcua vero ſingularia minus trita, & conculcata paſcua deſerti. Sunt ſtatus, & via penitentię in hoc deſerto, vbi mundus, & peccata deſeruntur (pauci morantur, pauci veniunt.) Vnde ſtatus pęnitentiæ non multum ab hominibus frequentatur, & tamen ibi ſunt paſcua vberiora, & ſapidiora, quia in ſtatu pęnitētiæ anima paſcitur gratia, & virtutibus meritis, & bonis operibus, & refrigeratur adminus ab æſtu carnalium tentationum, a vento flamine. ſ. refrigerante ardorem concupiſcentiæ, & tentationis inordinatæ, & ſic per deſertum pęnitentiæ finaliter peruenitur ad montem Dei oreb: qui mons eſt mons Paradiſi. Mons Dei: mons pinguis. Vt dicit Pſal. Quia igitur beatus Gregorius velut paſtor prudentiſſimus gregē ſibi commiſſum a conculcatis paſcuis ſcilicet a peccatorum, & iniquitatum vijs ſuis doctrinis, & exemplis efficacitur reuocans ad interiora deſerti pęnitentiæ, & contemptum ſicularis vitæ duxit. In cuius ſignum in vita eius dicitur, quod ſex monaſteria in Sicilia, ſeptem vero intra vrbis Romæ mænia fabricauit. Idcirco dicitur in verbis aſſumptis perduxit, eos tanquā gregem in deſerto. In quibus deſcribit eum Pſalm. Velut. Pſal. 77

Doctorem deductorem		perduxit eos	oſtendit quippe.
Paſtorem præcenſorem.		tanquam gregem	Pſal. Beatum Gre-
Confeſſorem afflictorem.		in deſerto.	gorium velut perduxit eos
Doctorem ſplendidum	In	ſapientia	tanquam gregem
Paſtorem prouidum		præſidentia	in deſerto.
Confeſſorem rigidum.		pęnitentia.	

Fuit namque glorioſus ſanctus Gregorius ſecundum hæc.

Doctor ſplendidus	gentem cunctam perficiens	documentis	perduxit eos
Paſtor prouidus	plebem ſubditam reficiens	alimentis	tāquā gregem
Confeſſor rigidus	carnem propriam afficiens	in tormentis	in deſerto.

Salis virtutes.

1 Nota, quod illud quo magis oues trahuntur a paſtore, & ad volūtatem paſtoris perducuntur eſt ſal. Vnde plus oues diligunt vnū granū ſalis in manu paſtoris quā vnum onus de fęno, Sal enim appetitum pręſtat: fæcundat, & impinguat. Sic ſpiritualiter illud quo plus trahuntur, & perducuntur ad vitam æternam ſubditi per pręlatos: eſt quando pręlati habent ſal in manu, ideſt doctrinā diuinæ ſapientiæ in ore, & in opere. Ipſis enim dicitur Matth. 5. Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur. Doctrina igitur ſcripturæ ſacræ tradita ſubditis verbo, & exemplo trahit gregē dñicum, & perducit ad vitam æternam ad cęleſtē patriam, generās in eis appetitum, & deſideriū cęleſtiū pręmiorū fęcundans quantū ad cumulū meritorum. Et impugnans quantū ad augmentum grege virtutum, & donorum. Et quia Beatus Greg. hoc ſal ſemper in ore habuit docēdo, & in manu exēplo oſtendēdo, & ſic ſubditus doctrinam ſale cōditam porrexit. Ideo velut paſtor optimus gregem, & oues ſuas ad portum ſalutis adduxit. Vnde Pſal. Deduxiſti ſicut oues populum tuū in manu. Sed notandū, quod ſicut habetur ſal materiale, ita ſal ſpirituale. Sal quippe materiale habetur ex aqua maris ſalſa, quæ diuiditur in diuerſas areas, & ibi ad ſolis virtutem coagulatur, & inde poſtea aſportatur. Ita de ſale ſpirituali, quia non habetur niſi ex mari ſalſo, id eſt ex ſacra ſcriptura quæ eſt ſapida de Deo ſcientia quam doctores ſacri ſicut Beatus Greg. diuidunt in areas diuerſas, ideſt in diuerſas materias, in diuerſa volumina, in diuerſos tractatus, & libros. In quibus virtute Spiritus ſancti efficitur cibus fidelium animarum. Ita fecit B.Greg. cōponēdo moralia Iob. Homilias ſuper Ezech. &c. Propter ꝙ cōpetit ipſi illud. Interrupit mare, ideſt ſcripturā ſacrā exponēdo aperuit, & ꝑduxit eos, q̄a ſal doctrinæ inde ſc̄tm̄ ſubditis exhibuit. Et ſtatuit aquas. i. varias ſcripturarū ſn̄ias quaſi in vtre. i. in multiplici volumine. Quod totū fecit. ſſ. virtute: ſicut ſatis patet ꝑ teſtimoniū datū a Pet. Dyacono qui vidit ſpm̄ ſc̄m̄ in ſpē colūbæ eū docētē. Nota in legēda. Vnde grex ſubditus poterat dicere B.Grego. illud Pſal. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

Doctrina diuinæ ſapientiæ cōparatur Sali.

Pſal.76

Pſal.77

Pſal.142

2 Nota, quod bonus Paſtor debet eſſe prouidus circa tria, ſcilicet circa indigentium ſuſtentationem vt eos paſcat. Circa ſimplicium exaltationem: vt eos promoueat: deficientium directionem, vt eos corrigat. Hæc ponuntur Eſa. 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet. Quo ad primum, & in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit. Quo ad ſecundum. Fętas ipſe portabit. Quo ad tertium.

3 Nota, quod paſtor corporalis prouidet ouibus corporalibus de dupli cibo, ſcilicet ventris in herba, & auris in fiſtula ſeu cabreta. Ita fecit Beatus Greg. prouidebat enim de cibo corporali pauperibus, ipſos ſuſtentando. Nota de homo in vita eius, quot pauperibus omni die cibum dabat, & quinq; libras auri omni anno dabat. Non ſic faciunt hodie multi Paſtores. Non enim ſubditos per eleemoſynas paſcunt, & ſuſtentant, ſed per exactiones excoriant. Ezech. 34. Nonne greges paſcuntur a Paſtoribus? ve paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Iſti

tis. Iſti ſunt tales Paſtores ouium, ſicut catus eſt cuſtos caſeorum, qui prohibet mures, & ipſe comedit meliores: immo peius facit catus vna die quam decem mures in vno menſe. Ideo dicitur Ezech. 24. Paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant, propterea paſtores audite verbum Domini. Ecce ego ſuper paſtores requiram gregem de manu eorum, & ceſſare eos faciam: vt vltra non paſcant gregẽ: nec paſcent amplius ſemetipſos. Secundo Beatus Gregorius prouidit ouibus ſuis de cibo auris in fiſtula, Bonus paſtor præcedit gregem ſuum cum ſono cabretæ, ſeu fiſtulæ ad alleuiandum gregem, & præbet harmoniam ad delectandum, & cantat. Ita fecit Beatus Gregorius ad alleuiandum onus officij eccleſiaſtici, & ad delectandum animas deuotorum: ordinauit cantum Eccleſiaſticum quo hodie tota Eccleſia Romana dulciter harmonizat. Nota in legenda eius, quomodo Eccleſia cantum eius prælegit cantui Ambroſiano per miraculum. Ideo poteſt ipſi conuenire illud 1. Reg. 15. Quæ eſt hæc vox gregum quam ego audio? Certe vox Beati Greg. Quã oues ſequuntur. Ioan. 10. Oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Ideo dixit diuidendo: eum eſſe paſtorem præcentorem. Sed vere hodie dolendum, quod incipit exulare ab Eccleſia vox cabretæ, vox fiſtulæ, vox Beati Gregorij, & cantatur in Eccleſia: auditur in officio: vox tabernæ: vox trictannorum: vox tabernarij: vox goliardi Vnde dicit illud 4. Reg. 4. Non eſt vox neque ſenſus: quia videntur cum illo organo inſenſati, & non fiebat ſic tempore huius paſtoris. Ideo de hoc duplici cibo loquẽs ſcriptura dicit. Eccli. 18. De B. Greg. Miſericordiã habet quo ad cibũ vẽtris: docet, & erudit quaſi paſtor gregem ſuum: quo ad cibum, & ſonum auris, & mentis.

4 Nota, quod paſtor ſapiens non promouet, & exaltat in ſuo grege niſi fortiores viribus, & meliores operibus. Vnde illis qui poſſunt gregem precedere, & dirigere, eleuant tintinabulum ſeu campanellam, non autem illis qui ſunt gregis percuſſiui: impetiui, & deſtructiui. Ita deberent facere Paſtores Eccleſiæ. Non enim hyrcos impetitiuos plebis, & ſubditorum oppreſſores, & excoriatores debent ſuper alios ponere officiales vel rectores, qui ſunt fætidi per immunditiam: cornuti per ſuperbiam, vellerati per auaritiam: ſed illos qui ſunt viribus pleniores, operibus miſericordiores: qui ſunt agni per innocentiã, & mites. Et ita fecit beatus Gregorius. Sed hodie vere ponuntur maiores hyrci, illi qui peius facere poſſunt in grege, illi habent campanam in collo. Contra quos in Pſal. Nõ accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hyrcos. Ideo dicitur. In brachio ſuo congregabit agros, & in ſinu ſuo leuabit, non dixit hyrcos. *Pſal. 49*

5 Nota. In legenda, quomodo ipſe delinquentes corrigebat cum modeſtia, & qualitate. Vnde ex infirmitate deficientes debẽt ſupportari, ſicut ouis infirma. Ideo dicitur, fætas ipſe portabit. Deut. 32. Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eos atque portauit in humeris ſuis.

6 Nota, quod Aues, & alia animalia quæ in deſertis habitant, quamuis ſint parciora in victu: tamen ſunt velociora in curſu. Altiora in volatu, mundiora in aſpectu. Spiritualiter quãuis perſonę exiſtentes in pęnitẽtia ſunt magis afflictæ in corporali victu, tamen ſunt velociores in curſu impletionis diuinorum mandatorum, altiores in volatu contemplationis cęleſtium ſeruorũ, pulchriores in aſpectu conuerſationis actuum exteriorum. Ex quibus peruenitur ad ſuauitatem cęleſtium gaudiorum Eſai. 51. Ponet deſertum eius quaſi delitias in ſollitudinem eius quaſi ortum libani gaudium, & lætitia inuenietur in ea.

Ad quam lætitiam, &c.

SERMO LVI.

In feſto Natalis vel Annunciationis.

Pſal. 86

HOmo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam. Quamuis ſcriptura ſacra, Virginem glorioſam extollat diuerſis comparationum laudibus. Dauid tamen Prophetarum eximius, de cuius ipſa ſtirpe prodijt ſub typo glorioſæ ciuitatis impletus Spiritu ſancto. In eodem Pſal. In eius præconia ſic irrupit. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Inuenitur autem triplex ciuitas in ſcriptura ſacra, & de qualibet dicuntur mirabilia: ſed non glorioſa. Commendatur enim ciuitas, & turris babel de ſumma altitudine. Gen. 11 Venite ædificemus ciuitatem, & turrim cuius cacumen pertingat ad cęlum. Commendatur etiam ciuitas Niniue, de ſumma latitudine. Iohel. 3. Erat Niniue ciuitas magna itinere trium dierum. Commendatur etiam ciuitas Hieruſalem, de ſumma pulchritudine. Apoc. 21. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendẽtem de cęlo a Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Sed ſuper omnes ciuitates, iſta virgo Beata eſt nobilior: quia in ea ſunt non ſolum iſta mirabilia: ſed etiam

Maria virgo Ciuitas quadã eſt.

alia glorioſa. Eſt enim virgo Beata ciuitate Babel altitudine ſublimior. Quia illa aduerſus cęlum iuit: ſed non attigit. Ad iſtam cęlum deſcendit, & impleuit vtiq; cęlum tertium, & ſupremum diuinę maieſtatis. Vnde in Pſal. Ciuitas regis magni. Iterum in ciuitate Babel, confuſum eſt labium, & non cõmunicabant in idiomate. Sed in ciuitate Virginis glorioſæ integratum eſt labium, & non ſolum homines: ſed quod eſt omni mirabili glorioſius Deus, & homo communicat ſibi idiomata. Ideo verum eſt dicere, Deus eſt homo, & homo eſt Deus. Vtiq; inauditum linguagiũ, donec in hac ciuitate, Verbum caro factũ eſt. Ioan. 1. Et Ideo Ezech. 48. Nomen ciuitatis Dñs ibidẽ. Eſt etiã ciuitate niniue latitudine capacior: quia licet illa ciuitas fuerit dierum trium, nunquam tamen in ea fuerunt ſimul ex vno ſole tres dies. Et in ciuitate Virginis glorioſæ fuerunt ſimul cum vno ſole tres dies: quia tres perſonæ in vna eſſentia, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Licet ſolus fuerit filius incarnatus. Vnde dicitur de ea. Eſa. 19. Ciuitas ſolis vocabitur vna. Eſt vlterius ciuitate Hieruſalem pulchritudine fulgentior, quia licet pulchritudo Hieruſalem eſſet in politis lapidibus, & aquis decurrentibus. Non tamen in fontibus ibi ſcaturientibus. Sed pulchritudo Virginis Beatæ fuit in precioſis lapidibus, id eſt in donis Spiritus ſancti, & in virtutibus. Apoc. 21. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide præ

Pſal. 35

cioſo ornata. Fuit etiam in ipſa fons ille ſcaturiens. De quo Pſal. Apud te eſt fons vitæ, & Eccleſ. 1. Fons ſapientiæ verbum Dei, a quo fonte procedit ille fluuius De quo Pſal. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. De qua ciuitate idem Pſalm. Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas. Glorioſa ergo dicta ſunt de te ciuitas Dei: quia omnia mirabilia aliarum ciuitatum, & amplius. Quia ipſe qui eam fundauit: natus eſt in ea. Sed quomodo hoc fuit poſſibile? Ecce aliquando magni reges fundant ciuitatem nouam, & dotant libertatibus, & tandem in ea ad eius honorem recipiunt habitum militarem, & de tali poteſt dici, quod natus eſt in ea: quantum ad ſtatum militiæ, & ipſe fundauit eam. Dei filius habet in veſtimento, & in fęmore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. Apoc. 19. Hic ædificauit ciuitatem potentiſſimam. Vt dicitur Iudith. 1. Vtique Virginem Beatam quam miris priuilegijs, & libertatibus inſigniuit, & ea ædificata, & ciuitate ſanctificata: ex ipſa habitum militiæ noſtræ humanitatis aſſumpſit. Iuxta illud ad Philip. 2. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo.

Digitized by Google

Sed nota. Aliter efficitur miles rex qui ſeipſum facit militem, & aliter alij milites qui non ſunt reges. Rex enim qui ſeipſum ſine alterius miniſterio, & adiutorio facit militem: a nullo alio recipit arma. Sed ipſemet arma accipit de altari: quando autem alij fiunt milites, non a ſe nec per ſeipſos arma recipiunt: ſed ab alio, & aliorum miniſterio, & adiutorio militantur. Chriſtus eſt rex regum, & Dominus dominantium. Ideo non decuit vt ipſe habitum militiæ noſtræ, ſcilicet humanitatis ab alio, & alterius miniſterio reciperet. Sed ipſe per ſeipſum ab altari virginis acciperet. Vnde genitus eſt non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio. Alij autem ab alio ſemper habent: quia a patre, & matre, vnde non receperunt a ſeipſis: ſed a parentibus. Sic igitur habemus, quod Chriſtus Beatam Virginem tanquam ciuitatem fundauit, & dotauit, & quod in ipſa habitum militiæ noſtræ humanitatis non ab alio: ſed ſua virtute aſſumpſit. Vnde bene dicit Pſal. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Sopho. 11. Hæc eſt ciuitas glorioſa: hoc dicunt verba propoſita, homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam: vbi hæc ciuitas de tribus glorioſis, & mirabilibus commendatur. Nam in ea inuenies glorioſam ac mirabilem. *Pſal. 87*

Principationem	In	æterno	homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã
Limitationem		infinito	
Solidationem		fluido	

Nam in glorioſæ incarnationis myſterio.

1	innouatur æternitas	homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam.
2	terminatur infinitas	
3	firmatur infirmitas.	

vtique quia	Aeternitas capitur origine	homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam.
	Infinitas clauditur in virgine	
	Infirmitas fulcitur a numine	

1 Nota, quod ſcriptura ſacra Chriſtum vocat florem. Ratio eſt, quia ſicut immediate procedit ab arbore ipſe flos: fructus aũt non niſi mediante flore. Sic filius Dei immediate procedit a patre, ſpiritus aũt ſanctus non ſed pariter ab vtroque, & hoc eſt illud quod dicitur Eſa. 11. Flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. Alia ratio eſt, quia aliter naſcitur fructus in arbore, & aliter flos: fructus autem florem vnde procedit ſemper deſtruit, & marceſcere facit ac cadere. Etiam antequã fructus ſit maturus in prima ſui generatione: nec ſimul ſtare poteſt flos cum fructu: immo ſemper in generatione fructus arbor florem, & pulchritudinem eius perdit, non ſic autem de hoc flore: quia arborem a qua procedit non deſtruit. Immo decorat: fœcundat, & perficit, & ſine aliqua corruptione ab ea procedit. Fructus etiam florem non deſtruit: ſed decorat, & perficit. Sic ſpiritualiter: proles omnis ex mulieribus prodigiens dicitur fructus. Vnde Gen. 30. Cum rachel diceret: da mihi liberos: alioquin moriar. Reſpõdit Iacob. Non pro Deo ego ſum qui priuauit te fructu ventris tui. Omnis ergo proles: omnis ergo fructus, naſcens ex mulieribus corrumpit florem præcedentem, ſcilicet virginitatem: immo in ipſa generatione fructus, id eſt prolis, flos virginitatis: cadit: tranſit: perditur, & areſcit: quia proles, & virginitas flos, & fructus naturaliter non ſtant ſimul. In Pſal. Floreat & tranſeat: veſpere decidat, & induret, & areſcat. Eſaiæ 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. Sed filius Dei natus eſt de virgine non tanquam fructus hominis: licet homo fuerit, ſed tanquam flos Paradiſi. Vnde cantat Eccleſia. Virgo Dei genitrix, virga eſt, flos filius eius: ideo ſine corruptione huius arboris, iſte flos prodijt, & proles cum virginitate, & virginitas, fœcunditas, & maternitas.

Xp̃s Flos dicitur ĩ ſacra ſcript.

Pſal. 89

Ad hoc eſt illud Iob.13. Homo natus de muliere, breui viuens tempore: repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur. Et Canti.2. Flores apparuerunt in terra noſtra. Nota, dicit flores, & non florem, quia in cęteris mulieribus eſt flos vnicus q. cito cadit, & perditur adueniente fructu prolis: Sed in B. Virg. fuerunt flores virginitatis, & fœcunditatis, prolis, & maternitatis. Sed dices Chriſtus nō eſt flos immo fructus, q̃a ſancta Eliſabeth dixit virgin. Luc.1. Bñdictus fructus ventris tui. Reſpōdit ipſa. Eccl.24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis, quia ibi idem eſt flos, & fructus. Exēplū in natura. Fructus Roſarij ſunt Roſæ, & flos ſimiliter: Ita quod Roſa in Roſario eſt ſimul flos, & fructus. Sic in Virgine Beata, Chriſtus ſimul eſt flos, & fructus. Vnde cantamus. Florens vt roſa. Eccl.50. Quaſi flos Roſarum in diebus vernis. Quia igitur iſte flos ab arbore virginis ſine læſione violatione, & corruptione prodijt. Dicamus de ea. Illud Ioan.16. Non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Si vis dilatare contra vitia, dic quomodo aliqui per bonum propoſitum florent in mente, ſed non fructificant per actum in opere, & quomodo aliqui non habent florem honeſtatis, &c.

2 Nota, quod ille qui fuit flos arboris, fuit etiam factor arboris: nūquam res tam mirabilis fuit. Vnde dicit Ipſe fundauit eam, & natus eſt in ea. Hoc ſic patere poteſt, id eſt Pſal. Chriſtus loquitur de ſeipſo. Ego ſum vermis, & non homo. Eſt autem triplex ratio quare ſe comparat vermi. Prima, quia non ex coniunctione vermis cū verme: ſed virtute cęleſti cum pluuia veniente ſuper terram vermis generatur. Sic ſpiritualiter Chriſtus gratia ſola Spiritus ſancti, & virtute Dei non hominis coniunctione eſt in Virgine natus. Luc.1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. Secunda ratio eſt, quia vermis quamdiu ſtat in terra, & intra, ſtat ſecurus: quamcito autem terram exit, tamcito ſtatuitur, & exponitur periculis dānis, & morti. Vnde aliquando ponitur pes ſuper eum, aliquando proijcitur lapis, aliquādo ſpuitur ſuper eum. Sic ſpiritualiter Chriſtus conceptus rore cęleſti tamdiu in mundo iſto fuit ſolum ſecurus a malis, quamdiu fuit in vtero virginali. Sed quamcito fuit mūdo expoſitus, & natus, ſtatim fuit perſecutus. Vnde Herodes quærebat puerum ad perdendum eum, & poſtea durauit continue vſque ad Paſſionem vbi eum lapidauerunt, & conculcauerunt: ſpuerunt, & tandem occiderunt. Tertia ratio eſt, quia quidam eſt vermiculus qui facit ſericum: cuius eſt talis natura, quod facit ipſemet ſibi vnam cameram de ſerico. Et completa ſua camera ipſe ponit ſe ibi, & nō comparet. Tranſact. autem nouem menſibus vermis egreditur, & de domo illa quam fabricauerat abſque alterius vermis coniunctione virtute cęleſti, & calore pectoris muliebris nouiter naſcitur, & de tali natiuitate poteſt exponi: quia natus eſt in ea qui eam fundauit. Sic Dei filius domum de ſerico ſibi fabricauit. Et poſt illam quę ſcilicet eſt alba interius per virginitatem: aurea exterius, ſcilicet per charitatem, Virginem Beatam intrauit, & in ea nouem menſibus latitauit, vitam autem nouam & natiuitatem recepit non hominis coniunctione: ſed virtute Spiritus ſancti, & calore muliebri virginis non agente: ſed miſericordiam miniſtrante. Matth.1. Quod in ea natum eſt, de Spirito ſancto eſt.

Xp̄s cōparatur vermi triplici de cauſa.

3 Nota, quod ciuitas humani generis erat ita male fundata, quod ad modicum inſultum inimicorum capiebatur. Diabolus enim a principio ciuitatis priuauerat & cauauerat muros interim, vt ſtatim ruerent muri per peccatū, vnde Tren.1. Quomodo facta eſt deſolata ciuitas plena populo. Sed Chriſtus volens hanc ciuitatem habitare. Ipſemet fundauit eam, & firmauit eam, fundamenta eius in montibus ſanctis qui ſunt quatuor virtutes cardinales, ſcilicet fortitudo, iuſtitia, prudentia, & temperantia. Fundamenta eius fuerunt humilitas: patientia paupertas, virginitas & huiuſmodi fundamentis hanc ciuitatem fundauit. Ratio autem fuit, quia illa ciuitas

Digitized by Google

uitas debet eſſe multum fundata, & murata quæ debet regem, & theſaurum regis cuſtodire. Talis fuit Virg. B. quia cuſtodiuit regem Chriſtum, & totã trinitatẽ, & totum theſaurum Paradiſi: quia Dei filium in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Vt dicitur ad Col. 2 propter quod in Pſal. Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum: in ciuitate Dei noſtri Deus fundauit eã in æternum. Nota, perſecuti, & impugnati ab inimicis multum indigent forti ciuitate, & bene fundata, & ideo quia peccatores ſunt tales, non eſt ſapiens qui non recurrat ad illam ciuitatem quam Chriſtus per ſe, & peccatoribus fundauit. Vnde vocatur ciuitas refugij. Dic aliquid exemplum B. Virg. quomodo eſt ciuitas refugij peccatoribus, & fac finem. Potes etiã facere fundamẽta huius ciuitatis lapides precioſos duodecim, de quibus habetur Apoc. 21. Qui intellectualiter ſignificant. 12. Articulos fidei, portalia aũt eius ſemper ſunt aperta peccatoribus, qui etiã ſunt 12. propter hoc dicitur in Pſ. Magnus Dñs, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nñi in monte ſancto eius: fundatur exultatione vniuerſę terræ. Ad quam exultationẽ, &c. *Pſal. 47*

S E R M O L V I I.

De Annunciatione, & Natiuitate Dominica.

FActus ſum ſicut homo ſine adiutorio. Scriptura ſacra Chriſtum vocat lapidem. Vnde ipſemet Chriſtus. Matth. 21. Allegat de ſeipſo illud Pſ. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ratio autem quare Chriſtus ſe comparat lapidi, iuxta prædictam auctoritatẽ, eſt iſta. Videmus, quod quando aliquis magnus princeps vult reædificare, & de nouo reincipere aliq̃ nouã Eccleſiã, & eam dotare, & redditibus ac priuilegiis inſignire, Ipſe cõſueuit ſine alio magro: ſine alio artifice: ſine alio adiutorio primum Eccleſiæ lapidẽ ponere, & vnum ictũ ſolũ ſupra lapidẽ dare: vt ei aſcribat titulus, & nomẽ Eccleſię. Talis aũt lapis qui primus a ſolo Dño ponitur primus proijcitur, & ſuper quo a ſolo Dño ictus datur, cõſueuit poni in capite Eccleſiæ in angulo vbi connectit vtrumque parietem, & conſueuit omnibus alijs eſſe maior, & tunc cõſueuit fieri feſtum, & ſolẽnitas in pñtia principum, & maiorum de terra eorum. Proiecto autem primo lapide a Domino, & per eum vnico ictu dato, alij artifices poſtea reliquum officium proſequuntur, & ſuperędificant Eccleſiam nomine Domini primum lapidem iactantis. Ita ſpiritualiter Deus a mundi principio ædificauit vnam Eccleſiam, ſcilicet congregationem hominum, quam in Paradiſo terreſtri poſuit, & fundauit. Sed diabolus illã Eccleſiã inuaſit, & machina tẽtationis percuſſit, & lapides fuerunt adeo debiles qui ad primum ictum, non vtiq; factũ duro ſaxo: ſed cũ dulci pomo immediate ceciderũt de ædificio, & ruit ædificiũ, & totũ pariter eſt deſtructũ. Vidẽs ergo Deus pater illã Eccleſiã corruiſſe, & eam debilẽ fuiſſe q ab ictu vnius pomi corruiſſet, voluit in lege noua Eccleſiã reędificare, & de nouo fortiorẽ reicipe, & q̃ſiuit optimũ, & ſtabile fũdamẽtũ, vbi primũ lapidẽ proijceret, & iſtud fuit Virg. B. volens ergo Eccleſiã ſuã ſanctã de nouo repare: reædificare ſibi nomẽ, & titulum aſcribẽ, & eã mirifice inſignire. Ipſe in iſto fundamẽto in virginali vtero primũ lapidẽ totius fundamẽti, & totius Eccleſię: Xpm videlicet ſuũ filiũ poſuit. Vel q; ſine alio artifice, ſine alio adiutorio nõ gñatũ ab homine, & virili ſemine: ſed myſtico ſpiramine: quẽ lapidẽ poſuit in fundamento Eccleſię: proijciendo in vtero B. Mariæ ſine cuiuſcunq; virili gñratione ſed ſolius Spũs ſancti virtute vtique dans *Pſal. 87*

Digitized by Google

vnicum iſtū, ideſt mittens Deus pater ſuū verbū. Ille qui dixit, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt. Vt dicit in Pſal. Vnde virgo beata audiēs iſtū lapidē ponēdum in ſuo vtero: timens de humano adiutorio: queſiuit ab Angelo Luc. 1. Quomodo fiet iſtud qm̄ virū nō cognoſco. Angelus reſpondit. Spūs ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obūbrabit tibi. q. d. diuina ſolum virtute, nō homine artifice cōcipies. Iſtum ergo lapidem ſola virtus diuina poſuit, & in fundamēto ſuæ Eccleſię proiecit, quē ſynagoga ī paſſionis tēpore reprobauit, & hodie iſte lapis poſitus, & factus eſt vtiq; in caput anguli: quia iſte Xp̄s eſt caput Eccleſiæ, Vt dicitur Ephe. 5. Item ipſe cōnectit duos parietes olim in infinitum diſtantes, ſcilicet diuinitatis, & humanitatis. Cęteri aūt lapides ponuntur per humanos artifices in Eccleſia: q̄a nullus tā ſanctus vel tam ſancta quæ nō cōmuni hominū propagatione ex patre gn̄ante naſcatur. Et ideo nō eſt mirū ſi hodie fiat feſtiua ſolēnitas de poſitione illius lapidis a ſolo Deo poſiti cui ſuperædificamur: ſecūdū illud Ephe. 2. Superædificati ſup̄ fundamētum Apoſtolorū, & Prophetarū ipſo ſummo angulari lapide Xp̄o Ieſu. Huius lapidis poſitio figura fuit in primo homine. Gen. 2. Primus enim lapis totius veteris Eccleſię qui cecidit, ſcilicet Adam ſine alicuius hominis adiutorio ſolū diuina virtute: ex terra velut ex matre creatus, & in caput Eccleſiæ illius poſitus fuit. Vnde dicitur ibi. Formauit igitur Deus hominē de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculū vitæ, & factus eſt homo in aīam viuentē. Ita lapis iſte Xp̄s bn̄dictus caput Eccleſiæ reformatæ ſine alicuius auxilio ſolū virtute diuina: in Annūciatione Dn̄ica ex virgine Beata matre ex terra humanitatis noſtræ formatus eſt, & eum Deus hominē fecit, & inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vitæ, & factus eſt homo ſine humano auxilio in animā viuentē, & hoc ipſe confitetur per verba Pſ. Cum dicit. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio. In quibus verbis circa Chriſtum incarnatum lapidem in fundamento Eccleſiæ hodie iactatum deſcribit quendam.

Rumorem originis / Decorem imaginis / Honorem virginis } quia dicit { Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio. } Deſcribitur autem in incarnationis myſterio.

Rumor originis / Decor imaginis / Honor Beatæ Virginis } adducens nouitatem / inducens veritatem / producens dignitatem. { Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio.

Ergo ſecundum iſta per { rumorem hominis / Decorem imaginis / Honorē hūc Virginis } inchoatur carens / gradui daī parēs / ſeparatur naſcēs } principio / de filio / ab alio. } Factus ſū ſicut hō ſine adiutorio.

Incarnatio Chriſti comparatur Naui.

1 Nota, quod ſcriptura ſacra loquens de nouitate virginis, & incarnationis filij Dei, comparat matrem concipientem mari: filium autem venientem comparat naui, & quo ad ingreſſum, proceſſum, & egreſſum, cōparatur ergo Dei filius ratione incarnationis naui. Primo ratione ingreſſus. Ratio eſt. Nauis conſtruitur ex diuerſis lignis, & poſtibus quæ inuicem coniunguntur. Nauis autē mare ingrediēs, & egrediens non frangit aquam: ſed ſuper aquam portatur, & aquam pertranſit: intrat, & exit ſine aliquo veſtigio, ſine aliquo remanente ſigno. Ita perſona filij Dei perſona Chriſti eſt in incarnatione conſtructa ex duobus diuerſis lignis, ſcilicet duobus poſtibus diuinitatis, & humanitatis humanæ naturæ, & diuinæ quæ in iſta naui coniuncta fuerunt in vno ſuppoſito: hoc igitur ſuppoſitum intrauit mare, ideſt vterum Virginis Mariæ in incarnatione quādo hæc ligna humanitatis, & diuinitatis in virginali vtero coniuncta fuerunt, & exiuit nauis formata in portu natiuitatis: ſed ſemper ſine fractura: ſine violatione virginitatis matris: ſaluis portis, & clauſis portus maris: quia Virgo geſſit, virgo peperit, & poſt partum virgo permanſit: per quod nulla veſtigia, nulla ſigna quę alij naſcentes relinquunt: in matre virgine dereliquit.

Digitized by Google

reliquit. Ideo loquitur ipſi ille horum ſecretarius ſanctus. Pſalmus: Deus in ſancto via tua: quis Deus magnus ſicut Deus noſter: tu es Deus qui facis mirabilia. Poſtea ſequitur in mari. i. in virgine Maria: via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſti- *Pſal.76*
gia tua non cognoſcentur; ergo hęc eſt nauis hodie conſtructa; illa Chriſti perſona ex duabus naturis facta: de qua ſcribitur. Prouer. vlt. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum: vtique de longe: quia de portu paradiſi ad portum huius mundi: quem panem Angelorum manducauit homo. Iſtam nauem hodie ex iſtis duobus poſtibus factam: ex duabus vnitis naturis diuina, & humana conſtructam: oſtendit Apoſtolus Rom. 1. Factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnē; ecce poſtis humanitatis; qui prædeſtinatus eſt filio Dei: ecce poſtis Diuinitatis: hanc eandem nauem factam, & in vtero virginali poſitam, & nauigantem in eius mari, vnitis iſtis aſſeribus: idem Apoſt. ad Gal. 4. teſtatur. Miſit Deus filium ſuum: ecce Diuinitas, factum ex muliere: ecce matris, & maris integritas, & virginitas, quia nō dicit ex viro: ſed tantum ex muliere: factum ſub lege: ecce humanitas: vt eos qui ſub lege ſcilicet peccati erant: redimeret: ecce vtilitas. Secundo ratione proceſſus; quamuis enim nauis ſit optima, & multas merces, & diuitias ſecum portans, hoc tamen non obſtante: habet multas procellas, tempeſtates, & aduerſitates in mari. Ita Dei filius: quamuis enim ipſe eſſet nauis optima, & omnium diuitiarum Cœleſtium, & mercium paradiſi plena: quia omnibus virtutibus donis, & gratia: tamen hoc non obſtante, quamdiu fuit in hoc mari huius mundi: habuit, & ſuſtinuit multas procellas, multas perſecutiones, multas aduerſitates, famem, frigus, ſitim, obprobria: vnde dicebatur eſſe fabri filius, amicus publicanorum, vorator vini, dęmoniacus, ideo in eo verificatum eſt illud. Matth. 8. Motus magnus factus eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Tertio ratione egreſſus. Sępe enim contingit aliquod vas maris, nauem vel galeam tantum ventis tempeſtatibus agitari quod homines reputantes vas perditum: dimittunt vas: dimittunt nauem, & ſaltant in aquam, & vas veniens in naufragium, fit aliquando nauigantibus in auxilium, quod illi videntes q; non pñt natare, & venire vſque ad portum reuertuntur ad vas ad lignum, & alicui poſti adhęrentes, ueniunt ad portum in quo ſępe nauis firmata reſtituitur, & reintegratur, & facit cum nauigantibus uiam ſuam. Ita de Chriſto naue noſtra. Habuit enim in egreſſu huius mundi tempore mortis tantum de vento contrario, & de tempeſtate iudæorum tam in opprobrijs: quam in ſupplicijs flante inuidia, & malitia iudæorum, & phariſęorum, in quod eius perſecutione iuſti in paſſione omnes qui erant in naue iſta exiuerunt, & in mare mundi ſe proiecerunt. Aliqui etiam nudi. Vnde vnus qui forte creditur ab aliquibus fuiſſe Io. Euangeliſta: qui in hac naui in cena dormiuerat nudus relicta ſindone profugit, & generaliter omnes Diſcipuli, & Apoſtoli: eo relicto fugerunt. Tunc per paſſionis ſupplicium; hęc nauis venit ad naufragium. Et quamuis poſtis Diuinitatis ſemper integer remāſerit: tamen poſtis humanitatis in duas partes diuiſus fuit, & vna pars ſcilicet Anima iuit ad profundum maris ſcilicet ad infernum. Alia venit ad terram: ſcilicet corpus ad ſepulchrū. Sed verum eſt quòd hæc nauis: iſtud vas fractum, reparatum, & reintegratum fuit in reſurrectione. Vnde videntes Apoſtoli quòd non poterant niſi per iſtam nauem ad portum ſalutis venire, iterum ad nauem redierunt, & per eam ipſi, & nos ad portūm ſalutis ſolum poſſumus peruenire. *Pſal.30*

Dicit enim Paulus. Actuum 28. Niſi hi in naui manſerint vos ſalui fieri non poteſtis. Ad iſtud propoſitum. Quomodo ipſe in egreſſu paſſionis fuit vas perditum veniens ad naufragium, & a ſuis derelictum. Scripſit Pſalmus. Loquens in eius perſona dicens. Factus ſum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis: qui viderunt me foras fugerunt a me: obliuioni datus ſum, tanquam

mortuus

mortuus a corde, factus ſum tanquam vas perditum: igitur hæc nauis hodie conſtructa, & fabricata eſt ex duobus lignis diuinitatis, & humanitatis: vt per eam nobis afferentur Cœleſtes diuitiæ ſcilicet gratiæ, & gloriæ: & facta, & poſita eſt in mari. Ioan. 1. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, &c. Facta eſt etiam hodie nauis iſta vt nos portet, aſſumat, & traducat ad portum paradiſi, ad portum gloriæ, & ſalutis. Pſalmus. Dominus aſſumpſit me fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Et infra ſubiungitur iterum. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus eſt mihi in ſalutem.

Pſal. 117

Quantum ad ſecundum. Sciendum quòd cum dicitur ſicut homo: ly ſicut non ponitur pro nota ſimilitudinis: ſed pro expreſſione veritatis: non enim Chriſtus Dei filius factus eſt ſicut homo ſolum ſimilitudine; ſed vera re, & hoc ſæpe contingit in Scriptura Sacra: quod ea quæ ſunt nota ſimilitudinis ſumuntur aliquando pro expreſſione veritatis, vt ibi. Videmus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a patre. Ioan. 1. Eſt autem ſciendum: quòd in filij Dei incarnatione, & vera humanatione: factum eſt per Deum patrem, ſicut fit aliquando per humanum, & temporalem regem, contingit autem aliquando quod ſubditi alicuius regis volunt tranſire de regno in regnum: vadunt peregrini de vno loco ad alium. Et aliquãdo contingit locum peregrinationis eſſe prohibitum, vt patet in Hieruſalem, quando ergo aliquis vult habere tranſitum liberum, & aditum, indiget ſigno indiget ſigillo in quo imprimatur imago regis, & tunc portantes ſigillum habens imaginem regis impreſſum: tranſeunt libere: tranſeunt expedite, nec aliqua alia ſufficiunt munimenta: niſi enim per bullam Papæ nullus tranſit in Hieruſalem tutus, & ſine excommunicatione, niſi cum ſigno ſoldani nullus tranſit tutus, & ſine captiuitate. Omnes quotquot ſumus peregrinamur a Domino. 2. Corinth. 5. Non enim habemus hic manẽtem ciuitatem: ſed futuram inquirimus. Heb. 13. Ita pſalm. dicebat. Aduena ego ſum apud te, & peregrinus: iniqui autem exulant a Hieruſalem Cœleſti quæ ſurſum eſt: quia ſtantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. In pſalm. Verum eſt quod propter peccata noſtra ille locus erat nobis ſub prohibitione poſitus, & ſub interdictione: quia poſuit illic Dominus gladium flammeum atque verſatilem ad cuſtodiendam. Gen. 3.

Et ideo nullus accedere poterat vel audebat, nullus tranſibat de regno huius mũdi ad gaudium paradiſi. Ideo miſertus Deus pater peregrinorum, aperuit bullam ſuarum gratiarum, & miſericordiarum, & impreſſit ſuam imaginem filium ſuum, qui eſt candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius. Sapien. 7. Ceræ noſtræ humanitatis vt illam imaginem Dei filium nobiſcum habentes in noſtra humanitate impreſſum, incarnatum, & humanatum haberemus ad paradiſum aditum liberum tranſitum apertum: quia ad tranſeundum de regno huius mundi ad populum alterum paradiſi non ſufficiunt alia munimenta: niſi ſolum iſtius imaginis impreſſio, & incarnatio facta: vnde conſideratis humanis meritis ab vna parte, & ſeptem huius imaginis ab alia; dicit. Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens, verumtamen in imagine pertranſit homo. Eſt autem ſciẽdum, quòd ſicut imago ſigilli ceræ applicata in ſigillo remanet, & in cera, ita imago Dei patris, ipſe Dei filius applicatus, & incarnatus noſtræ humanitati ſicut ſigillum, facit imaginem ſigilli ceram induere, & imago in ſigillo eſt, & in cera induit noſtram humanitatem ſicut indumentum, & factus eſt homo, & imago Dei remanſit apud patrem, & apud noſtram humanitatem, vnde ipſe ſicut imago manens in ſigillo induit noſtram ceram apud matrem in ſua Diuinitate. Ideo ad Philip. 2. Hoc ſentite in vobis quod, & in Chriſto Ieſu: qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus

Pſal. 38

tus

tus eſt ſe eſſe æqualem Deo:ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: in ſimilitudinem hominum factus,& habitu inuentus vt homo. Iſte homo ſecundus Adam Cœleſtis figuratus eſt in primo homine Adam Terreſtri: de quo Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem,& ſimilitudinem noſtram, de quo ſequitur. Creauit igitur Deus hominem ad imaginem,& ſimilitudinem ſuam: ergo ſi in iſta imagine impreſſa hodie,& incarnata tranſit homo de regno in regnum: de gente iſta ad populum alterum: de miſeria ad paradiſum: faciamus iuxta conſilium Apoſtoli. 1. Corinth. 15. vbi dicitur ſic. Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de Cœlo Cœleſtis: qualis terrenus tales & terreni: qualis Cœleſtis tales & Cœleſtes: igitur ſicut portamus imaginem terreſtris portemus & imaginē Cœleſtis: dilata per hoc contra vicia. Et potes inducere illam auctoritatem, pſalm. Quòd homo cum in honore eſſet non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Hoc fit per vitia,& peccata. Applica vt volueris.

Quantum ad tertium. Sciendum quod Deus conformiter ſe habuit in rerū creatione,& in recreatione. In creatione autem ita fecit: quòd creando aquas, Cœlum, & Terram: nullo vſus eſt adiutorio: ſed ipſe ſua virtute Aquam Cœlum,& Terram creauit: cætera autem poſtea ſuo curſui,& actionibus ſuis dimiſit. Sic fecit in recreatione: quoniam Aquam ipſe creauit,& poſuit in matre Virgine,& Cœlum, id eſt Chriſti Cœleſtem animam,& Terram, ideſt corpus eius de terra formatum: nō alio homine adiuuante: non alio homine medio generante: ſed ſola ſua virtute in vtero virginali formauit: immo quod plus eſt Cœlum, & Terram ad collum ſuum poſuit,& ad portandum ſibi coniunxit: vnde ſicut motum Cœli,& Terrę Angelo dedit in rerum creatione quem ſibi ad motum vniuit; ita in rerum creatione Cęlum: ideſt Cęleſtem Animam Chriſti,& Terram ideſt Corpus filio Dei vniuit,& non ſolum ad motum,& obedientiam Diuinitatis: ſed in vnitatem ſuppoſiti; ideo in huius Cœli, & Terrę Chriſti Corporis, & Animæ productione non fuit alius Homo adiutor: alius pater generans: ſed ſolus Spiritus Sanctus Virginem impregnans; vnde hęc dignitas priuilegium ſoli Chriſto; & eius matri: non cuilibet in ſua conditione fuit reſeruatum: vt ipſa ſine virili adiutorio conciperet,& prolem Virgo pareret: & Deus ſine humano adiutorio prolem illam formaret. Ideo. Eſa. 40. Spiritu Sancto reuelante præuiderat iſta, cum dixit. Quis menſus eſt aquas: ecce de abundātia Cœleſtum gratiarum in matre,& Cęlos palmo ponderauit: ecce de Anima Cęleſti; propter diuerſas virtutes in prole: quis appendit tribus digitis molem Terrę: ecce de eius corpore. Sequitur: quis audiuit Spiritum Domini: aut quis conſiliarius eius fuit? quaſi dicat nullus: non ſic in communi generatione aliorum hominum: immo ibi verificatur illud pſal. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit Cęlum,& Terram: qui ſcilicet ſolus fecit Cœlum, ideſt Chriſti Cœleſtem Animam,& Terram, ideſt Corpus Chriſtus pertinens ad noſtram terrenam naturam: huius conceptionis exemplum naturale quo ad aliquid reperimus: ſecundum enim Ambro. in Hexamecon. Apes cōcipiunt,& pariunt ſine libidine,& ſine alterius Apis adiutorio: ſola Cęleſti virtute. Ita Beata Virgo hunc puerum concepit, & peperit Virgo ſine libidine: ſine hominis auxilio,& conſortio; ſola Spiritus Sancti virtute. Vnde dixit Spiritus Sanctus illud. Dan. 10 Nemo eſt adiutor meus in omnibus his: ergo illi qui in hoc opere non habuit adiutorium; qui eſt in noſtro bono opere omne totum noſtrum auxilium: dicamus illud pſal. Adiuua me,& ſaluus ero. Illam ſalutem nobis concedat, qui cum patre viuit,& regnat. Amen.

Pſal. 123

Apes concipiunt, & pariunt ſine libidine.

SERMO.

SERMO LVIII.

De mortuis.

Pſal. 87 FActus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Scriptura Sacra comparat non ſolum hominem homini: immo hominem iumento. Vt iumentum factus ſum apud te. Ratio eſt: Iumenta quæ habent per alium regi, & dirigi ſicut equus: non ſolum indigent vno calcari: immo ad recte incedendum indigent duobus calcaribus. Si enim non adhiberetur iumento niſi vnum calcar: ſemper iret, & tenderet ad partem verſus quã pungeretur: ſiue ad dexteram: ſiue ad ſiniſtram; & ſic non iret recte, non iret in medio: ſed iret ad extrema, & per hoc quandoque ad ſuum periculum, & ſcandalum, ſed quando adhibentur duo calcaria, vnum ad dexteram: alterum ad ſiniſtram: tũc equus cogitur ab vtraque parte incedere recte: ambulare in medio, & ſic recte proficit, & bene perficit greſſus ſuos. Ita ſpiritualiter homines a Deo trahuntur ad vnã partem fortunæ pungentis, & occurrentis: ſiue per proſperitatem ad dexteram in præſumptionem, & ſuperbiam; ſiue per aduerſitatem ad ſiniſtram in deſperationẽ, & ignauiam, quòd quaſi non ſint Homines, non ſe regunt ratione: non accipiunt medium virtutis: ſed incedunt oblique, & non recte in vitium, & per hoc in ſuum periculum, & in ſcandalum ſicut ab vna parte ſtimulata iumenta: ideo dicit Pſalm. Cõtra tales qui non habentes rationem in proſperis vel aduerſis. Neſciunt accipere medium rationis, & virtutis, & non ſicut homines: ſed ſicut iumenta ad vnam partem vitij declinantes incedunt oblique, & non recte in ſuum damnum, & ſcandalum. Homo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, hæc via illorum ſcandalum ipſis. Deus ergo rector hominum, & director volens non ſolum homines, id eſt recta ratione vtentes, & in quacumque fortuna per medium virtutis incedentes directe dirigere in viam pacis: immo, etiam illos qui ſunt iumenta, qui neſciunt bene vti ratione: neſciunt bene tenere medium virtutis: ſicut rector expertus ad prouocandum nos ad bonum: adhibet nobis duos ſtimulos, duo calcaria: vnum ad dexteram: quo impellit nos ad bonum proſequendum ſcilicet ad bonum amorem, & proſperitatem. Aliud ad ſiniſtram: quo ſcilicet ſtimulat ad malum fugiendum ſcilicet malum timorem, & aduerſitatem, & ſic iſtis calcaribus vult nos regi vt bono amore, & proſperitate non præſumamus, malo timore, & aduerſitate non deficiamus. Iſtis duobus ſtimulis regimur omnes: tam perfecti, qui ſunt homines: quam imperfecti qui ſunt iumenta: iſtis non declinamus ad dexteram vel ſiniſtram vitij: ſed ſtimulamur ad tenendum virtutis medium; donec

Pſal. 35 veniamus ad ſalutis terminum. Ideo dixit pſalm. Iudicia Dei abyſſus multa: homines, & iumenta ſaluabis Domine. Iſta duo calcaria nobis in figura propoſuit per Moyſen ipſe Deus. Deuter. 30. Conſidera, quòd hodie in conſpectu tuo propoſuerim vitam, & bonum, & econtrario mortem, & malum vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius. proponit enim Deus nobis a parte dextera vt bene faciamus vitam, & bonum oſtendens dulcedinem Cęleſtium pręmiorum, proponit, etiam a parte ſiniſtra mortem, & malum: oſtendens amaritudinem infernalium tormentorum vt ſemper ambulemus in medio virtutum per medium viæ ad ſalutem æternam: hoc modo recte nos ſtimulant mortui; nos prouocant: nos impellunt ad bonum faciendum vt & nos in nobis boni efficiamur, & eis ſubueniendo compatiamur: trahunt enim ad bonum oſtendendo quod eſt amoris, & boni, & dicunt, quod ipſi

ipſi fuerunt homines ſicut,& nos,fuerunt patres,& matres,ſorores,fratres, nepotes noſtri, & nos ſumus homines ſicut, & ipſi, & ideo affectione, & obligatione tenemur ad benefaciendum,& orandum pro eis, quia Deus Homines pro Hominibus orantes exaudit. Vnde dicunt nobis illud. Iacobi 5. Multum valet deprecatio iuſti aſſidua. Helyas Homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & orauit, & Cœlum dedit pluuiam:ita ad orationem viuentium Deus dat mortuis refrigerium, & gloriam. Et quia aliqui ſunt duri, & incompatientes, vlterius ſtimulant nos oſtendendo quod eſt timoris,& mali.Et dicunt quod ſicut ipſi ſunt modo ſine adiutorio mortui, & inter mortuos:ita nos neceſſario moriemur,& veniemus ad eos,& carebimus adiutorio niſi iuuerimus eos:vnde dicunt,& clamant illud pſalmiſtæ. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatorum liberate:vos autem ſicut Homines moriemini,& ſicut vnus de principibus cadetis.Sed quis eſt iſte vnus de principibus? Vtique ille qui noluit benefacere egeno Lazaro pauperi, & mendico, & ideo ipſe caruit Dei adiutorio. De quo.Lucæ 15.Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno: ergo mortui clamant, & ſtimulant nos ad benefaciendum eis, & amore humanitatis quam habuerunt,& timore mortis quam ſubierunt, per quæ conſimilitet oportet nos omnes tranſire:vnde eorum quilibet clamabat,& dicit Factus ſum ſicut Homo, &cæt. vbi oſtendunt.

Tranſitoriam conditionem
Neceſſariam compaſſionem } quia } Factus sũ ſicut hõ ſine adiutorio int.mort.
Parentoriam afflictionem

Oſtenditur autem. { Conditio tranſitorio
Compaſſio neceſſaria
Afflictio peremptoria.

Prouocans ad pietatem
Reuocans crudelitatem } qa } factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mort.
Prędicans pęnalitatem

Ergo mortui in purgatorio conſtituti clamant, & plorant ad nos vt.

Conditione ſimiles { adamemus conſortium
Compaſſione vtiles { miniſtremus auxilium
Afflictiones dociles { formidemus exilium.

Viſæ fraternitatis
Immenſæ deſolitatis } Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos.
Tantæ vmbroſitatis.

Quantum ad primum.Sciendum quod naturale eſt animalibus diligere animalia eiuſdem conditionis, & naturæ: vnde Columbus Columbum, Coruus Coruum Ceruus Crruum diligit,& ei aſſociatur. Si hæc conditio eſt in animalibus brutis: multo fortius debet eſſe in hominibus:quia debēt ſe mutuo diligere, & ſibi mutuis beneficijs ſociari, ideo mortui clamant ad nos, & dicunt quod fuerunt Homines ſicut,& nos,& non fuerunt beſtiæ quarum animæ non remanent : factus ſum ſicut homo:dicit quilibet diligatis nos:quia fuimus Homines ſicut vos:recordemini noſtri ſociari nobis veſtris beneficiis: faciatis ſaltem ſicut beſtiæ quæ diligunt Animalia ſuæ ſpeciei:nec ſolum fuimus homines ſicut vos: immo vobis proximi, & coniuncti;quia fuimus parentes,& conſanguinei. Aliqui patres,fratres,filij, & nepotes:aliqui matres,vxores,ſorores, & neptes. Dicunt nobis illud. Eccl.13. Omne animal diligit ſibi ſimile, ſic & omnis Homo proximum ſibi: omnis caro ad ſimilem ſui coniungetur, & omnis Homo ſimili ſui ſociabitur : ſed vere hodie lugendum eſt:quòd quidam Homines ſunt adeo crudeles, & peruerſæ naturæ quod animalia bruta plus habent de pietate, & miſericordia, & Charitate, & dilectione inter ſe

ſe quam homines: docet experientia, quòd ſi vnus porcus capiatur, lædatur, & clamet, rugiat, vel gruniat etiam quantumcumque paruus vndecumque exiſtat: ſtatim omnes porci alij de loco, de Ciuitate, de caſtro congregabuntur: rugiunt, gruniunt, clamant, & captum ſi poſſunt liberant.

Nota quomodo fuit captus Draco in Roma, & interfectus per porcos, quia Draco cęperat vnum porcellum paruum: hæc dilectio: hæc pietas multo fortius deberet eſſe in Hominibus: quia vno Homine mortuo capto, & in purgatorio vinculato, ad nos vociferante, clamante, & plorante, omnes deberemus congregari pro eo liberando ad Eccleſiam, ad Sepulturam, & orare pro eo, & ad Deum clamare, & ſi hoc deberet fieri pro quocumque minimo ratione humanitatis? Quanto magis deberemus hoc facere ratione propinquitatis, quia eſt pater vel mater, filius vel frater, &c. Sed vere aliqui peiores ſunt porcis, & minoris pietatis, quia clamantibus mortuis: non ſolum extraneis: ſed parentibus proprijs in purgatorio faciunt eis aurem ſurdam: non dicerent vnum pater noſter, non darent vnam eleemoſinam: immo quod eſt crudelius de eorum proprio vino vnam guttam, de proprio pane vnam micam, de propria pecunia vnam pictam: nolunt ſoluere eorum legata, iſti non ſunt Homines ſed beſtiæ: immo peiores, & crudeliores beſtiis, & porcis, qui etiam nudant mortuos legatis ſuis, & bonis, ſuis animabus obligatis, de quibus. Iob. 24. Agrum non ſuum demetunt, & vineam eius quem vi oppreſſerant vindemiauerunt: nudos dimittunt homines indumenta tollentes; quibus non eſt operimentum in frigore. Item dicunt mortui indigentes illud pſal. Filij Hominum vſquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Recordemini quod fuimus homines ſicut, & vos, & quoniam eritis mortui ſicut, & nos: reddatis nobis noſtra, ſoluatis legata: reddatis debita, & foreſacta: non ſolum promittatis ſoluenda: ſed ſoluatis ea: quare quæritis mendacium promittendo, & non faciendo? His autem omnibus adhuc eſt crudelius quod aliqui ſunt non tanquam porci terreni: ſed ſicut porci marini qui vocantur Delphini: illi enim piſces naturam pietatis exigentes ſunt huius conditionis, quòd vno ex eis vulnerato, & morti appropinquāte, alij qui deberent iuuare, eum impetunt, lacerant, vulnerant, mordent, & quilibet accipit ſuum morſellum: quilibet habet vnam gulatam. Ita inter quoſdam Homines crudeles: aliquo enim homine vulnerato, infirmato, & morti appropinquante, alij qui deberent de eo curare de Anima, de Corpore cogitare: ſicut parentes, & amici pro eo orare: bona ſeruare, & cuſtodire, de talibus non curantes impetunt, & vulneratum, & infirmatum lacerant, & vulnerant, & mordent dentibus. Aliquando per verba detractoria. Aliquando per facta damnificatoria quilibet reſpicit quid à mortuo poterit habere: quid rapere; quid tollere, quiſque accipit vnum morſellum; ille rapit panem, ille vinum, ille granum, ille vaſa, ille ſuperlectilia, ille pecuniam, ille veſtem, ille zonam, ille burſam, ille claues, ille ſotulares, citius currunt ad Arcam quam ad eleemoſynam: quilibet qui poteſt aſportat vnam gulatam. Nota quomodo iſta conſueuerunt fieri in morte prælatorum, & generaliter clericorū: & ſpecialiter auarorum: iſti non ſunt homines, nec beſtiæ bonæ; ſed crudeles, & malæ: iſti ſicut beſtiæ, non ſicut Homines morientur: quia morientes ſicut crudeles beſtiæ mordent, & perſequuntur. De quibus Eccleſiaſtes. 3. Dixi in corde meo de filijs Hominum vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs: iccirco vnus eſt interitus Hominis, & iumentorum, & vtriuſque æqua conditio, ſicut moritur Homo, ſic & illa moriuntur. Iſtis clamant mortui. Factus ſum ſicut Homo non ſicut beſtia deuoranda. Eſt autem ſciendum, quòd quamuis aliqui non ſint crudeles in mordendo, & capiendo: ſunt tamen negligentes in reddendo ſeu ſubueniendo: quia dicitur Prouerbiorum 11. Mortuo Homine impio id eſt illi qui eſt ſine pietate non erit

vltra

Digitized by Google

vltra ſpes, id eſt vltra non curabitur ne recordabitur de eo. Ratio eſt. Scriptura loquens de Hominum morte vocat Hominem vas. Tanquam vas figuli confringes eos. *Pſal. 2* Videmus enim quod aliqua vaſa terrea pulchra, & picta ſicut bicheria quandiu ſtant integra, ſana, & ſine fractura: poſſunt vinum recipere, & vinum in menſa miniſtrare: tandiu habentur in reuerentia: habetur de eis aduertentia: cura & memoria, lauantur, portantur in menſa ponuntur, & reponuntur cum diligentia, cuſtodiuntur, & cauetur ne rumpantur. Sed ſi caſu vas cadat, frangatur, & rumpatur, ita quod non poſſit vltra vinum recipere: vinum influere; tunc vas abijcitur, & ad aliquem angulum proijcitur: ex tunc de eo non curatur: ſed perditum reputatur, & ab omnibus obliuioni deputatur; non ſic autem quando poterat vinum recipere, & influere. Ita ſpiritualiter Homo eſt vas terreum: quia de limo terræ formatum. Geneſi primo. *Homo vaſi terra comparatur.* Quamdiu ergo Homo manet ſanus lætus, iuuenis, fortis, pulcher, robuſtus, aptus ad acquirendum diuitias, honores, dignitates, delitias, & alijs dandas, tamdiu mundani curant de vaſe, amici, parentes, & familiares de homine. Sperant enim ſemper ſe aliquid recepturos, vel vtile, vel delectabile; credunt quòd vas eis aliquid influat: aliquid tribuat, & talis habetur in honore, & reuerentia: in cura diligenti, & memoria, quilibet curat ei lauare caput, manus, & pedes, lectum ſternere, continue aſſiſtere, cauere ne cadat, ne infirmetur: ne male habeat. Non vtique propter ipſum: ſed propter vinum, propter præmium quod expectat: ſemper enim intendunt habere aliquid a Dominis ſeruitores. Sed quando vas fortuito cadit, & frangitur, venit a iuuentute in ſenectutem: a pulchritudine in turpitudinem: a fortitudine in debilitatem, a diuitijs in paupertatem, a proſperitate in aduerſitatem, a vita in mortem, & ita frangitur, quod vlterius non poteſt honores mundanos, diuitias, & delitias temporales acquirere: nec poteſt alijs dare, & influere, tunc talis contemnitur: ad partem ponitur cum peccatis oblitis; in angulum proiicitur; obliuioni datur: vas perditum reputatur: de eo in nullo vltra curatur: hoc deplorat Pſalm. In multorum mortuorum perſona. Quia non eſt factus apud parentes viuentes ſicut Homo in recognitione: ſed ſicut vas perditum in obliuione. Conturbatus eſt in ira oculus meus: Anima mea, & venter meus, quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. *Pſal. 30* Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt. Sequitur. Qui videbant me foras fugerunt a me: obliuioni datus ſum tanquam mortuus a corde: factus ſum tanquam vas perditum. De tali qui non ſoluit debitum eis mortuis, & non exhibet pietatem eis tanquam hominibus. Dicitur Eccl. 34. Panis egentium vita pauperis, qui defraudat illum Homo ſanguinis eſt: ergo caueant ſibi quod viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Ad litteram enim Deus talibus vitam abbreuiat, igitur vt mortuorum recordemur: quia ſunt noſtræ conditionis, & naturæ, & pietatem impendamus. Dicit eis pſal. Sciant gentes quoniam homines ſunt.

Quantum ad ſecundum. Sciendum quod homines non conſueuerunt illis mendicantibus compati qui ſunt iuuenes, & fortes, qui habent longas tibias, & groſſa brachia qui habent ad laborandum, & ad acquirendum victum multa adiutoria: ſed quando aliquis pauper debitis obligatus eſt impotens pedibus, & manibus, & non habet aliquid adiutorium, nec ad laborandum aliquod auxilium ad aliquid ſibi acquirendum vnde viuat: vnde ſua debita ſoluat: conſueuit homo tali compati: bene facere, & miſereri.

Quamdiu ſumus in vita iſta habemus pedes, & manus: habemus multa adiutoria ad benefaciendum, ad lucrandum denarium æternæ beatitudinis: ad ſoluendũ, & ad delendum pœnam nobis debitam pro peccatis: immo ſola voluntate ſi alia

deficiant:

Digitized by Google

deficiant:viuens poteſt iſta facere:ſed in morte deficiunt iſta adiutoria. Vnde non habet homo pedes ad ambulandum: manus ad operandum, linguam ad orandum. Nec ſufficit tunc etiam voluntas ad bene operandum: ſolum remanet nudata anima:ad ſupplicia tolerandum: ideo quilibet mortuus clamat ſibi deeſſe omne proprium adiutorium,& implorat alienum dicens. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio: quaſi dicat: non poſſum meipſum iuuare:tu de amicitia: de parentela mea,tu habes,tu cui bona feci viuens,ſicut ſcribit pſalm. Exurge in adiutorium mihi. Et certe hoc faciendum docet animalium Natura. Expertus ſum ego fide occulata tartucarum eſſe talem naturam quòd exiſtens facie inclinata ad terram infra teſtam, & domum ſuam vadit,& incedit ad placitum:ſed ſi caſu aliquo euerſetur, & facies ſit ad Cœlum girata;tunc omnino efficitur impotens, nec poteſt in aliquo ſe adiuuare: ſed expectat alienum adiutorium: alias numquam poſſet ſe de loco mutare, quod vbi ſentit vel perpendit ſocia ſtatim accedit ad eam, & ipſi impendit ſuffragium,quia appodiat ipſi proprium humerum,& ſic iuuans eam reducit ad ſtatum debitum. Ita debet eſſe, & multo fortius inter homines in quibus ſic eſt quod anima eſt intra corpus ſicut tartuca infra teſtam. Quamdiu ergo ſumus in hac vita homo ſemper reſpicit ad terram, quia ſemper vadit, & tendit ad mortem, & terram ſepulchri, quando igitur caſu infirmitatis, & mortis homo inuerſatur tunc homo reſpicit verſus Cœlum: Anima quidem quia illuc ſumme deſiderat aſcendere. Corpus quia ad litteram homo ſepelitur verſa facie verſus Cœlum:quando igitur homo in morte eſt ſic proſtratus,& inuerſatus: non poteſt in aliquo bono opere ſe iuuare,ſed iacet Corpus putridum in ſepulchro,& anima miſera in Purgatorio, deficiunt omnia propria auxilia,& expectant in tormentis continue aliena.Tunc ergo cum hoc perpendimus nos viui qui fuimus eorum parentes,amici,noti, & ſocii ſtatim ſine dilatione debemus noſtrum ſuffragium, noſtrum adiutorium per orationes per miſſas per eleemoſynas impendere. Dicitur enim Eccl. 34. Deprecatio offenſionis,& adiutorium cauſans exultans animam,& illuminans oculos. Sed heu Domine Deus in qua perſona eſſet tanta ſeueritas,crudelitas vel inhumanitas quæ ſi videret patrem vel matrem, filium vel filiam; fratrem vel ſororem, amicum vel amicam,vel ſocium,& ſociam fame, & ſiti deficere: non habentem pedem vel manum,vel linguam ad quærendum,& non daret ſaltem de pane micam, de aqua guttam? O Deus meus talis,& tam ſæua crudelitas eſt in multis, quoniam eorum parentes,& amici,pater,mater,ſoror,&c.Morientes demembrati ſunt, mutilati ſunt, & priuati pedibus quos vermes comedunt, & ideo non poſſunt ire:manibus quas ſerpentes rodunt,& mordent,& ideo non poſſunt bene agere, oculis quos buffones eruunt,& ideo non poſſunt videre;auribus lapides implent,& obruunt,& ideo non poſſunt audire,labiis,& lingua quæ ranæ comedunt, & ideo non poſſunt loqui nec aliquid petere. Et quidem non ſine terribili dolore: quia finis terribilium mors. & tamen mortuis in pœnis,in flammis prꝑter iſta exiſtentibus de vno modico ſuffragio vel auxilio non ſubueniunt. Dicente Pſalm. Humiliatum eſt in laboribus cor
Pſal.106 eorum infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret.Ioan. Quilibet mortuus de talibus ingentis,& crudelibus quærens mandat illud.Eccl.51.Vita mea appropinquans erat in infernum deorſum:circumdederunt me vndique,& non erat qui adiuuaret, reſpiciens erant ad adiutorium hominum,& non erat. Non ſimus igitur mortuis parentibus,& amicis crudeles:ſed compatientes,& miſericordes quia eos a pœnis, noſtra miſericordia liberabit. Dicitur ergo.Eccl.40.

Amicus,& ſodalis in tempore conueniens,& ſuper vtroſque mulier cum viro fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit.

Dicit

Digitized by Google

Dicit autem ſuper eos miſericordia liberabit, quia ſicut piſces in Ciſternam proie cti non habent aquam vel refrigerium niſi veniat deſuper vel ab homine infundente, vel a Cœlo pluente ſed languent in ſitis ariditate. Ita morientium animæ in Ciſternam veterem purgatorij proiectæ non habent aquam refrigerij, refrigerium alicuius auxilij: ſed languent niſi ab homine eis ſuffragium immittente, vel a Deo ſuam gratiam, & miſericordiam largiente. Vnde deliberatis a pœnis Purgatorii, a Ciſterna veteri, ſiue per noſtra ſuffragia, ſiue Diuina Gratia poteſt illud intelligi. 2. Mach. 12. Ibant igitur prompti de Cœlo habentes adiutorem, & miſerantem ſuper eos Dominum. Et multi carentes omni humano auxilio, ſolum fulti Diuino compelluntur dicere. cum pſal. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui, &c.

Quantum ad tertium. Nota quod valde formidabile eſt illud exilium in quo homo nullum inuenit animal ſocium, nec canem, nec equum, ſed magis eſt formidabile in quo non inuenit aliquem hominẽ viuum: ſed oportet cum mortuis, & inter mortuos habitare. Horror enim eſt eſſe iuxta vnum hominem mortuum quanto magis quando homo eſt inter mille mortuos. Adhuc tamen eſt horribilius quando homo inter multos mortuos eſt in obſcuritate, & tenebris, & non habet aliquam lucem. Sed maxime eſt horribile, & doloroſum, quando homo exiſtens inter multos mortuos in tenebris in vmbra non habet in graui fame quod comedat in graui ſiti quod bibatur. Et cum hoc poſitus in tormentis, & vinculis non habet poteſtatem vt ſibi per aliquem modum aliquid acquirat: vel vnde ſuis doloribus, vel tormentis ſubueniat. Tale exilium datur morientibus, & ad purgatorium euntibus, quoniam in purgatorio non eſt canis aſſocians, non auis cantans, nulla beſtia delectans ſed ſolum beſtia crudelis Dæmon in igne crucians. Ibi non ſunt domicellæ blandientes in camera, ſed ignientes in Anima. Ibi non eſt homo cum viuis, ſed cum mortuis. Non cum vno: ſed pluſquam mille millibus eneruatis de preſſis qui cruciantur ſub eis inferius, & purgandis, qui torquentur ſuperius. Ideo dicitur hic inter mortuos. Ibi nulla lux, ſed vmbra mortis Ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitans. Ideo dicebat. Pſalm. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi, &cæt. Ideo fameſcunt, & ſitiunt noſtra ſuffragia, & nihil habere poſſunt niſi ex noſtra miſericordia. Vnde pſalm. Eſurientes, & ſitientes anima eorum in ipſis defecit. Ibi non ſolum ſunt in vmbra, & neceſſariorum carentia. Immo ſunt in compedibus, & manicis ferreis ligati in flamma. In pſalmo. Sedentes in tenebris, & vmbra mortis. Vinctos in mendicitate, & ferro. Heu Domine Deus quanta eſſet crudelitas ſi quis comederet cibum modicum quem ſibimet exul aliquis debilis pauper vinctus ligatus, & infirmus præparaſſet, & eſſet tantum generatus tam grauis eſſet infirmitas, & graue exilium, quid poſſet ſibi vlterius aliquid parare vel præparare? Talem crudelitatem exercent multi, quia parentes eorum in mortis infirmitatem caſuri. Exiliũ tormentum, & vincula purgatorii intraturi prouideret, & ipſis de cibo per legata eleemoſynas per miſſas celebrandas per ſacrificia offerenda, quæ reliquerunt, & cũ ſunt in exilio purgatorij non ſolum in infirmitate ſed in morte impotentes debiles & nihil ſibi valentes vlterius parare vel procurare eorum hęredes. Illud poſſeſſorium quod mortui ſibi ſeruauerant, parauerant, & ordinauerant ſibi dari, & mitti ipſi expẽdunt inutiliter, & vane, & aliquando in ribaldariis. Aliquãdo in veſtib. & rubbis, Aliquando in ludis potibus, & cibis, quæ offerunt, & immolãt ſuo ventri, & ventri vxoris, & filiorum, & quod eſt deteſtabilius non poſſunt mortui aliunde habere, & ipſi poſſunt aliunde procurare mortui nihil habent plus, & ipſi habent multa alia. De quibus ſunt eis ingrati, & Deo, ſed ideo tamquam mortuis ad Deum contra eos clamantibus ipſi veniunt in ruinam. Ideo dixit de eis. Pſalm. Initiati ſunt Beelphegor, ideſt ventri deo ſuo.

Digitized by Google

Iuxta illud quorum Deus venter eſt,& comederunt ſacrificia mortuorum, & irritauerunt eum , ſcilicet Deum in adinuentionibus ſuis , & multiplicata eſt in eis ruina. Vtique in hoc mundo,& poſt in inferno,quia in hoc mundo depauperantur & male ſuccedunt eis temporalia,& in alio damnantur in gehenna Ideo de talium crudelitate,& ſeueritate,de ſua pœnalitate, & acerbitate conqueruntur mortui,& dicunt illud. Pſalm Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris quorum non es memor amplius,& ipſi de manu tua repulſi ſunt. Poſuerunt me in lacu inferiori in tenebroſis,& in vmbra mortis . Hanc querimoniam flebiliter deponunt , contra parentes,contra amicos,contra hæredes,contra bonorum detentores,contra executores,contra executionum impetitores , contra illos quibus bona dimiſerunt, quibus bona procurauerunt,fecerunt, & legauerunt. Cum quibus ſteterunt, comederunt, dormierunt,& propter quorum amorem Deum dimiſerunt,& offenderunt , & clamant ad Deum illud.Pſalm.Si inimicus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtique.Tu vero Homo vnanimis dux meus, & notus meus qui ſimul mecũ dulces capiebas cibos in domo Dei ambulauimus cum conſenſu . Veniat mors ſuper illos,& deſcendant in infernum viuentes quoniam nequitiæ inhabitaculo eorum in medio eorũ . Ego autem ad Deum clamaui. Ad iſtos clamant mortui. Illud. Eccl. 38. Memor eſto iudicij mei,quia ſic erit,& tuum mihi heri,& tibi hodie. In requie mortui requieſcere fac memoriam ergo quis non timeat,quis ſibi non prouideat,quis ſibi neceſſaria non præmittat . Vt quid vlterius miſericordiæ aliquis ſe non committat , quis eſurienti ſitim frigusque paſſuros alteri panem vinum pecuniam ſuam tribuat. Et ipſe iuuare ſe non valeat . Fatuus eſt qui ſibi non procurat: qui ſibi non prouidet. Hodie enim verificatur de morientibus apud remanentes illud vulgare prouerb. Qui mortuus eſt, mortuus maneat. Iuxta illud. Matth. 8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Vt enim ſcribit. Pſalm. De morientibus. Non eſt reſpectus morti eorũ, & firmamentum in plaga eorum. Ergo quis iſtud exilium horridum pœnoſum tenebroſum,& defectuoſum non timeat. Quilibet debet ſic aduertere, intueri,& procul reſpicere . Vt dicat cum Pſalm. Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me. Ergo iſto timore primo tibi prouide,quia vere dicit idem pſalm. Quod non eſt in morte,qui memor ſit tui. Ergo faciamus, timeamus, diſponamus prouideamus pœnitentiam,orationes,ieiunia,afflictiones,eleemoſynas,ſacrificia,merita,& omnia bona opera quæ poſſumus ante nos præmittamus. Taliter vt tandem ſimus de illorum morientium numero. De quibus dicitur, Apoc. 14. Beati mortui,qui in Domino moriũtur. Amodo enim iam dicit Spiritus; vt requieſcãt a laboribus ſuis .

Ad illam beatitudinem, &c.

SERMO LIX.

In Sabbato Sancto, vel in die Paſcha.

Pſal. 87 FActus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber . Sapiens artifex ſemper eligit inſtrumenta conuenientia ſuo fini. Sic videmus quòd pater ſapiens volens curare infirmum filium , & ab infirmitate liberare non eligit infirmum alium ad curandum,ſed ab infirmitate liberum puta peritum,& ſanum medicum. Sic etiam ſecundum iura imperatorum,ſed ſeruus non manu mittit ſeruum nec ad libertatem reducit: quia nemo dat quod non habet.ſed liber manum mittit ſeruum,& reſtituit libertati.

Sic

Sic recte videmus ad oculum quandoque ouibus poſitis, & captis intra aliquod ouile clauſum fortiter circumquaque. Nec exire valentibus vna ouis non liberat animalia nec emittit: ſed quando Dominus ouium mittit paſtorem liberum ille ſua libera poteſtate, & virtute aperit ouile facit oſtium, & accipiens vnam tranſire facit eam malũ paſſum qua facto omnes aliæ exeunt, & ſuum paſtorem ſingulæ ſub ſequuntur. Ita legimus factum in re vera et futurorum figura. Exod. 3. Filijs enim Iſrael infirmatis, & captiuatis ſub Pharaone in Aegypto: Deus volens eos liberare, miſit ad eos educendos non alium ſeruum, & captiuum, ſed liberum Moyſen exiſtentem in terra madian, cui dixit. Vidi afflictionem Populi mei qui eſt in Aegypto, & ſciens dolorem eius deſcendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educerem. Veni mittam te ad Pharaonem vt educas populum meum, & ita factum eſt, quia per Moyſen in virga eductus, & liberatus fuit. Spiritualiter omnes homines in vno morſello fuerunt toxicati, & potionati in primis parentibus comedentibus pomum eis vetitum. Propter quem morſellum ipſi, & omnes filij non ſolum infirmati ſunt immo deficiente adiuuante medico neceſſitati moriendi aſtricti, & quod non fuit minus in illo morſello perditi ex eo quod Dei libertatem perdiderat Dei mandatum non ſecundauerunt, & in captiuitatem ac ſeruitutem carcerem, & vincula Diaboli tam in peccato originali quam actuali in vita, & in tormento pœnali poſt mortem ad infernum deſcenderunt, & ceciderunt non habentes libertatem in quo inferno vel carcere vili, & tenebroſo, ſicut oues in ouili lutoſo Omnes pariter ponebantur. Vnde hoc deſcripſit Pſalm. Cum dixit homo cum in honore eſſet non intellexit comperatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, & hæc via illorum, ſcilicet obedientiæ ſcandalum illis, & poſtea in ore ſuo pomum comedẽdo complacebant. Sed ſequitur carceralis captiuitas, & mortalis infirmitas ſicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Iſtę ergo oues infirmatæ, & captiuatæ in Diaboli poteſtate clamauerunt ad Dominum patrem pro medico curatore, & libero liberatore per. Pſalm. Dicentes. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Sequitur ratio. Nos populus tuus, & oues paſcuæ tuæ. Tunc Deus pater miſit non infirmum, ſed ſanum medicum miſit non ſeruum ſed liberum, ſcilicet filiũ qui ſolus fuit liber ab omni peccato actuali. & originali. Et ideo captiuitati Diaboli, infirmitati peccati, nullatenus ſubiectus fuit, hic intrans ouile inferni poſt paſſionem ſuam portas aperuit, oues emiſit, Adam eduxit, & omnes de Lymbo Animæ gaudentes ſunt pariter ſubſecutæ. Hæc ita deſcribit. Pſalm. Sedentes in tenebris, & in vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro, quia exacerbauerunt eloquia Dei, & conſilium altiſſimi irritauerunt, & humiliatum eſt in laboribus cor eorum infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret, & clamauerunt ad Dominũ cum tribularentur, & in neceſſitatibus eorum liberauit eos, & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit. Hæc eſt cauſa quare Chriſtus dicit. Ioan. 10. Quod ipſe eſt paſtor bonus quia intrat per oſtium; & aperit, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas, &c. Hoc ergo fuit in Moyſe figuratum, quia ipſe Chriſtus velut alter Moyſes aſſumptus de aquis tribulationis ſuæ ſubmergentis: paſſione inſignis, & mirabilibus a Deo miſſus in virga Crucis eduxit populũ ſuum de infernali Aegypto, de Dœmone Pharaone; de manu Aegyptiorum: de morte eos liberans introduxit in terram Cœleſtem æternæ promiſſionis. Ideo de iſto Moyſe cantat. Pſalm Deo patri, deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi id eſt Chriſti, & igitur Chriſtus ſua propria virtute oues, id eſt animas ſanctas eduxit de ouili inferni, ipſe ſolus a ſeruitute Diaboli peccati mortis, & inferni liber exiſtens aliquos ſeruos, & captiuos per ſuam crucem, & paſſionem liberauit, portas

Digitized by Google

mortis apparuit vere a morte reſurgens de inferno, & ſepulchro vel a mortuis libere exiuit. Ideo dicit. Factus ſum, &cætera. In quibus verbis circa ſe deſcribit quandam.

Crudelitatem Vtilitatem Iucunditatem	Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.

Oſtendit autem eſſe hanc	Crudelitatem Vtilitatem Iucunditatem	omnium.

Propinquorum Defunctorum Saluandorum	Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.

Monſtratur ergo cuicunque ſubtiliter intuenti.

Propinquorum Defunctorum Saluandornm	Crudelitas. Vtilitas. Iucunditas.

In	Afflictionis Eductionis Reſurrectionis	Vehementia Efficacia Gloria,	in quaquam per quam per.

Eum	Dimiſerunt Receperunt Meruerunt	Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos.

Pſal. 21 Quantum ad primum ſciẽdum, quòd Chriſtus ſuos crucifixores in Sacra Script. vocat canes. Vnde per pſalm. Circa paſſionem orat dicens. Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Rõ eſt: canũ eſt natura, quod habentes ſocietatem, & amicitiam in proſperitate quamdiu vnus ſociorum non lęditur: non percutitur, non vulneratur: tãdiu ſe diligũt mutuo, ſunt in pace, ſed vno illorũ latrãte contra aliquẽ; ſi feriatur, percutiatur, & vulneretur: cęteri canes qui prius erant amici, & ſocij illius canis antequam vulneraretur eo vulnerato efficiuntur inimici latratores mordentes, & vulneratores illius canis miſeri vulnerati. Vnde expertum fuit in terra mea, quod vno cane aſperrimo per vnum viatorem vulnerato cœteri canes contra vulneratum inſurrexerunt: latrauerunt, & momorderunt, & vulnerantes dentibus totum laniauerunt; ita factum eſt circa Chriſtum: quoniã Chriſto cum Iudæis ſocietatem habente familiaritatem, dilectionem, & charitatem: quandiu Chriſtus fuit in ſocietate eorum proſpere non fuit in aduerſitate: ſed proſperitate faciebat miracula, curabat infirmos, ſuſcitabat mortuos, tandiu fuerunt in pace cum eo, non nocuerunt ei ſed honorauerunt eum. Sicut patet in die Ramis palmarum: qnando eum ramis, & floribus indumentis, & cantibus honorauerũt, ſed Chriſtus cœpit latrare: prædicare: contra phariſęos, contra peccatores, & ipſi tunc eius latratum prædicationem, & correctionem ferre non valentes contra eũ ſicut contra canes; lapides miſerũt eũ volẽtes lapidare nec ceſſauerunt donec eũ cœperũt vulneratũ: verberatũ, & interfecerũt, ꝙ vidẽtes Iudęi qui ipſi prius amici in proſperitate fuerãt eo viſo, capto, & ꝑcuſſo cõtra eũ ſicut canes mordẽtes inſurrexerunt contra eũ latrauerunt: eum momorderunt: accuſauerunt, opprobrauerunt, detraxerunt, falſi teſtes contra eum inſurrexerunt, & clamantes crucifigatur tandẽ in cruce ſuſpẽderũt. Vnde eũ tunc oẽs dimiſerunt: non iuuerunt, nno compaſſi fuerunt: ſed ſicut canes cũ phariſæis totũ Chriſtum ẽt mortuum laniauerũt: nec ſolum alij Iudæi, immo etiã eius proprij amici, & diſcipuli eum dimiſerunt. Nullum auxilium præbuerunt. immo contra eum aliqui latrauerunt, ſicut Iudas qui tradidit, ſicut Petrus qui eum ter negauit,

Digitized by Google

negauit,ſicut Thomas qui dixit non credam.De omnibus qui cum eo venerant ad
cęnandum non fuit vnus,qui ad eadem nocte manum eo capto poneret ad liberan-
dum,& adiuuandum:ſed fuit dimiſſus,& derelictus,& ſine ſocio, & ſine auxilio. Iō
conquerebatur ipſemet dicens:factus ſum ſicut homo,&c. quaſi diceret. Ego erã nõ
canis: ſed homo,homini autem compati,& miſeri debebant. Vnde ad hoc dixit Pi-
latus.Ecce homo.Io.10.Sed quem deberetis iuuare quadam humanitate. Vos autẽ
ad me fuiſtis non homines ſed canes,non adiutores: ſeu defenſores patientis: ſed la
tratores,morſores,& laniatores morientis,hoc eſt idem quod ipſe mortis, & paſſio
nis tempore cum pſal. Orabat ad patrem. De ventre matris meæ Deus meus es tu
ne diſceſſeris a me: quoniam tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adiuuet: poſtea
ſubiungit rationem.Circumdederunt me canes multi concilium malignantium ob
ſedit me.Foderunt manus meas,& pedes meos:dinumerauerunt oĩa oſſa mea. Ipſi
vero conſiderauerunt,& inſpexerunt me:diuiſerunt ſibi veſtimenta mea,& ſuꝑ ve-
ſtem meam miſerunt ſortem,ecce magna crudelitas.Quod fuit tunc in Chriſto ho-
die eſt in mundo:quia illi qui fuerunt maiores amici, & magis familiares hominũ
in proſperitate, fiunt maiores inimici maiores perſecutores in aduerſitate; plura
opprobria dicunt: plura mala faciunt ſicut Chriſtiani abnegati qui plus nocent
Chriſtianis q̃ pagani.Talis eſt amor mundi. dilata. ideo non dẽt homo confidere in
amicitia mundi ſed Dei,quapropter dicebat Chriſtus.Eſa.43.Circumſpexi,& non
erat adiutor: quæſiui, & non erat qui adiuuaret: in tribulationibus enim ſolum.
Pſalmus. Adiutorium noſtrum in nomine Dñi.Sed nota quod dicit Chriſtus.Tribu
latio proxima eſt,& non eſt qui adiuuet.Ratio eſt,dicunt Aſtrologi: quod videmus
ad ſenſum. Quod quandoque circa ſolem eſt circulus qui vocatur Halo qui eſt ex
vapore terreſtri, & ſicco, & quando eſt talis conditionis quod iſte circulus ſubito
diſpergitur fugit,& euaneſcit. Signum eſt, & præſagium futuræ tempeſtatis, & tan
tæ tamquam fortis,quod quilibet cupiens ire ad domum ſuam,& ſaluare ſe non cu-
ret nec cogitet de alio. Ita ſpiritualiter circa Chriſtum Solem erat Halo circulus
Diſcipulorum,& Apoſtolorum vtique in cęna,quia rex ſedet in cęna turba cinctus
duodena,verum eſt quod iſte circulus erat ex vapore terreſtri, & ſicco quia nondũ
bene ſapiebant quæ Dei erant,ſed quæ hominum.Iſte igitur circulus ſubito diſper
ſus fuit:quia poſt buccellam exiuit Iudas continuo.Io.13.Poſtea venientibus arma
tis contra Chriſtum.Diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. In hoc ergo Chriſtus co-
gnouit tribulationem eſſe proximam paſſionis,& ſe ſine adiutorio relinquendum,
quia ille circulus ſubito fugit,ſubito diſperſus fuit. Secundum quod Prophetatum
erat:percute paſtorem,& diſpergentur oues gregis.Zach.13.Tantum enim ſibi qui
libet de pelle propria timuit propter futuram tempeſtatem, quod cuilibet ad fu-
giendum proprię tibię erant breues, & ideo non curauerunt de Chriſto non dicam
ſocio: immo Doctore, & magiſtro, Creatore, & ſaluatore ſuo nec ſibi adiutorium
vel auxilium impenderunt:ſed fugientes ſine ſolatio dimiſerunt. Ideo loquar ipſe
illud.Daniel.10. Annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis nemo
eſt adiutor meus in omnibus his. Eſt autem ſciendum quod vt dicunt naturales, &
docet experientia poſt grauem tempeſtatem, aer remanet purior, & apparet ſere-
nior,& Sol apparet lucidior,& ſplendidior; ita de Chriſto quia tranſacta tempeſta
te paſſionis Chriſti corpus reſurgente eo apparuit purius,pulchrius,& ſerenius.In
Chriſti enim reſurrectione tranſiuit Corpus eius,& ſimiliter tranſibunt omnia cor
pora ſaluandorum in reſurrectione de obſcuritate in claritatem: de ponderoſitate
in agilitatem:de paſſibilitate in impaſſibilitatem:ideo Corpus Chriſti poſt tempe
ſtatem paſſionis apparuit in reſurrectione glorioſum fulgidum,& lucidum, & ipſe
Chriſtus totus fulgens lucidus,& decorus.

Digitized by Google

Vnde qui apparuit nebuloſus, & ſine Hominum auxilio in paſſiõne: apparuit lucidus, & glorioſus: diuino adiutorio in reſurrectione. Et hæc omnia ipſe narrat. Eccl. 51. Et de tempeſtate, de ſerenitate, de humano adiutorio deficiente, Et circulo diſcipulorum fugiente: de adiutorio diuino aſſiſtente, & reſurrectionis gloriam conferente, dicens: vita mea appropinquans erat in inferno deorſum, & circumdederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret: reſpiciens eram ad adiutorium Hominum, & non erat. Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine: eruis ſuſtinentes te Domine, & liberas eos de manu gentium, & exaltaſti ſuper terram habitationem meam, & pro morte defluenti deprecatus ſum. Sequitur: exaudita eſt oratio mea, & liberaſti me de perditione. Dilata ſi vis quomodo mundus dimittit amicos ſuos in
Pſal. 45 maiori tribulatione, ſed Deus adiuuat dicente. Pſalmo. Experto. Deus noſter refūgium, & virtus adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis.

Quantum ad ſecundum. Sciendum quod in Chriſti morte per eum factum eſt circa mortuos captiuos ſicut ſæpe fit circa alios incarceratos: ſic aliquando, & ita vidi ſemel quod multis exiſtentibus vinculatis, & ligatis in aliquo carcere non valentibus egredi non euadere aliquando ſubito proiicitur aliquo impetu alius in carcerem ſine vinculo, & ligamine, Qui nouit ſeras aperire, & claudere, & aliquando falſificare.

Primo qui forte claues fecit carceris in manu propria fabricauit, & ille compatiens captiuis, & incarceratis liberat eos a vinculis, ſeras frangit: portas aperit, & cum eis in turma recedit. Ita fuit ſpecialiter a mundi principio: Diabolus omnes morientes ponebat in ſuo carcere in Lymbo in loco vmbroſo, & horrido. Vnde pſal-
Pſal. 87 mus. Poſuerunt me in lacu inferiori, & tenebroſo, & in vmbra mortis. Ibi ponebantur omnes in compedibus in vinculis, non ſolum minores, ſed & maiores. pſalmus. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Carcer autem inferni ſic erat eis clauſus, quod eis erat impoſſibile egredi vel exire. Chriſtus autem erat peritiſſimus in arte fabrili, quia filius illius qui omnia fabricauit, immo per ipſum omnia formauit quia omnia per ipſum facta ſunt. Ioan. primo. Ideo non immerito ipſi dicebatur. Matt. 14. Nõne hic eſt fabri filius, & mater eius dicitur Maria. Certe immo, & non ſolum fabri filius, ſed faber qui cum patre omniā fabricauit. Mar. 6. Nonne hic eſt faber vtique cui cantat. pſalm. Tu fabricatus es auroram, & ſolem: tu feciſti omnes terminos terræ. Iſte non ſolum fabricauit inferni claues; immo ſemper portabat ſecum claues inferni, & paradiſi: Diabolus volens iſtum fabrum in carcere habere ſubito mortem ipſi procurauit, & paſſionem, & in infernum proiecit neſciens eius artem. Chriſtus igitur in inferno poſitus inſpectis ſanctis patribus vinculatis, compeditis ligatis dicentibus cum pſalm. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi numquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditionem: numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua. Eorum voci, & pœnæ compaſſus egit mirabilia. Nam dirumpit vincula, rupit ligamina: portas aperuit, vectes ferreos confregit: captiuos in turma ſecum rapuit, & ad ſalutem perduxit.
Pſal. 106 Vnde pſalm. Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit: omnem eſcam abhominata eſt Anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis, & clamauerunt ad Dominum, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos, hoc eſt illud quod ipſe dicit. Apoc. 1. Ego ſum primus, & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum. Et habeo claues mortis, & inferni, & non ſolum inferni, ſed & paradiſi. Quia vt dicitur. Apoc. 3. Habet claues Deus quib. aperit, & nemo claudit, & claudit, & nemo aperit. Sed quæ fuit iſta clauis, qua infernum aperuit, & ſanctos eduxit: paradiſum aperuit, & ſanctos introduxit, vtique proprius ſan-

Digitized by Google

ſanguis. Nota quomodo Salomon poſuit, & incarcerauit pullos ſtrutionis in vaſe, & ſtrutio ſanguine vermis vas aperuit, & pullos eduxit. Ita fecit Deus pater de pullis ſuis in carcere infernali poſitis: quia ſanguinem illius qui tempore paſſionis per pſalm. dixit. Ego autem ſum vermis, & non homo, carcerem aperuit infernalem & inde ſanctos patres eduxit. Vnde Zach. 9. Tu vero in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. Propter hoc ſalutabat. Io. omnes illos ſanctos. Apocal. 1. Gratia vobis, & pax a Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Dicitur autem primogenitus mortuorum, & primo a mortuis reſurrexit, & primo mortuos ex inferno a portis mortis ſuo Dominio, & virtute Diuinitatis eduxit. Vnde Pſal. Deus noſter Deus ſaluos faciens, & Domini Domini exitus mortis. Hic potes dicere hiſtoriam eductionis ſanctorum patrum, ſicut in illo ſermone. Ieſum quæritis: vel ſicut in floribus ſanctorum. Ideo quilibet iuſtorum potuit dicere. Illud. Pſal. Exaltas me de portis mortis: vt aununciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Syon.

Quantum ad tertium. Sciendum, quòd Chriſtus per Pſalm. Sanctorum patrum liberationem de inferno, & ſepulchro vocat liberationem a laqueo, & retiaculo, & tranſitum ſine periculo in pſalm. Cadent in retiaculo eius peccatores ſingulariter ſum ego donec tranſeam: huius ratio eſt, ſic eſt per Dœmones factum circa Chriſtum, & cœteros homines: ſicut fit aliquando per piſcatores circa piſces. Aliquando vidi quod quando in aquis eſt multitudo piſcium: piſcatores volentes piſces capere, in aquas Retia mittunt, & vt non poſſint piſces aliquo modo euadere quandoque duplicia: ponunt vnum in fundo: alterum in ſupremo. Contingit enim aliquando, quod multis captis piſcibus a longe per cibum, ad rete attractis, & captiuatis: piſcator ſentit, & videt in aqua vnum grandem piſcem, magnum, & fortem, lucium, & ignorans vires piſcis, & fortitudinem nititur capere ipſum. Vnde nititur lapidibus baculis, & multis modis lucium de gurgite eijcere, & facere in rete ſaltare finaliter, & Lucius, ſic tribulatus ſaltat in Rete, & in malum piſcatoris; quia ſua virtute rete diſſerpit, & frangit, & liber exit, necnon, & cœteros piſces captiuatos liberat, & educit.

Sic fuit ſpiritualiter circa Dœmones, & Chriſtum. Diabolus enim volens Homines omnes capere, & piſcari in aquis huius mundi duplex rete poſuit, & tetendit ne vnus euadere poſſit. Scilicet infernum ſubtus in fundo, & ſepulchrum ſuperius in extremo, & ſciuit tantum facere, quod de omnibus piſcibus vſque ad Chriſtum: nec vnus euaſerit quin in vtrumque rete incideret, vt autem iſtos piſces fatuos ad rete facilius attraheret iſtis duobus primis piſcibus. Scilicet primis parentibus eſcam placidam, & pulchram viſu exterius: tamen interius cibum venenoſum, & toxicatum. Scilicet pomum oſtendit, quod hamum, & toxicum mortis interius continebat, & cum illo cibo miſero Homines omnes vſque ad Chriſtum ad vtrumque rete adduxit a longe traxit, & incluſit, & incluſos tenuit, & captiuos. In gurgite autem huius mundi vnus magnus, & fortiſſimus Lucius venerat, Chriſtus ſcilicet benedictus quem Prophetam, & Sanctum credebat groſſum piſcem, & Lucium magnum. Sed eius vires, & fortitudinem non credebat: Diuinitatem in eo ignorabat. Igitur piſcator Diabolus iſti Lucio inuidens, & ipſum habere cupiens, & de eius captione magnum lucrum habere credens vltimum finem neſciens tantum tractauit: tantum aquam turbauit: tantum Homines Phariſęos, & Synagogam commouit: tantum in Iuda fugauit, & baculis, & virgis, & lapidibus, & clauis, & lancea Chriſtum Lucium percuti, lędi, & vulnerari fecit, & intantum quod oportuit eum de gurgite huius mundi extra per mortem exire, & tunc Lucius in vtrumque rete Diaboli cecidit,

Digitized by Google

dit,& introiuit. Vnde Anima intrauit in infernum, & Corpus Sepulchrum, ſed in Diaboli damnum. Cum igitur Anima Chriſti rete inferni intraſſet; inuenit omnes piſces ſanctos patres ab Adam vſque ad eum in illo rete captos flentes, & ligatos, qui iſtum eſſe virtuoſum,& fortem Lucium, contra retia agnoſcentes, cum Eſa. 58. Omnes pariter ad ipſum clamauerunt: diſſolue colligationes impietatis ſolue faſciculos deprimentes dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne opus dirumpe. pſalm. Etiam illam orationem adiecit adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui libera nos. Et iterum libera me de aquis multis,& de manu filiorum alienorum. Quorum vocem exaudiens primum rete inuadens infernũ. Diſcerpens,& aperiens omnes captiuos piſces ſanctos patres: ipſe liber liberans cũ gaudio inde ad ſalutem eduxit,& ad paradiſum traduxit. Deinde ſecundum rete aggrediens Anima ad ſepulchrum rediens Corpus lucidum Lucius iſte reſumpſit, & cum corpore glorioſo lucido reſurgens ipſum ſepulchrum virtute ſuæ Diuinitatis etiam ſignatum libere exiuit,& per hoc omnibus loco,& tempore reſurgendi,& exeundi aditum,& facultatem tribuit quod quidam tunc manifeſte oſtendit]: quia vbi dicitur. Matth. 27. Petræ ſciſſæ ſunt,& monumenta aperta ſunt,& multa corpora quæ dormierant ſurrexerunt. De hoc tunc cantauit illud, quod ante prędixerat. Pſalm. Deus vltionum Dominus: Deus vltionum libere egit: libere quidem egit in inferis libere egit in ſepulchris. Et ideo dicitur hic inter mortuos liber quod vtiq; fuit in Chriſto ſolum,& ſingulare, quia ipſe ſolus liber,& ſine peccato: non timuit de Diaboli laqueo. Alij quia peccatores morientes cadebant in vtrumqe retiaculũ. Ideo Chriſtus quando a Diabolo piſcabatur orabat ad patrem. Illud pſalm. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi. Et a ſcandalis operantium iniquitatẽ. Cadant in retiaculũ eius peccatores ſingulariter ſum ego, donec tranſeam: ſicut enim Chriſtus fuit ſolus liber, & ſingularis a laqueo peccati quia nec originale contraxit nec actuale commiſit. Ita ipſe ſolus,& ſingularis fuit liber in rete inferni, & in rete ſepulchri. Vnde liber exiuit,& alios a ſeruitute liberauit. Et ideo dicit ſingulariter ſum ego vtique inter mortuos liber, quamuis autem tunc omnes ſanctos patres a ſeruitute inferni,& captiuitate liberauerit, & non tantum a ſeruitute corruptionis,& ſepulchri. Immo etiam ſecundum Doctores aliquos licet modo non diffinitiua illorum corpora, qui tunc Chriſto reſurgente reſurrexerunt. poſtea per mortem ad ſepulchrum reciderunt: tamen in fine mundi in reſurrectione generali omnium ſanctorum corpora reſurgent, & a ſeruitute corruptionis, & ſepulchri iſtius primi reſurgentis liberabuntur virtute. Vnde dicit Apoſt. Rom. 8. Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum Dei, hoc eſt quòd ipſe Chriſtus dixit. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Ergo gaudeamus omnes in Domino,& exultemus in Ieſu Deo noſtro. quoniam ſecundum Apoſt. ad Gala. 4. Nõ ſumus Ancillæ filij ſed liberæ qua libertate Chriſtus nos liberauit: propter hoc ad iſtam libertatem attendamus, & ad eam perſpiciamus donec ad Cœleſtem Hieruſalem quæ ſurſum eſt libere veniamus. Quia dicitur. Iacob 1. Qui perſpexerit in lege perfectę libertatis non auditor obliuioſus factus ſed factor operis hic beatus in facto ſuo erit.

Ad quam beati,&c.

SERMO

SERMO LX.

De Annunciatione Dominica, vel Natali Domini.

PОnam in Mari manum. Secundum Philoſophum manus ad eo nobilis Pſal.88
& principalis in homine, qđ quamuis in corpore ſint diuerſa organa:
tamen manus eſt organum organorum. Vnde ſicut poteſtates rationa
les valent ad oppoſita: ita manus valet ad oppoſita ad cōſtruendum,
& deſtruendum. Spiritualiter tamen licet ad multiplicia opera op-
poſita valeat ad duo tamen opera oppoſita: quantum eſt ad propoſi-
tum magis valere dicitur in ſcriptura. Primo ad inimicos extirpandos, & debellan
dos in Pſal. Doce manus meas ad prælium, & poſuiſti vt arcum æreū brachia mea.
Ita legimus Exodo. 17. Quod filijs Iſrael pugnantibus cōtra Amalech manus Moy-
ſi erant graues, & quandocunque Moyſes eleuabat manus vincebat Iſrael: quando-
cunque autem dimittebat manus vincebat Amalech. Ideo dicebat Pſal. Benedictus
Dominus Deus Iſrael, &c. Secundo ad inimicos reconciliandos: amicos fœderādos:
Cant. 5. Dilectus meus miſit manum ſuam: ad literam quando inimici reconcilian
tur, & fiunt amici mutuò manus ſibi extendunt: ad hoc eſt quod legimus. 2. Regū. 3.
Abner enim inimicabatur Dauid, & volens ipſi reconciliari, & fœderari mandauit
ipſi dicens. Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum. Scriptura ſacra vocat
Dei filium manum Dei: quia ſicut artifex ſingula manu operatur: ita Deus pater
omnia per filium operatur. Omnia per ipſum facta ſunt. Ioan. 1. Sciant quod ma-
nus tua hæc, & tu Domine feciſti eam. In Pſal. Hæc manus eſt organum organorū:
non ſolum quia valet ad oppoſita: ſed quia valet ad infinita. Ideo dicitur Cant. 5.
Manus eius tornatiles, id eſt ad omnia factibilia volubiles. Ex peccato autem pri-
morum parentum inter Deum, & hominem eſt facta diſſenſio, bellum, guerra, & di
uiſio. Hiere. 59. Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos, & Deum noſtrum: Ideo ma
nus Dei fuit contra homines ad eos debellandos eleuata, & extirpandos in toto ve-
teri teſtamento. Pſal. Eleuauit manum ſuam vt proſterneret eos in deſerto: ita præ- Pſal.105
dixerat ipſe Hiere. 21. Debellabo vos ego manu extenta, & in brachio forti in furo
re, & indignatione, & ira grandi, & percutiam: hæc omnes interficiebat. Exo. 15. E-
uaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea: hanc manum nullus pote-
rat euadere: dicente Iob. 1. Non eſt qui de manu tua poſſit eruere. Ideo Iob. 13. Iſtā
manum timens dicebat. Manum tuam longe fac a me. Propter hoc ſancti patres, &
Prophetæ, & Patriarchæ videntes, quod ludus non erat communis, & quod omnes
moriebantur: tractauerunt, & rogauerunt pro pace: dicente Pſal. Rogate quæ ad pa Pſal. 121
cem, &c Et quia iſta pax non poterat eſſe, niſi ex parte Dei præcederet: orabant hu
militer cum Pſal. Fiat pax in virtute tua, &c. Et quia manu inimici reconciliantur: Pſal. 121
manum eleuatam ad debellandum petebant dimitti ad reconciliandum cum eodē
Pſal. Emitte manum tuam de alto. Sed nunquid obliuiſcetur miſereri Deus? Certe Pſal.134
non, & ideo nō continebit in ira miſericordias ſuas: vnde facta eſt mutatio manus:
quia manus bellans facta eſt Deo reconcilians. Hæc mutatio dexteræ excelſi in Pſ.
Quod factum eſt in benedicto eius aduentu: quando fuit Dei filius incarnatus: tūc
enim Abner, id eſt Pater: Abner interpretatur pater lucidus mandauit humano ge-
neri. Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum: hoc ipſe promittit efficaciter
in verbis aſſumptis: ponam in mari, id eſt in Maria quæ interpretatur amarum ma-
re: manum, id eſt meum filium: in quibus verbis Pſal. In Dei patris perſona deſcri-
bit.

Patrem

Patrem / Matrem / Prolem — ponam in mari manum — deſcribit autem — Patrem / Matrem / Prolem

vt — conferentem / concipientem / venientem — certitudinaliter / mirabiliter / affabiliter — ponam in mari manum

habemus autem in — Patre auctoritatem / Matre fæcunditatem / Prole vtilitatem

miſericordiæ — celſitudinis / pulchritudinis / dulcedinis — ponam in mari manum

Eſt ergo ſecundum iſta in — Patre auctoritas / Matre fæcunditas / Prole vtilitas

certæ veritatis / claræ puritatis / magnæ largitatis — ponam in mari manum

1 Nota, quod filius Dei in carne in ſcriptura ſacra cõparatur tribus ſpecioſis. Primo enim comparatur luci. Ioan. 1. Erat lux vera, &c. Hac ratione, ſcilicet quia lux eſt in Sole, & in alio cęleſti corpore: ſed differenter: quia in Sole eſt a Deo, & immediate, & non in alio lumen dante: ſed lux eſt in alio cęleſti corpore puta in luna vel ſidere a Deo mediante alio corpore puta Sole lumen ei communicante: non eſt ergo aliquid aliud corpus quod non habeat lucem ab alio corpore puta a Sole: ſed Sol non habet ſuam lucem ab alio niſi a ſolo Deo. Ita eſt ſpiritualiter. Omnis mulier prole habens: habet fætum, & fructum: non a ſe ſed ab alio: puta a patre generatore ſicut Luna lumen habet a Sole, & vtrumque a Deo: Ideo dicit Philoſophus 2. Phyſicorum. Quod homo generat hominem, & Sol. Sed Virgo Beata habuit prolem in proprio vtero: ſicut Sol lucem in circulo: non ab alio homine: ſed a Deo immediate: quia non virili ſemine ſed myſtico ſpiramine verbum Dei factum eſt caro: Ideo ſicut Deus fecit ſolem lucis tabernaculum, & poſuit in eo lucem immediate: ita fecit Virginem Dei tabernaculum, & ibi poſuit immediate ſuum filium.
Pſal. 132 In Pſal. In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Secundo comparatur rori. Oſee. 14. Ero quaſi ros, & Iſrael germinabit quaſi lilium. In Pſal. Sic vt ros hermon qui deſcẽdit in montem Syon. Ratio eſt: virtus cęleſtis ex rore cadente ſuper concham Marinã generat lapidem precioſum qui dicitur margarita in viſceribus conchæ vel cõchilij: ſic virtute diuina in viſceribus Virginis rore Diuinitatis deſcendente: formata illa Chriſti humanitas: illa precioſa margarita: quam qui inuenit homo deuotus præ gaudio emit illam: hæc eſt illa margarita ex rore illo cęleſti figuratiue generata. De quo legitur. Iudicum. 6. Quod ros in vellere cecidit, & in terra non fuit: de quo cantamus per totum aduentum illud Eſaiæ. 45. Rorate cęli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Iſtum ergo rorem Deus pater pluit, & poſuit in vellere, ideſt virginali ventre. Iob. 28. Poſuit in viſceribus hominis ſapientiam. Cuius hominis? illius de quo ipſe Chriſtus ait Matth. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti: ſic erit filius hominis in corde terræ: ſapientiam autem illam poſui quæ loquitur Eccliſ. 34. Ego ſapientia ex ore altiſſimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Tertio comparatur imagini. Sapientiæ. 7. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius. Ratio eſt: imago ſigilli quãdiu ſtat in ſigillo male poteſt cognoſci: vel iudicari, & etiam videri: ſed

Xp̃s comparatur imagini.

quando

quando ponitur extra in ſigillum,& imprimitur ceræ:tunc in cera imago clare videtur. Ita de Dei filio qui eſt imago patris,& figura. Iuxta illud Hebre.1.c. Cum ſit ſplendor gloriæ,& figura ſubſtantiæ eius,&c. Quamdiu enim fuit in ſigillo diuinitatis:cognoſci,& videri non potuit. Iuxta illud quod dictum fuit Moyſi Exo.33. Tu autem non poteris videre faciem meam. Sed quando illud ſigillum fuit applicatũ, & illa imago ceræ virgineæ noſtræ humanitatis impreſſa per Deum patrem in vtero virginali:tunc videri,& palpari potuit,& clare cognoſci. Ita teſtatus eſt Beatus Ioan.1.Ioan.1. Quod vidimus,& audiuimus, & manus noſtræ contractauerunt de verbo vitæ:hoc vobis annunciamus. Hanc ergo imaginem : hoc ſignaculum intromiſit Deus pater in virginalem vterum Vnde Iob.16. Poſuit me ſicut ſignum. Ipſemet petit cor tuum ſignari hoc ſignaculo. Cāt.8. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. Si vis plus deponere:quære in illo ſermone. In ſole poſuit, & in illo. Poſuiſti in capite eius,&c.

2 Nota,quod per Mare intelligi poteſt primo humana natura. De quo mari ſic accepto Pſal. Loquitur. Hoc mare magnum,&c. Cuius ratio eſt:quia dicunt naturales thopazion lapidem precioſum huius eſſe virtutis,quod ſi ponatur in aqua maris feruente vel bulliente : ſtatim eam defluere facit,& ebullitionem tollit. Per thopazion Dei filium intelligo qui eſt ſuper aurum,& thopazion. Per mare feruẽs & bulliens deſiderium patrum ſanctorum qui feruebant deſiderio,& bulliebant lachrymis,& ſuſpirijs pro aduentu Chriſti. De quo dicitur Iob.41. Feruеſcere facies quaſi ollam profundum maris. In Pſal. Turbas profundum maris ſonum fluctuum eius:ſed tandem lapis iſte in vnam vndam in Virginem Beatam miſſus ſtatim ceſſare fecit fletus,& ſuſpiria,& ebullitionem illorum deſideriorum. Vnde videbatur ipſe dicere illud Ionæ.1. Mittite me in mare, & ceſſabit tempeſtas. Ita patuit in Symeone dicente,& ſuſpirante. Putas videbo,&c. Qui eo viſo dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum in pace:quia viderunt oculi mei ſalutare tuum : ideo quia ipſe mitigauit fluctus lachrymarum dixit ei Pſal. Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. Secundo poteſt per mare intelligi virgo beata. De quo Pſal. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud. Huius autem duplex eſt ratio. Prima eſt:quia in profundo mari lapis precioſus naſcitur, qui corallus dicitur ad modum arboris,& per palmites factus : huius quidem conditionis, quod creſcit ſola cęleſti virtute ſine humana cultura:item albus, & mollis intra mare:ſed rubicundus,& durus,redditur extra miſſus:valet autem ad ſanitatis reſtaurationem, & vitæ conſeruationem:quia vita eſt cordialis. Ita ſpiritualiter in mari, ideſt in virgine benedicta,natus eſt corallus filius Dei ſine virili cultura,ſed ſola Spiritus ſancti fabricatur:qui quidem fuit albus in carnis aſſumptione, ſed rubeus in paſſionũ tolleratione : ipſe quidem ſtatim natus die octaua cepit rubeſcere per circunciſionem,ſed amplius in cruce rubuit per pedum, manuum, capitis,& lateris, apertionem. Vnde dicitur Cant.5. Dilectus meus,candidus, & rubicundus. Iſte fuit primo mollis in primo aduentu mare exiens,de mari naſcens per miſericordiam. Tãdem in ſecundo aduẽtu erit durus,& rigidus per iuſtitiam. Iſte ergo corallus creuit per palmitum extenſionem,ideſt per membrorum directionem in mari,ideſt in Marię vtero virginali. In Pſal. Extendit palmites ſuos vſque ad mare. Secunda ratio eſt: quia a mari amaro virtute cęleſti nubes dulcis,& rorida nubecula quæ terram inebriat,& pluuia ſua fęcundat, modo mirabili eleuatur : quæ poſtea terram virtute ſua facit fructus multiplices germinare. Ita ex mari,ideſt ex Maria ratione naturæ pænoſæ amara eleuata eſt illa parua nubecula, ideſt in Chriſto humana natura ſola ſolis,ideſt Dei virtute formata:quę poſtea totam terram prędicationis ſuæ rore mirabili fæcundauit:quod quamuis figuraliter factum fuerit: tamẽ expreſſa ſignatione

Natura humana mare dicitur.

Xp̃s Topazio comparatur.

Pſal.88

Pſal.79

tione videtur illud ſonare hiſtoria verborum quæ habetur. 3. Regum. 18. Ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari, & facta eſt pluuia grãdis.

3 Nota, quod filius Dei mundum, & virginem vel virginalem vterum ingrediens manus vocatur propter tria ſibi conuenientia quæ manui naturaliter conueniunt. Manu enim primo euadimus pericula: patet. Si quis enim in puteum cadat lacum vel fluuium: manu extenſa alterius liberatur, & de periculo extrahitur, & eleuatur. Genus humanum ex lapſu pedis in primo parente: cecidit in puteum: vtique in puteum interitus, vt dicitur in Pſalm. Tandem Deus pater miſertus hominis clamantis, & dicentis. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam: infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia: miſit manum ſuã filium ſuum, & eripuit homines de interioribus eorum: vt dicit Pſal. Et hæc eſt illa
Pſal. 134 Pſal. Oratio Emitte manum tuam de alto: mihi ſupple exiſtenti in imo, in limo, in aquæ profundo. Eripe me, & libera me de aquis multis. Ergo, & tu peccator ſi tu cecidiſti in lutum peccati, in puteum interitus, in lacum mortis: reuertere ad Deum per pænitentiam: quia inde iſta manus educet te dando tibi robur, & auxilium ſecundum promiſſum quod Pſal. recitat. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiũ meum confirmabit eum. Secundo ſanantur vulnera. Ad litteram. Cirurgicus lauat manus: palpat, tergit vulnera, & emplaſtrat. Vnde ille Namaan conquerebatur leproſus exiſtens de Heliſeo. 4. Reg. 5. Putabam inquit, quod egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & manu ſua tangeret locum lepræ, & curaret: Deus pater volens vulnera peccatorum noſtrorum curare, lauare, & emplaſtrare, & ſanare: miſit manum ſuam filium ſuum qui eſt ille ſamaritanus qui egit curã illius: vulneribus ſauciati infundens oleum, & vinum. Lucę. 10. De ipſo habetur, & ſic homo fuit ad vitam, ad ſalutem, a mortis vulneribus reſtitutus: hoc petebat Pſ.
Pſal. 118 Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi. Tertio conferuntur munera, ſic videmus, quod boni eleemoſynarij ponunt manum ſuam ad burſam, & dãt pauperibus. Vnde de quolibet bono eleemoſynario habetur. Prouerb. 31. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperes. Deus a mundi principio fuit maximus eleemoſynarius, & dedit eleemoſynas omnibus creaturis de diuitijs gloriæ ſuæ. Sed videns hominem ingratum manum ſuam in ſinum retraxit. Iuxta illud Exo. 1. Retrahe ait manum tuam in ſinum tuum. Ideo in toto veteri teſtamento non dedit niſi vnam micam de gloria, ſcilicet Moyſi, & ſolum in tranſitu propter hoc homo pauper clamabat pro eleemoſyna dicens illud Eccli. 7. Pauperi porrige manum tuam: ſed tandem miſericordia motus manum ſuam filium ſuum miſit ad munera, & ad eleemoſynas largiendas qui contulit remiſſionem culpæ, & collationem gratiæ, & gloriæ: quia ſecundum Pſal. Gloriam, & gratiam dabit Dominus. Sequamur ergo eleemoſynarium talia munera largientem, & colligamus quæ confert: quia in Pſal. dicitur. Dante te colligent: aperiente manum tuam omnia implebuntur bonitate: ergo Domine fili vnigenite Ieſu Chriſte tu es ille ad quẽ noſtros oculos dirigimus: vt a te benedictionem gratiæ in hac vita, & gloriæ in futura tua
Pſal. 144 miſericordia reportemus. Vnde Pſal. Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illorum in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Illa benedictione perpetua nos benedicat, &c.

SERMO

Digitized by Google

SERMO LXI.

In quacunque Viſitatione.

VIſitabo in via iniquitates eorum. Sapiẽs artifex elegit, & accepit inſtrumentum conuenientiſſimum ſuo fini. Eſaiæ. 40. Lignum imputribile eligit ſapiens artifex. Ratio eſt: conuenientis inſtrumenti acceptio eſt operantis directio: operationis correctio, & operati perfectio: ſicut patet in ſcriptura: quod calamus bene diſpoſitus litteram bonam facit: ſed male diſpoſitus: litteram malam. Ideo Ioanni Euangeliſtæ ſcriptori veritatis Euangelicæ datus eſt calamus inſtrumentum ſcripturæ veritatis cum diſpoſitione debita. Apoc. 11. Datus eſt mihi calamus virgæ ſimilis. Ad propoſitum applicando in prælato, in curato, in paſtore, in rectore, in iudice, in viſitatore non poteſt eſſe ita conueniens inſtrumentum ad regendum, ad dirigendum, ad corrigendum: ſicut auctoritas iudiciaria recta ex iuſtitia: lenis ex miſericordia: hæc eſt virga paſtoris, & correctoris cuiuſlibet ad gregem ſubditum: de qua Matth. 7. Cuilibet præcipitur: paſce populum tuum in virga gregem hæreditatis tuæ: quãdo igitur accipitur virga æquitatis, & benignitatis omnia vadunt bene: quia, & corrigens informatur, & correctio conformatur, & correctus reformatur. Si autem virga æquitatis, & benignitatis dimittitur: non accipitur: ſed potius claua rigiditatis, & maſſa infeſſibilitatis, abiecta virga benignitatis: tranſit iuſtitia in ſeueritatem, miſericordia in crudelitatem, clementia in impietatem, & grex ſubiectus deſtruitur, malleatur, & deuoratur. Figura habetur. Exodi. 4. Moyſi duci, & iudici, rectori, & paſtori populi Iſraelitici habenti virgam in manu dixit Deus: quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit: virgam: dixitque Dominus: proijce illam in terram: proiecit, & verſa eſt in colubrum: dixitque ei Dominus: extende manum tuam, & apprehende caudã eius: extendit, & tenuit, & verſa eſt in virgam: in quo Deus dedit intelligere, quod auctoritas iudicaria quamdiu tenetur in manu iudicis, & eſt ibi virga æquitatis, & iuſtitiæ: benignitatis, & miſericordiæ: interim vadit bene negotium: eſt rectum iudicium. Sed quando rector, & iudex proijcit in terram, æquitatem, & iuſtitiam, benignitatem, & miſericordiam: non curat de eis: ſtatim auctoritas iudiciaria vertitur in colubrum ſubditos mordentem excoriantem, deuorantem: inde exeunt partialitates indignæ promotiones, afflictiones, & detractiones: ideo de virga æquitatis, & iuſtitiæ: pietatis, & miſericordiæ præcipit Deus in perſona Moyſis: cuilibet rectori, iudici, & viſitatori. Exodi. 4. Virgam hanc ſumes in manu tua: in qua facturus es ſigna. Quia igitur prælatus quilibet, & rector, paſtor, curatus, & viſitator debet ſemper habere in manu iudicij iuſtitiam, & æquitatem: clementiam, & pietatem: debet ſtudere vt illud quod omnium corrector, & viſitator de ſe loquitur ſibi: competere valeat, & dicat. Viſitabo in virga, &c. Vbi deſcribit aliquid pertinens ad. Pſal. 88

ſolicitudinem rectitudinem turpitudinem	viſitabo in virga iniquitates eorum	pertinet autem	
ſolicitudo rectitudo turpitudo	ad gradum	prælationis actum correctionis caſum commiſſionis	viſitabo in virga iniquitates eorum

debet namque quolibet viſitator prælatus curatus, corrector, & paſtor

Offerre

Offerre ſollicitudine charitatis
afferre rectitudinem equitatis } viſitabo in virga iniquitatis eorum
auferre turpitudinem prauitatis
debet autem per paſtorem vel viſitatorem, curatum vel prælatum quemlibet
offerri ſollicitudo perſonaliter
afferri rectitudo efficaciter } in virga iniquitates eorum
auferri turpitudo veraliter

1 Nota, quod ſapiens ortulanus plus proficit in modico orto ſuo: quam extraneus in multo: quia proprius, & peritus ortulanus ſcit vbi debeat ponere pedem ad calcandum: manum ad putandum: oculum ad ſubleuandum. Sic proprius viſitator, corrector, & paſtor debet ſcire inter ſubditos qui debent cóculcari in inferioribus officijs, & humilibus occupari: quia terra ſterilis non fertilis debet deſolata eſſe: terra fertilis debet impinguari. Ita qui ſunt ſteriles in minoribus, & humilioribus debent ſeruire: fertiles autem debent magnas promotiones habere. Iterum debet ſcire qui palmes eſt fructifer, & fructuoſus: quia ille debet excoli, & in vinea retineri, & qui infructuoſus, & vicioſus: quia ille debet putari, & amputari. Iterum quis fructus eſt maturus: religioſus ſapiens, & diſcretus, & ille debet de congregatione eleuari, promoueri, & exaltari: quis indigeſtus, immaturus, & diſſolutus, & ille debet intra clauſtrum: intra limites religionis, & obſeruãtiæ regularis detineri. Ideo bono viſitatori, bono paſtori dicitur illud Pſal. Conuertere, & vide, & viſita vineã iſtam, & perfice eam. Tali enim viſitatori, correctori, & paſtori qui corrigit puniẽdos, & promouet exaltandos: qui iuxta merita, & demerita propria quemlibet humiliat, & promouet, & exaltat. Dicit ſubiecta congregatio illud Iob. 10 Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Nota cuſtodiuit non deſtruxit, non diſſipauit. Notanter loquitur. Dicunt naturales, quod accipittes, & falcones quandoque in riparijs, & vallibus aues predantur, capiunt, & venantur: vnde aues certæ ſunt in dolore, in mæſtitia, in diſciplicentia. Sed quando rex auium Aquila ſubuenit, & viſitat vallem illam facit vnum volatum oſtendit ſe: liberat auiculas ab illis predonibus, & ſtatim accipitres, & falcones timentes Aquilam ſe abſcondunt: non volãt: deſinunt predari: ne forte etiam ipſi ſint predati, & tunc auiculæ liberantur, & gaudent, & ſic viſitatio Aquilæ auiculas illas cuſtodit. Ita ſpiritualiter quandoque in vna valle: in vna diæceſi: in vna parochia: in vna abbatia: in vno monaſterio: in vno collegio ſunt aliqui accipitres, & falcones auiculas perſonas ſubditas moleſtantes: predantes: excoriantes: deplumantes: per auaritiam lacerantes, & vulnerantes: per correctionem nimis rigidam affligentes, & ad amaritudinem perducentes: per partialitatem: maliuolentiam, & iniuſtitiam: tunc debet rex auium Aquila prælatus ſuperior qui eſt aquila: quia debet eſſe clarus in viſu diligentis circumſpectionis: altus in volatu tranſcendentis conuerſationis: firmus in auſu ſubſequẽtis correctionis: debet facere vnum volatum: vnam viſitationem, & ſe oſtendere perſonaliter, & aues oppreſſas lætificare: conſolari, & liberare: falcones, & accipitres fugare: malos, & iniuſtos punire in rebus, & perſona: vt qui predati ſunt, & ipſi ab alijs depredentur: vt illud Eſaiæ. 33. Verificetur. Væ qui predaris: nonne, & ipſe predaberis? Et tali aquilæ dicent auiculę oppreſſæ, & tribulatę Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Sed nota: dicit Iob notanter loquens cuſtodiuit: non diſſipauit: non lacerauit. Ratio eſt: aliqui ſunt optimi ſicut Aquila: quia ei aſſimilantur in bono, & malo. Aquila enim non ſolum viſitat, & a falconibus auiculas liberat: immo aliquando diſſipat, & lacerat: quia ſi fameſcat inuadit aues, & rapit, & deuorat, & lacerat irremediabiliter, & quod plus eſt, plus nocet, & peius facit vno die, & plus venatur, & plus deuorat: quam decem falcones in quatuor. Falco enim deuorat perdicem: ſed

Digitized by Google

[illegible] ſed aquila non erit contenta de perdice:niſi habeat leporem : Et quod adhuc deterius eſt omnibus, cum ſuperiorem non habeat:nullum timet:nec aliquis eſt au ſ[illegible] cur ita facis? & ita ei quicquid placet totum licet. Sic vere ſunt aliqui ſuperiores rectores:qui ſi veniant ad viſitandum ad corrigẽdum, & ſi ſubiectos ſua præſentia ſuo aduentu terreant, & nullus de malis oppreſſoribus tunç mutire audeat:tamen vere ipſi peius faciunt vno die:quam minores predones, & excoriatores in decem:quia minor excoriator erit contentus de vna perdice : de vna modica extorſione:de modico enxenio:de vna modica partialitate:exercebit vnam modicã iniquitatem, & iniuſtitiam. Sed iſta grandis Aquila ſua auaritia:ſuperbia:iniuſtitia:iniquitate:guloſitate:malignitate deuorabit leporem: faciet vnam grandem extorſionem:vnam magnam partialitatem. Non ſufficiet etiam grande enxenium : quia non volaret ad muſcas,& cum ſuperiorem non habeat : exercebit partialitates,& iniuſtitias:nec aliquis mutire aut grunire audebit:ſed erit.Sic volo ſic iubeo ſit pro ratione voluntas. Iſti peius facient in vna die incollegio, & monaſterio : plus diſſipabunt religionem in conuiuijs, & vigilijs in locutionibus:in irreligioſitatibus in vna ſeptimana:quam mali rectores,& falcones, & minores in decẽ:ideo dicit Iob. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Non diſſipauit: non deuorauit:ideo iſtos diſſipatores ſe viſitaturum promittit Soph. 1. Viſitabo ſuper principes,& viſitabo ſuper omnem qui arroganter ingreditur. Nota de iſtis diſſipatoribus hiſtoriam. Quidam abbas viſitauit ſuum monaſterium, & inuenit monachos ſecunda,& quarta feria indifferenter carnes in refectorio comedere, quodque hoc deinceps non fieret ordinauit. Tandem poſt dies aliquos ceperunt monachi de dieta duriſſima murmurare,& cum clauſtrali priore obtinuerunt, quod ſaltem illis diebus pulmentum coctum cum carnibus poſſent comedere. Et quia coquinarius erat propitius:carnes modicas illi tribuebat. Multo poſt abbas iterum monaſterium viſitauit.Et quia carnes tritas comederant,dure,& durius puniuit. Cũque eodem die in camera carnes comederet : prior clauſtralis vocatus: rogatus eſt vt diceret aliquod bonum verbum:quia vir ſanctus,& famoſus erat.Tandem multum inſtigatus dixit abbati. Domine videtur mihi de vobis, & nobis monachis ſic eſſe reſpectu noſtræ regulæ : ſicut de falſarijs reſpectu Papalis bullæ: bulla Papalis eſt iſtius conditionis,quod qui vnam dictionem vel vnum titulum modicum apponit vel ſubſtrahit:in ea radit vel ſcribit ipſo facto reputatur falſarius, & eſt excommunicatus:nec poteſt abſolui a ſententia citra Papam:ſi quis tamen totam bullam laniet,& frangat a ſummo vſque deorſum,& laceret,nullam pænam habet,non reputatur falſarius:non eſt excommunicatus, nihil mali ſuſtinet. Nos inquit pauperes monachi in bulla clauſtrali:in noſtra regula modicum raſimus,vnum titulum appoſuimus:modicas carnes tritas comedimus, & ideo ſumus falſarij reputati:ſumus capitulati,ſumus afflicti, & puniti, ſumus tribulati, & pænitentiati, vos Domine non titulum vel dictionem raſiſtis:aut ſcripſiſtis in regula,ſed eam a ſummo vſque deorſum laniaſtis,diſſipaſtis,& peius quam omnes feciſtis in noſtra perſona:in noſtris monachis ſocijs,& noſtra familia, comedendo capones, & gallinas, arietinas carnes:porcinas,& bouinas, & tamen cum totum deſtruxeritis non vultis reputari falſarius:non eſtis excommunicatus:non punitus,non flagellatus. Viſitatio veſtra inquit debet cuſtodire,non diſſipare. Ita hodie applica tales vt dicit Eſaias. 27. Viſitabit Dominus in gladio ſuo duro grandi,& forti. Decet ergo,& expedit viſitatoribus,& viſitatis illud facere quod beatus Petrus præcipit primæ Petri 2. Conuerſationem inter gentes habentes bonam vt in eo quod detractant de nobis tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis. Bono enim, & iuſto viſitatori, & correctori illud Pſalmiſtę dirigitur. *Pſal. 64*

Viſitaſti

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam:multiplicaſti locupletare eam:non dicit multiplicaſti deuorare eam. Dilata plus ſi vis.

2 Nota, quod virga habet naturaliter teneritudinem cum flexibilitate:rectitudinem cum æqualitate : fortitudinem cum firmitate, & hæc tria ſignant alia tria, quæ debent concomitari omnem ordinatam correctionem. Nam in quolibet paſtore, viſitatore, & correctore debet eſſe teneritudo pietatis, & miſericordię, & hoc oſtendit natura virgæ:quæ eſt mollis, & flexibilis, & non vulnerat dum verberat:nõ interficit dum percutit. Prouerbiorum 13. Si virga percuſſeris eum non morietur. Tu virga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis. Et ideo dicitur:in virga:non in maſſa:non in claua. Claua enim rigoroſa iuſtitiæ ſubditi malleantur. Sed
Pſal. 22 virga dulcoroſa miſericordiæ conſolantur In Pſal. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Rectitudo æquitatis, & iuſtitiæ, & hoc oſtendit natura virgæ quæ talis eſt:quod ſi fiat cum virga circulus:ſemper attingit a centro ad circumflexuram æqualiter, & ita ad vnam partem ſicut ad aliam;ita ad ſiniſtrã ſicut ad dexteram. Sicut ad dexteram ſic ad orientem ſicut ad occidentem. Ita debet eſſe de correctore, paſtore, & viſitatore : nam ipſe debet eſſe in centro in medio æqualitatis : quod etiam oſtendit, quia in medio capituli ſedet ad iudicandum vt dicat illud Luc. 22. Ego autem in medio veſtrum ſum. Et ita debet attingere virga correctionis æqualiter ad dexteram quo ad amicos, & familiares : ſicut ad ſiniſtram quo ad emulos, & inimicantes : ita debet attingere ad orientem quantum ad parentes, & propinquos:ſicut ad occidentem, quantum ad nihil attinentes, & extraneos. æqualiter autem debet diſtare, & æqualiter debet attingere in pænis infligendis, & in promotionibus, & beneficijs conferendis vt ſic ſemper ſit in medio:ſicut virtus con-
Pſal. 109 ſiſtit in medio, & habet virgam virtutis:de qua in Pſal. Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Syon, dominare in medio, &c. Et hoc eſt contra illos qui non attingunt in punitione niſi emulos:nec in promotione niſi amicos:hoc eſt contra naturã virgæ quæ fert equalitatem:hæc eſt virga tortuoſa, & obliqua : de qua Iob. 21. Nõ eſt virga ſuper illos:hanc vt dicit Pſal. Non relinquet Dominus virgam peccatorũ ſuper ſortem iuſtorum, &c. Quia de bono rectore dicit ibidem Pſal. Virga directionis virga regni tui:dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem:fortitudo firmitatis, & conſtantiæ, & hoc oſtendit natura virgæ:quia quantumcunque ſit mollis, & flexibilis tamen tracta in longum non eſt facile agibilis. Ita debent habere correctores conſtantiam vt non frangantur nec deijciantur ab executione iuſtitiæ nec amore nec timore:nec ſupplicijs comminatis:nec beneficijs oblatis. Vnde in Pſalm Reges eos in virga ferrea. ſed Hiere. 48. Mouetur quæſtio quomodo fracta eſt virga, & baculus glorioſus, Ratio, virga frangitur in arbores quando nimis attrahit de humore, & nimis fructibus oneratur:ita virga æquitatis ſit virga iniquitatis:fortis ſit fragilis, quando nimis attrahit de humore;quando beneficijs oneratur: quando muneribus, & encenijs onuſtantur:tunc virga eſt fragilis ad puniendum amicos, & beneficos:fortis, & crudelis ad puniendum, & verberandum inimicos, & emulos. Iſtam virgam finaliter conterit Deus Eſaiæ. 14. Contriuit Dominus baculum impiorum virgam dominantium cædentem populos in indignatione plaga inſanabili ſubijcientem:in furore gentem perſequentem crudeliter. Bono autem correctori habenti firmitatem : virtutem, & inconſtantiam præcipit Deus illus Exo. 8 Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ. Oportet ſi quis eſt iſte puluis : vtique eſt
Pſal. 1 de quo Pſal. Non ſic impij non ſic:ſed tanquam puluis quem proijcit ventus a facie terræ.

3 Nota, quod bonus medicus in vno corpore membris multis læſis: corruptis, vel vulneratis : non ſolum ſanat vnicum; ſed ſanat omnia. Parum enim valeret ſanitas

nitas

Digitized by Google

ſitas inducta in pede: ſi lætale vulnus remaneret in capite. Et parum proficeret ſi medicaretur ſolum in ſiniſtra vulnere vel apoſtemate: æque vel magis periculoſo remanente in dextera. Vnum collegium: vnum monaſterium: vna congregatio: vnus conuentus: vel multitudo eſt vnum córpus, cuius caput eſt prælatus, & alij ſuperiores. Pedes ſubditi, & inferiores: manus ſunt mediocres, & officiales ac ſcuteti. Iſtud eſt corpus de quo dixit Apoſtolus ad Romanos 12. Multi vnum corpus ſumus in ipſo. Viſitator ergo, & corrector quilibet viſitans, & corrigens debet ſicut medicus bonus curare vulnus, & corruptionem defectus, & vitia totius corporis: quia omnium de collegio. Et debet ita obſeruare correctionem, & punitionem in capite, id eſt in maioribus: ſicut in pede, ideſt in minoribus, & forte immo plus: quia eſſet magis periculoſum. Nec valeret aliquid ſi curaret: corrigeret vulnus & iniquitaté, & vitium manus ſiniſtra id eſt emulorum, niſi etiam obſeruaret, & corrigeret vulnus, & iniquitatem manus dextera, ideſt familiarium, & amicorum. Ideo Ioan. 7. In horum figuram totum hominem ſanum feciſſe Chriſtum legimus: quapropter notanter dixit Pſalm. Viſitabo in virga iniquitates eorum in plurali non iniquitatem in ſingulari. Vnde Amos 3. Viſitabo ſuper vos iniquitates veſtras. Nota aliqui correctores ſunt ſicut canes. Canis in domo obſeruat duo genera hominum ſolum, & ad vtrumque latrat, obſeruat enim panem dantem, & baculum tenentem: primû vt benefactorem: ſecundum vt malefactorem. Ad primum latrat applaudendo vt ad amicum: contra ſecundum mordendo vt ad inimicum. Ita quod non curat de alijs: ſed eos libere dimittit ſolum benefactorem, & malefactorem obſeruat. Ita eſt de quibuſdam correctoribus: non enim obſeruant, non reſpiciunt omnium iniquitates æqualiter: ſed obſeruant benefactores, applauſores: ſuſtentatores, & fautores partialiter. Iſti latrant applaudendo, adulando, bona in eis commendando. Iſti nihil mali poſſunt facere omnia quæ iſti faciunt ſunt valde bona. Obſeruât etiam alios qui non ſunt fautores: ſed repræhenſores iſti in ſuis actibus obſeruantur: nihil per eos factum eſt bonum: in iſtis feſtuca eſt trabs. Contra iſtos latratur vt mordeantur. De indifferentibus autem non curatur. Et ideo iſti non poſſunt bene ſubditi ſuſtinere. Vnde conquerebatur Pſalm. In ſubditorum perſona de prælato talia obſeruante. Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit. Propter quod quia quidam in conſpectu ſuo habent emulorum iniquitates, & non ſuorum fautorum. Dicebat in talium emulorum perſona. Pſal. Tali correctori. Poſuiſti iniquitates meas in conſpectu tuo quo ad emulatores, & inimicos nobis faciens toruum vultum malum oculum, periculum noſtrum in illuminatione vultus tui quo ad fautores, & amicos illis faciens vultum bonum, & gratum oculum. Non ergo per correctorem debet vnius, & non alterius, ſed omni tam ſuperiorum quam inferiorum quam mediocrium: tam emulorum quam amicorum, tam propinquorum quam extraneorum, & remotorum iniquitas obſeruari corrigi, & viſitari. Iuxta illud Hier. 14. Recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum. Et tunc ſequitur pax, & tranquilitas in collegio, ceſſat murmur, & clamor: ſequitur exultatio, & lætitia ſubditorum, & punitorum. Vnde Pſal. Videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os ſuum quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, & intelliget miſericordias Domini. Ad quas nos perducat, &c.

Pſal. 88

Digitized by Google

SERMO LXII.

In Ramiſpalmarum.

Pſal.89 MAne floreat,& tranſeat veſpere decidat. In prouerbio vulgari dicitur, Dando de floribus Ianuarij nō implentur calati vel caniſtri. Loquitur de curſu qui apparet vt in pluribus. Contingit ſæpe in menſe Ianuarij quod bonum tempus tranquillum, & ſuaue per terras conſpicitur, & tunc aliquę arbores ſentientes dulcedines ſuauitatē temporis incipiūt florere,& flores emittere:ſed poſt ſubito mutatur tempus,vna nocte venit vnum frigus vnum gelu,& flores qui vno mane apparuerunt,alio mane lęduntur,gelantur, & cadunt ad terram,& de talibus floribus non implentur paneria fructibus. Ita ſpiritualiter aliquando circa aliquos peccatores eſt modicum de bono tempore quia aliquando ratione prædicationis vel tribulationis,perſecutionis,paupertatis mortis proximorum incipiunt florere proponunt abſtinere a peccatis bona facere: confitentur:conteruntur,& aliqua bona faciunt, & hoc durat modicum : quia cito venit vnus ventus frigidus tentationis immunditiæ vel auaritiæ vel inuidiæ vel ſuperbiæ,&c. Et mutat bonum tēpus deuotionis,& tunc deſtruit flores boni propoſiti redeunt ad peccatū,& de talibus floribus nō impletur cōſcientia bonis operibus qa

Pſal.102 ſunt flores Ianuarij:ita dicit Pſ.Sicut flos agri ſic efflorebit quoniā ſpiritus pertrāſibit in illo,& nō ſubſiſtet. Ad propoſitū tamen hodierni feſti loquēdo,& flores hodierni Chriſto exhibiti:fuerunt flores Ianuarij,quoniam ſicut illi flores cum bono tempore de mane exeunt poſt ſubito mutato tempore cadunt veſpere. Ita Chriſtus fecit quaſi quandam dulcedinem temporis apparere quando Lazarum ſuſcitauit, feria 6.ante ramos quando decem leproſos in hac Dominica ramorum mundauit. Et ex hoc Iudæi tulerunt ramos palmarum,& flores cum quibus Chriſto hodie de mane proceſſionaliter honorem exhibuerunt. Patet pro vero, iſti flores fuerunt de Ianuario:quia nullum fructum niſi malum attulerunt Chriſto, Quia ex hoc principes contra Chriſtum maiorem inuidiam conceperunt. Et ideo ſubito mutatum eſt tempus, quia de mane ſereno diei ramorum ad veſperum nebuloſum cenæ Dominicæ. Et tunc ita magnum frigus venit quod omnes flores ceciderunt,omnes honores in dolores,& cruciatus conuerterunt. Ex hoc patet, quod etiam illa arbor tā florida. Petrus qui dixit,quod Chriſtum non negaret etiam ſi eum mori oporteret tantum frigus fuit,quod calefaciebat ſe,& nihilominus flos cecidit, quod Chriſtū negauit. Hoc idem fuit in omnibus Apoſtolis,quia ipſi cum Petro ſimile dixerant, & tamen omnes relicto eo fugerunt. Nec mirum: quia percuſſo paſtore diſperguntur oues. Ergo flores diei Dominicæ ceciderunt mutato tempore in veſpere cenæ. Iuxta illud Eccliſ.18. De mane vſque ad veſperam immutabitur tempus. Quia igitur in mane illius diei fuit Chriſtus in ramis,& mutato tranſeunteque tempore in nocte cenæ flores ceciderunt,& dolores ac paſſio apparuerunt. Et tunc Chriſtus fuit opprobriatus. Ideo dicit Pſal. Mane floreat,& tranſeat, veſpere decidat: vbi deſcribit aliquid

pertinens ad { Iucunditatem / Breuitatem / Acerbitatem. } Deſcribit autem

Iucunditatem	proceſſionis oblatæ.	Mane floreat,& tranſeat veſpere decidat.
Breuitatem	durationis ablatæ.	
Acerbitatem	paſſionis illatæ.	

1 Nota

1 Nota quod Chriſto placet honor proceſſionis factæ ſibi cum floribus. Vnde petit illud Cātic.2. Fulcite me floribus, & ita vt ei gratam proceſſionem faciamus debemus tres ramos floridos in noſtris manibus portare. Sed dices vnde habebimus iſtos ramos floridos. Reſpondeo ſcio vnum viridarium: vnum iardinum quod quilibet motione pedis poteſt bene intrare, ſcilicet Paradiſum per deuotionem, & inde ramos floridos tollens non ſoluit bannum. Ibi ſunt tres nobiles arbores a quibus debemus tollere ramos floridos, & in proceſſione portare. Ibi enim eſt primo Chriſtus palma firmitatis, & patientiç. Comparatur autem Chriſtus palmæ quia palma ſuam floridam pulchritudinem ſuam viriditatem ſeruat ſemper hyeme, & ęſtate. Ita Chriſtus virtutem ſuam fortitudinem in Deo, patientiam in aduerſitate, & proſperitate ſemper abſque quacunque violatione ſeruauit. Hodie enim habuit mundanum honorem exhibitum in proceſſione, & non fuit elatus: ſed humilitatē ſeruauit. Vnde ſuper aſinam non ſuper equum ſedere voluit, & de hoc fit mentio in Euangelio feria 6. ſequente ſuſtinuit ſupplicium opprobrium, & dolorem in paſſione, & tamen non fuit impatiens, murmurans, & prouocatus: ſed ſicut ouis in patientia ſupportauit, & de hoc fit mentio in paſſione quæ legitur. Et ideo in ſignum rei qui circa Chriſtum agebatur non ſine myſterio hodie Iudæi cum Ramiſpalmarum exierunt Chriſto obuiam in ſignum, quod haberet in proſperitate humilitatem, & in aduerſitate patientiam obſeruauit. Ergo ſi vis Chriſto grate occurrere in honoribus: diuitijs, & proſperitatibus exemplo Chriſti, ſis floridus in humilitate, & in perſecutionibus opprobrijs, & aduerſitatibus, ſis floridus conſtantia, & firmitate. Sed qui faciunt talia? qui in proſperitatibus non ſuperbiant: qui in aduerſitatibus non murmurent, & non deficiant? Dilata tales ſunt peccatores in proſperitate ſuperbientes contra Deum, & proximum: In aduerſitatibus murmurantes, blaſphemantes, odium ad Deum, & ad proximum portantes. Ergo ſi talis fuiſti recedant illa, tolle ramum palmæ floridum a Chriſto: vt in proſpiritatibus non præſumas, & in aduerſitatibus patiens non deficias. Sic enim ſeruat palma ſuam viriditatem floridam, hyeme, & æſtate. Ideo dicit Pſal. Iuſtus vt palma florebit. Secundo in Paradiſo eſt Beata Virgo amigdalus puritatis, & munditiæ: Comparatur autem virgo Beata amigdalo: primo, quia ſicut inter omnes arbores recedente hyeme, & æſtate veniente, amigdalus primo floret, & primo ſuam pulchritudinem oſtendit. Ita inter omnes homines, & mulieres recedente hyeme veteris legis, & veniente ęſtate nouæ legis prima virginitate perfecta floruit, & prima votum virginitatis emiſit. Sed notandum eſt. Quod hæc amigdalus floruit, & flos fructum ſine violatione protulit quod nunquam fuit in aliqua alia arbore, in aliqua alia muliere quod pulchre figuratum fuit. Nume.7. Vbi legis quod virgis multis poſitis in tabernaculo ſola virga Aaron floruit, & fructum protulit, ſola Dei virtute. Ita virgo Beata Dei virtute floruit voto virginitatis prima, & fructum dulciſſimū protulit in prole non hominis virtute ſed Dei ſola. Vnde dicitur ibi. Inuenit germinaſſe virgā Aaron, & turgentibus gemmis erant flores qui folijs dilatati in amigdala deformati ſunt. Ergo peccator, & peccatrix exiens in luto, in turpitudine immunditiæ ſumas ramum floridum amigdalæ Beatæ Virginis. Vere enim hodie non eſt in nobis flos puritatis amigdali: ſed flos fæni. Ratio eſt, flos fæni eſt huius conditionis, quo I. quamuis ſit pulcher, gratus, & boni odoris tamen modicum de vento calido, & vrēte exſiccat fænum, & florem deſtruit. Ita in quibuſdam miſeris quamuis habeant florem virginitatis aliqui vel ſaltem caſtitatis alij pulchrum Deo gratum. Tamen ad modicum ventum tentationis vrentis perditur flos puritatis, virginitatis, & caſtitatis. Eſa.40. Omnis caro fænum, & tanquam flos fæni, & omnis gloria eius: exſiccatum eſt enim fænum, & cecidit flos Pſal. Florebūt de ciuitate ſicut fænum terræ. O

Xp̄s palma aſſimilatur

Maria Vir. cōparatur amigdalo.

Digitized by Google

ræ. O infelices peccatores exite de luto florente ramum floridum amigdali puritatis, & munditiæ a B. Virgine aſſumite, & ſic Chriſto occurretis Eccl. vlt. Floreat amigdalus. Secundo cōparatur B. Virgo amigdalo, quia inueniuntur aliquæ arbores amigdalinæ quæ a principio habent fructum dulciſſimum, ſed in fine amariſſimū. Ita fuit in B. Virgine, habuit enim fructum benedictum filium in cuius principio habuit ſummam dulcedinem, & in cōceptione, & in geſtatione, & in partaritione, & in tota vita, & conuerſatione: ſed in fine habuit ſuper eo ſummum dolorem, & ſummam amaritudinem de morte, & paſſione. Et ideo hodie in hac die agitur de gaudio proceſſionis, & dulcedine, & de opprobrio paſſionis, & amaritudinē. Vnde proprie vocatur. Canta plora. Iſto modo ſpiritualiter etiam fuit, & erit de Chriſto quando ipſe in hunc mundum veniens intrauit cum magna dulcedine ad peccatores eis prædicans pęnitentiam, promittens indulgentiam, & gaudia cęleſtia. Sed in fine iterum ad iudicium rediens veniet ad peccatores cum magna amaritudine, eis tonitruans gehennam: inferens triſtitiam, & ſupplicia ſempiterne. Vnde illa erit, Amaritudo amariſſima. Inde dicet. Ite maledicti in ignem æternum. Ergo, & nos conformiter ſi in nobis præceſſit dulcedo peccati culpæ mundanæ laſciuiæ conformemur amigdalo modo ſaltem in fine Quadrag. Sumamus peccatorum cōtritionē dolorem, & amaritudinem pęnitentiæ. Iſto enim modo erit verum illud verbum. Eccl. vlt. Florebit amigdalus impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis. Tertio inuenitur in viridario Paradiſi oliua pietatis, & miſericordię. Cōuenit aūt oliua Ioāni, & miſericordię qm̄ Io. interpretatur grā. Gratia aūt facit quia homo eſt Deo gratus, & proximo. Inter omnes aūt Apoſt. qui plus locuti ſunt de pietate gratia, & miſericordia, fuit Io. Euāgeliſta: Per oliuam aūt intelligimus miſericordiam. Quoniam ſicut oleum oliuæ eſt ſanatiuum vulnerū, & vulneratorum: ita pietas, & miſericordia ad pauperes eſt ſanatiua paupertatis, & indigentiæ. Ipſorum ergo ſi fuiſti tenax auarus immiſericors, tolle ramū floridum oliuæ, & fac eleemoſynas cōdona offenſas. Tunc enim eris quaſi oliua proijciēs florem. Iob 15. Sed timeo, quod ſic ſit de oleo ſpirituali: ſicut de corporali. Dicunt periti, quod illud oleum quod gratis manat ab oliuis eſt dulce, gratum, & ſanum. Sed aliquando ab oliua non vult exire oleum gratis. Tunc oliua ponitur ad preſſorium ad torcular, & tunc exit oleū violenter, & tale oleum non eſt ita dulce ita ſanum. Sed ſpiritualiter aliqui ſicut bona oliua gratis dant, & reddunt oleum gratis faciunt eleemoſynas, dant pauperibus, & tale oleum: talis eleemoſyna eſt Deo ſumme grata: eſt facienti dulcis, & meritoria. Sed aliqui ſunt adeo auari maſſilenti tenaces, & cupidi, quod vna gutta: vna modica eleemoſyna non poteſt exire gratis. Tunc Deus videns, quod nihil a talibus poteſt exire, ponit eos in preſſorio tribulationis torculari perſecutionum, præmit eos, caſtigat, ponit, eos in vna graui infirmitate, continua apoſtemate, & tunc velint nolint violenter exit oleum, partem habent medici partem apothecarij partem conſumentes: amici partem religioſi: vt pro eis orent Deum, & tunc nec grates nec gratias. Et tunc aliquando premit eos Deus, quod nō remanet niſi amurca: quia a corpore exit anima ab arca pecunia, & non remanet niſi caro fætida: a vermibus conſumenda. Tale oleum non eſt ſic Deo gratum quando magis timore quam amore violenter quam voluntarie fiunt eleemoſynæ legata, & oblationes. Ideo contra quoſdam dicitur in Aggęo. Lignum oliuæ non floruit. Ergo vultis Chriſto occurrere, grate mane iſto florente. Cum ramis floridis Chriſto debite occurrite palmæ quo ad firmitatem, & patientiam, amigdalæ quo ad puritatem, & munditiam, Oliuæ quo ad pietatem, & clementiam. Et ſic erit verum illud Pſalm. Plantaui in domo Domini in atrijs domus Dei noſtri florebunt. Quod nobis concedat, &c.

Oliua miſericordiæ ſignum eſt.

SER.

Digitized by Google

SERMO LXIII.

In die Ramiſpalmarum.

MAne floreat,& tranſeat, veſpere autem decidat. Quidam bonus inuentor conſiderata mundi falſitate, vitæ,breuitate,fortunæ, varietate. Dixit iuxta noſtrum propoſitum. Malum eſt diligere hominem iſtius patriæ. Quia eius ſolatia,ſunt dolor,& triſtitia. O falſe amor aliquando das gaudium,aliquando dolorem,& ſupplicium,& recte eſt ſic de amore mundi,& mundanorum:quia ſecundum quod ſcribitur Prouerbiorum. 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Cerne, & conſidera, diligis multum vxorem,prolem vel amicum alium vel alios,vel vos Domine diligitis viros,& pueros veſtros. Vere eſt malum diligere hominem huius mūdi, huius patriæ. Quia vere quanto plus diligis,& quanto magis cum eo delectaris,& conſolaris,tāto maiorem,& dolorem,& maiorem diſplicentiam ſaltem in eius morte ſuſtinebis. Vnde amor mundanorum poſt gaudium infert dolorem, & ſupplicium. Sed vt loquamur ad propoſitum circa mundi amorem quem Chriſto Iudæi exhibuerunt. Sic mihi videtur fuiſſe circa Chriſtum, ſicut aliquando fuit circa arborem Contingit ſæpe aliquam arborem eſſe multum floridam, & in principio impletur multis floribus,& tunc quilibet congaudet arbori, & nullus nocet ipſi: deinde tranſeuntibus floribus tranſit ad digeſtionem fructus. Vltimo autem fructu digeſto,& maturo colligitur fructus: Aliquando lapide aliquando excuſſione: aliquando ramorum,& frōdium tractione,& fractione,& baculorum proiectione donec fructus cadat,& vi vel amore ad terram veniat. Vnde arbor quæ in floribus habet omnem gratum aſpectum, & viſionem. In fructibus vnde deberet bonum reportare non habet niſi malum,& percuſſionem. Ita fuit circa Chriſtum. Ipſe quippe hodierna die fuit totus floribus plenus non floribus arborum:ſed in ſe floribus virtutum, hodie autē Chriſto florido nullus nocuit:ſed quilibet eum pulchrum, & floridum exhibuit,& reſpexit,& honorem exhibuit. Vnde exiuerunt hodie mane cum ramis, & floribus cum veſtimentis proiectis in terram,& cum cantibus. Tranſiuit autem tempus florum ad digeſtionem fructus, ideſt ad tempus a Deo diſpoſitum quo debebat a corpore eius exire nobiliſſimus ſpiritus. Et Iudæi volētes omnino iſtum fructum eius ſpiritū ab arbore, ideſt a corpore excutere varijs modis,iſtam arborem inuaſerūt. Nam primo proiecerunt lapides ad eum lapidandum ad ſpiritum ab arbore excutiendum. Ita legitur Ioan. 10. Suſtulerunt lapides Iudæi vt lapidarent eum. Ieſus autem dixit eis. Multa bona opera operatus ſum in vobis; propter quod eorum me lapidatis: Per lapides autem non valentes habere iſtum fructum eius ſpiritum ad arborem proprijs manibus acceſſerunt, quando nocte cenæ eum ceperunt, & prophanis manibus eum ligauerunt: poſtea arborem violentiſſime excuſſerunt commouerunt vt fructus caderet O quam fortis,& aſpera excuſſio,& agitatio, quando alapas in faciem cedebat,modo hinc modo inde:quando collaphiſando opprobriabatur,& dicebatur? Prophetiza quis eſt qui te percuſſit, nec hoc contenti ad detrahendum manus ramos nepharias extenderunt, quando ſcilicet in cruce corpus extendentes,trahebant pedes inferius,caput ſuperius hinc,& inde interim vt audiente benedicta matre nerui,& oſſa dinumerarentur, & quaſi numerarentur. Dicente Pſal. Per eum. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Nec his contenti adhuc baculos proiecerunt quando ſcilicet percutiebant caput eius arundine: quando poſuerunt arundinem in dextera eius. Non ſufficiebat

Pſal. 89 *Pſal. 21*

eis baculare,& arborem in ramis in alijs membris:ſed vſque ad ſummitatem,& cacumen,quia caput baculabant,& percutiebant baculis,& alapis. Tunc verificatum eſt illud verſificatoris prouerbium. Multotiens fractum caput eſt propter beneſactum,& tamen percuſſerunt,& tamen excuſſerunt arborem:quod fructus,ideſt ſpiritus finaliter a corpore cecidit vtique non nimis maturus, non nimis antiquus:ſed adhuc viridis,quia iuuenculus annorum 33.vel circa non niſi per violentiam,quia ſi tempus fuit tunc moriendi ſecundum diuinam prędeſtinationem non tamen per ætatis completionem, & quod fuit peſſimum omnium: etiam mortuum baculauerunt non qualicunque:ſed lancea latus eius vulnerantes. Ergo ecce amor mundi, etiam dilectio Iudæorum ad Chriſtum dicamus ergo ex iſto propoſito: malum eſt diligere hominem illius patriæ quia eius ſolatia,ſequitur dolor, & triſtitia, ſicut patet in Chriſto quo ad proceſſionem, & honorem mane oblatos, & paſſionem,& dolorem in veſpere paſſionis illatos. O falſe amor: aliquando das gaudium,ſicut hodie mane gaudioſo:aliquando mærorem, & ſupplicium ſicut pauco tranſacto tẽpore in veſpere paſſionis doloroſo. Et hoc eſt quod dicit Pſal. Hoc mane proceſſionis Chriſtum floridum fuiſſe in hominibus quo tranſeunte fructum eius ſpiritum, veſpere paſſionis cecidiſſe in perſecutionibus, & doloribus mane floreat, & tranſeat. In quibus verbis. Pſal. deſcribitur quantum ad hodierni feſti materiam.

Venuſtatem	principij arridentis	Mane floreat,
Celeritatem	medij fugientis	& tranſeat,
Et flebilitatem	termini deficientis	veſpere decidat.

1 Nota, vt in hoc ſermone procedamus ad noſtram vtilitatem illis ſuppoſitis quantum ad feſta quæ dicta hodie fuerunt. Sciendum. Quod ſicut iſto tempore omnes arbores,& herbæ renouantur, & florent quaſi vitam nouam inchoãtes pulchritudinem ſuam quaſi arridendo oſtendentes. Ita nos abiecta mala,& turpi vita peccatorum quæ toto anno pręceſſit modo in fine ſaltem Quadrageſimæ debemus eſſe renouati,& floridi pulchritudine,& venuſtate vitæ, & conuerſationis honeſtæ. Exemplo arborum,& naturæ. Inter cæteras autem arbores cuius flores commendantur in ſcriptura ſunt flores vitis. Dicunt enim naturales,quod flores vitis emittũt a vineis animalia immunda: vt buffones,& ſerpentes:quia bonum florum odorem ſuſtinere non poſſunt. Ita debemus eſſe modo floridi per bona opera, per bonam perſeuerantiam, per pęnitentiam, quod nihil immundum nihil venenoſum, nihil peccati remaneat in conſcientia:immo excludatur ſocietas turpis venenoſa, & mala. Exemplo Chriſti qui fuit hodie coopertus floribus qui de ſe dicit illud. Eccl. 24. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Et flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Nota honeſtatis tales flores honeſtæ conuerſationis fugant animalia venenoſa,& immunda,ſed dehoneſtatis non fugant. Sic ouis eſt honeſtior cum pelle,& lana cooperta quam excoriata. Si tamen ouis excoriaretur, & lupo oſtenderetur non propter hoc lupus fugaretur:ſed magis attraheretur. Ita in propoſito perſona quælibet ſiue vir ſiue mulier,eſt multum honeſtior cooperta decentibus indumentis quam nudam carnem oſtendens. Tamen aliqui, & aliquæ ſunt ita miſeri,& miſeræ fatui,& fatuæ,quod carnem excoriatam nudam, & nudatam vſque ad pectus, & ſpatulas oſtendunt. Nunquid ergo ex oſtenſa iſta carne nudata, & excoriata fugabitur lupus,ideſt diabolus vel mala perſona,alia venenoſa,& immunda,vtique non:immo magis prouocabitur:vtique placet lupo ouis cum pelle,ſed plus placet excoriata cum carne quod patet:quia antequam deuoret eam excoriat. Ita de diabolo, placet ſibi perſona mala, & immunda cum toto indumento, ſed plus placet excoriata oſtenſo, & extenſo collo quod patet, quia iam eas incipit excoriare, excaphanare antequam eas deuorat in inferno. Vnde hodie poſſet forte eſſe verum

quod

Digitized by Google

quod dicitur in quadam cauſatione. Nonne vidiſtis lupum. Creditis, quod non. Sic enim mihi videtur eſſe de diabolo, & hominibus ſicut de lupo, & de ouibus. Contingit aliquando ouem capere lupum, & ſtatim capit ad guttur ne poſſit clamare. Aliquando tamen canes & paſtores ſequuntur lupum, & violenter rapiunt de ore lupi per pedes, aliquando ouem trahentes quod cernens lupus non vult dimittere ouem cum toto vellere, cum tota pelle: ſed vult aliquid de ſuo habere. Ideo ſtringit tantũ gulam quod auffert de lana, & de pelle: quantum potuit iugulare in collo ouis vſque ad ſpatulas, & tunc ouis dimittitur turpiſſima, & excollata, & dehoneſtata. Ita in propoſito diabolus circa aliquos tempore præterito tamẽ machinatus eſt, quod cępit eos faciens ipſos peccare mortaliter. Tum ne poſſet clamare, & confiteri cepit eas per collum in gula ſtringens fortiter per verecundiam, & bene apparet, quod diabolus tenet, & tenuit eos per gulam qui adhuc non ballauerunt: qui in iſta Quadrageſima confeſſi non fuerunt. Iſtis poteſt dici. Nunquid vidiſtis lupum? certe ego reſpondeo, quod ſic. Verum eſt tamen quod aliqui ballauerunt, & euaſerunt, quia canes, id eſt prædicatores tamen latrauerunt tamen clamauerunt, tamen prædicauerunt contra lupum diabolum, quod peccatorem de ore lupi diaboli per pedem violenter extraxerũt, conpulſus eſt, & peccatores dimittere: ſed vere non cum toto vellere, cum tota pelle aliquid ab eis retinuit quia tamen ſtrinxit dentes in collo quarundam inuerecundarum perſonarum mulierum, ſiue virorum, quod non ſolum abſtulit lanam, id eſt indumentum eas excoriando, excoſtando: immo etiam pellem quia tamen leuant collum, & pellem, quod eam excoriant. Iſtis poſſunt dici, nunquid vidiſtis lupum. Ego dico quod ſic. Patet quia ſunt excoriati, & excoriatæ oſtendunt carnes ſuas cum magna inhoneſtate, nõ ſicut ouis honeſta: ſed ſicut herta, & lacerta. Non ſicut agni honeſti: ſed ſicut hirci fętidi. Ideo dicitur cõtra iſtos. Et flores mei fructus honoris, & honeſtatis ergo iuxta illud Cant. 7. Videamus ſi floruit vinea ſi flores fructus parturiunt vtique non in iſtis excoriatis: ſed in perſonis honeſtis, flores honeſtatis, & ſanctitatis. De quibus dicitur Cant. 2. Et flores apparuerunt in noſtra terra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, & ficus protulit groſſos ſuos. Vineæ florentes odorẽ dederunt.

2 Nota, quod vita pñs non eſt niſi tranſitus breuis quorumcunque ſit diuitijs & honoribus glorioſa. Et ideo poſtquam ſcriptura delitioſa, & delectabilia premiſit mane floreat immediate breuitatem, & ſceleritatem ſub tranſitus nomine adiunxit dicens, & tranſeat. Quamuis autem vita pñs tranſitoria multiplici tranſitui poſſit comparari: tamen vita pñs comparatur tranſitui nauis propter tria. Primo ratione receſſus. Nauis enim facta eſt non ad manendum, & remanendũ in portu: ſed ad nauigandum ad eundum de loco ad locum, de vno portu ad alterum, & merces portandum ſiue parua ſit ſiue magna non obſtante, quod in mari ſint multa pericula: vt beluæ marinæ paratæ ad deuorandum in naufragijs morientes, quę infra mare ſunt latitantes. Ita quęlibet perſona ſiue puſilla ſiue parua diues vel pauper, non eſt creata ad remanendum, ad manendum in portu huius mundi ad hic ſemper manendum, & viuendum: ſed ad nauigandum de portu huius mũdi ad portum alterius ſęculi: vt enim dicitur. Ad Hebr. 3. Non habemus hic manentem ciuitatem: ſed futuram inquirimus. O quam ſunt fatui qui hic credunt diu manere, qui nauem ſuam ligant per amorem huius mundi in portu qui iaciũt ancoras, qui ędificant domos, vt acquirant diuitias. Vere omnes chordæ, omnes ancoræ huius mundi non poſſint vnam barculam, vnum puerum retinere immo eſt neceſſe ad alium portum tranſire. Sed verum eſt quod oportet merces portare, quilibet recedit oneratus aut bonis operibus, aut malis, aut meritis, aut demeritis. Caueat ſibi

Digitized by Google

quilibet,vt portet tales merces in quibus poſſit lucrari. Vt dicitur ad Gal.6. Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Egotimeo de multis peccatoribus, quod mutabunt vultum. Quando oportebit merces oſtendere. O Deus meus quantum debet quelibet nauis, quelibet perſona timere: quia vere in magno mari huius mundi ſunt abſcondita multa animalia reptilia, multæ marinæ beluæ ad deuorandum naufragos preparatæ ſi nauis patiatur naufragium, ſi peccator morte ſubita impingat ad terram,& vnus poſtis,ſcilicet corpus vadat ad ſepulchrum. Alius,ſcilicet ſpiritus vadat ad infernum. Ibi in tali naufragio ſunt dæmones ſine numero parati peccatores deuorare. Hæc ergo vita noſtra quæ non in hoc mundo manet: ſed ad alium per hoc mare periculoſum tranſit. Nauis tranſitus vocatur: Ideo dicitur, & tran-
*Pſal.*103 ſeat Pſal. Hoc mare magnum, & ſpacioſum manibus illic reptilia quaſi dæmonia quorum non eſt numerus,ſequitur animalia puſilla cum magnis maiores, & minores,diuites,& pauperes:illic omnes,ſcilicet pertranſibunt.

Secundo comparatur vita pñs tranſitui nauis ratione progreſſus Quoniam ſicut nauis velocius tranſit de termino ad terminum quam quicunque curſor quantumcunque leuiter currens,& tamen ſuæ viæ veſtigium nõ relinquit. Ita dies vitæ noſtræ velocius omni curſore tranſeunt, & cum homo ad terminum venerit morientium memoria perit. Eccl.1. Non eſt prior memoria. Iob 9. Dies mei velociores fuerunt curſore,& fugerunt,& non viderunt bonum tranſierunt quaſi naues. Eccli.5. Tranſierunt tanquam fluctuantem aquam, cuius cum tranſierit non eſt veſtigium inuenire. Tertio ratione acceſſus. Ratio eſt duplex, quoniam inter omnia pericula quæ patitur nauis, maius eſt periculum iuxta terram quando debet applicare. Contingit ſæpe naui in proſperitate nauiganti ventum mutari, & habere fortem ventum,& contrarium interim, quod aliquando non poteſt nauis gubernari: ſed impingit in terram ſarracenorum. Et tunc patitur naufragium. Et venientes ſarraceni homines perpetuo captiuant. Ita eſt de homine. Contingit ſæpe homini habenti proſperitatem vitæ diuitias iuuentutem honores, &c. Iſte eſt bonus ventus quem homines diligunt,quod ventus mutatur in contrarium,venit fortuna contraria. Vna infirmitas,& homo non poteſt retinere nec gubernare corpus:vt vellet,Immo iſto vento infirmitatis impellente peccator impingit in terram ad ſepulchrum. Et ſi contingat, quod in terra ſarracenorum ſit, id eſt in ſtatu peccatorum a diabolis in inferno perpetuo captiuatur. Et ideo quamuis ſit periculum tranſitus huius vitæ in tota vita noſtra:tamen ſummum omnium periculorum eſt in portu,in applicatione in ipſa morte. Vnde propter multos peccatores incontritos vt alij caueant. Dicitur Hiere.22. Da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes: quia contriti omnes,dic ſi vis miraculum de fratre Guillel.hu. Alia ratio eſt, quod cum quis exit vnum regnum, & intrat aliud tranſit de vno ad alterum, & portat pecuniam,& merces ad hoc vt vadat ſecure,& ſe non perdat,& bona ſua videmus quod vtitur iſta arte,quod facit pecuniam ſuam ſigillare, & tunc poteſt ſecure tranſire, & portare. Item ſoluit pro mercibus regi certam mercedem,& redemptionem:vt denarios ſex pro libra,& tunc tranſit ſecure: quando homo moritur ad terram applicat:exit autem regnum huius mundi, & intrat regnum alterius mundi. Aliqui autem portant pecuniam in burſa, ſcilicet multa bona opera ſed niſi iſta pecunia ſit ſigillata,ipſi ſunt in periculo de rebus,& perſona. Sigillum reddens opera eorũ ſecura,& perſonam: eſt diuina gratia. Quia quotcunque opera bona eſſent facta per aliquem niſi eſſet appoſitum ſigillum diuinæ gratiæ nullum ſaluarent. Sed quando bona opera ſunt informata diuina gratia tunc eſt pecunia ſigillata, & in tuto eſt pecunia,& perſona. Item aliqui portant merces,& forte prohibitas,ſcilicet multa peccata mortalia, de quibus non ſatisfecerunt Deo. Ideo debent Deo

mercedem,

Digitized by Google

mercedem, & redemptionem offerre: alioquin ſunt in periculo corporis, & perſonæ. Sed quantum numquid ſex denarios pro libra. Certe curialior eſt rex Cœleſtis quam terreſtris Deus non exigit ſex denarios pro libra, nec pro quintali: immo nec pro Saumata pro vno toto crocello, quia ſi omnia peccata mundi quis portaret non exigit niſi. tres denarios: ſcilicet, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem. Et quia multi conſueuerunt in Paſchali tempore per mortem tranſire de regno huius mundi ad regnum alterius ſęculi. ſtatutum eſt illud tempus. xl. ad ſoluendum illos tres denarios Infelix qui non ſoluit, quia plus ſibi poſſet conſtare. Ideo boni, & ſancti qui volunt ſoluere cupientes diſſolui, & eſſe cum Chriſto volunt hinc tranſire non obſtante ſolutione huius precii dicunt Deo illud. Nume. 20. Obſecramus vt nobis liceat tranſire per terram tuam. Sequitur: nulla erit in precio difficultas: tantum velociter tranſeamus.

3 Nota quod vita pręſens in Scriptura compoſita ex mane iuuentutis, & veſpere ſenectutis tantę eſt breuitatis, & velocitatis, quod dicitur dies vna. Gen. 1. Factũ eſt veſpere, & mane dies vnus. Propter hoc in hymno cantat eccleſia. Qui mane iũctum veſperi diem vocari præcipis. Ita etiã reſpectu vitæ Chriſti, & noſtræ in verbo aſſumpto accipitur. Mane floreat, & tranſeat, veſpere decidat. Notum eſt vt dixi quod vita noſtra comperatur tranſitui. Sic autem videmus de naui quod nauis recedens de portu intrans aquam, mare aſcendit, recedit, & natat cum magno gaudio, & ſumma lætitia: cum ſonis, & cantibus, & cum ramis, & floribus; cum vexillis: & veſtibus, & incipiunt cum venti proſperitate nauigare. Sed contingit ſępe quod in veſpera antequam veniat completorium inſurgit tempeſtas, frangit velum: rumpit gubernaculum: inducit naufragium, & demergit in imum, & tunc gaudium matutinũ conuertitur in dolorem veſpertinum: riſus matutinus in fletum veſpertinum. Ita etiam ſpiritualiter homo naſcens de muliere huius mundi mare intrans victurus, & nauigaturus in mundo: intrat hoc mare cum gaudio: quia gaudent parentes: cantant; faciunt aliquando veſtes: indumenta, & feſta magna. immo dicitur. Ioan. 16. Quod mulier cum peperit non meminit præſſuræ propter gaudium: quia natus eſt Homo in mundum. Sed homine mundum aliquando proſpere nauigante dum eſt in iuuentute in delitijs: in diuitijs: antequam veniat ętas decrepita ante completorium: ecce venit aliquando tempeſtas, aduerſitas, & frangit velum vanitatis: gubernaculum diuitiarum: venit homo ad naufragium: iſti vadunt in puncto nauis de ſagona: quæ in prima recedens perijt in nona. tunc totum ſolatium ꝙ pręceſſit: in dolorem vertitur, & in fletum. Et ideo talis aduerſitatis quandocumque occurrat pręcedente mane proſperitate vocatur veſpere: ideo hæc duo ad hoc propoſitum ſic pſal. coniunxit. Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia. Ita etiam fuit in Chriſto: quia Chriſto nato, & in mundum intrante fuit ſummum gaudium: *Pſal. 29* Cantauerunt enim Angeli. Gloria in excelſis Deo. Cantauerunt paſtores. Cantauit etiam Virgo Beata. Magnificat anima mea Dñm. Cantauit ſymeon. Nunc dimittis. Gaudium fuit magnum quod Angelus nunciauit: ſed vere antequam veniret completorium: antequam haberet ętatem completam venit tempeſtas paſſionis: quę ipſum demerſit, & tunc conuerſum eſt gaudium in fletum. Ita fit etiam in mane circa curſum Dominicæ hodiernæ proceſſionis, & veſpere paſſionis: quia hodie aſcendit Hieruſalem cum ſummo gaudio: vnde cantabant ei Oſanna, &c. veſtimenta ſternebant in via: ramos, & flores in manibus portabant: ſed in veſperę paſſionis totũ fuit mutatum: quia loco veſtimentorum oblatorum ſuper eius veſtes luſerunt: loco cantici eum blaſphemauerat: loco ramorum virgis verberauerunt, & in cruce extenderunt. Et ideo verificatum eſt illud prouerbium. Tripudium in introitu: colaphus in exitu: ergo mane bene, veſpere male habuit.

Digitized by Google

Mane vitam floridam, veſpere mortem horridam ſuſtinuit, hoc eſt quod ipſe loquitur Pſalmo 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Quare ſequitur. Præciſa eſt velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer ſuccidit: de mane vſque ad veſperam finies me. Ergo caueant ſibi peccatores ſi mane trāſijt iuuentutis: quoniam ſi Chriſtus non expectauit completorium: ſed mortuus eſt ad veſperam; nunquit credunt ipſi expectare completorium? vtique non: quia viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: pro vno qui dimidiat ſunt decem, qui non dimidiant: vt non ſint qui vadant de puncto nauis de ſagona, quæ recedēs in prima perijt in nona: quomodo ergo deberemus facere? Ecce ſicut docet Scriptura dicitur quod pullus hyrundinis exiſtens in nido vitæ breuitatem cōſiderans clamat ad patrem pro ſuſtentamento. Columba quæque breuitate vitæ conſiderans gemit in foramine, & non cantat: ita debemus facere continue vitæ breuitatem, & mortis vicinitatem debemus conſiderare: quaſi de mane ad veſperam morituri, & finituri, & in nido Eccleſiæ habitantes ad Chriſtum Patrem noſtrum continue pro auxilio gratiæ ſuæ in oratione clamare, & ſicut columba in foraminibus Chriſti ꝑ contemplationem, & deuotionem: meditantes continue pro auxilio gratiæ ſuæ in Orationibus clamare continue gemere noſtra peccata. Exemplo Ezech. Qui hoc recognoſcens, & faciens dicebat. Pſalmo 38. De mane vſque ad veſperam finies me ſicut pullus hyrundinis ſic clamabo: meditabor vt Columba. Ergo recurramus ad Chriſtum qui poteſt lætificare, gubernare, & ſaluare mane, & veſpere, & ſimus taliter parati, quod quandocumque veſpera mortis aduenerit, cum ipſo poſſimus in exitu delectari. De eo enim ſcripſit pſalm. Exitus matutini, & veſpere delectabis. Quod nobis concedat. &c.

SERMO XLXIIII.

De Feſta Annuntiatione, vel de vigilia, & Feſta Natali Domini, aut de Epiphania.

Pſal. 89 SPlendor Domini Dei noſtri ſuper nos. Scriptura Deum patrem vocat Solem. Eccl. 42. Sol illuminans per omnia reſpexit. Dei filium vocat ſplendorem ab eo procedentem. Ad Heb. 1. Cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtātiæ eius: quia ſicut ſplendor coæternalis a Sole ſine motu, & mutatione procedit origine, & generatione perpetua: ita Dei filius a patre coæternaliter ſine motu, & mutatione paterna generatione procedit: velut *Pſal. 109* a Sole ſplendor ſecundum Auguſtinum, Libro de Verbis Domini. Vnde ei pater loquitur illud pſalm. In ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante genui te. Sic videmus de Sole naturali: quòd quando Sol eſt ſuper nos directe eſt recte ſuper zenit capitis: ſuper nos immittens radium ſuum ſplendorem: tunc oſtendit nobis gloriam ſuæ admirabilis claritatis, fœcunditatis, & virtuoſitatis; tunc enim ſol eſt clarior ad illuſtrandum obumbrata: fœcundior ad prouocandum ſeminata; virtuoſior ad curādum infirmata. Hoc patet circa Solſtitium æſtiuale: quia tunc Sole ſuper nos ſuum radium, & ſplendorem immittente: dies ſunt clariores: herbæ, & arbores fertiliores: vires hominum fortiores. Deus pater propter peccatum primorum: parentum ſe ab humano genere elongauit, & lucem ac ſplendorem ab eo retraxit: propter quod

ſecuta eſt vmbra falſitatis in intellectu ad Deum cognoſcendum: culpa ſterilitatis in affectu ad Deum diligendum:cauſa debilitatis in effectu ad Deum excolendum: propter quas præmiſſas concludebant euidentur Sancti Patres antiqui illam concluſionem. Sap. 5.

Ergo errauimus a via veritatis quo ad effectum, & lumen iuſtitię non illuxit nobis quo ad affectum,& Sol intelligentię non eſt ortus nobis quo ad intellectum:ſed tandem Deus in ira ſua miſericordiæ recordatus verſus nos accedens, & ſuum ſplēdorem Sol ipſe immittere ſuper nos mandauit.Malac.4. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ,& hoc fuit in tota lege veteri. Tandem acceſſit ad nos, & immiſit ſuum radium,ſuum ſplendorem,ſuum filium in incarnatione, & tūc iſto radio immiſſo deſuper in homine eſt veraciter vmbroſitas illuſtrata claritate,quia Dan.2.Lucebunt ſicut Sol;firmamenti ſterilitas fœcundata fertilitate:quia Abac.3. Ibunt in ſplendore infirmitas roborata ſanitate.Iuxta illud promiſſum.Bar.4.Videbunt in ſterilitate ſalutem veſtram a Deo quæ ſuperueniet vobiscum honore magno,& ſplendore æterno.Hoc vidit.Eſa.6.Figuratiue vbi dixit. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum,& eleuatum, & plena domus a maieſtate eius erat, & ea quæ ſub ipſo erant replebant Templum: Dominus ſedens ſuper ſolium eleuatum eſt Dei filius ſedens ſupra humanæ naturæ ſolium in vnione, & incarnatione vſque ad vnitatem diuini ſuppoſiti exaltatum,& eleuatum,& domus humanę virginis Beatæ plena erat a Maieſtate eius, vtique quia gratia,& gloria, ita dixit Angelus Aue gratia plena.Lucæ 1.Ea quæ ſub ipſo erant hoc lumine,hoc ſplendore illuſtrata replebant Templum, ſcilicet Eccleſię militantis, & triumphantis: in quo oſtendit Deus Pater diuitias gloriæ ſuæ per iſtum ſuum radium,& ſplēdorem:quia claritatem quo ad credenda:fœcunditatem qui ad diligenda: virtuoſitatem qui ad exequenda:propter quod dixit.Eſa.60.Surge illuminare Hieruſalem:quia venit lumen tuum,& gloria Domini ſuper te orta eſt.Vnde Pſalm. Hoc recognoſcens beneficia in humano genere ex illo promiſſo.Bar.4.Veraciter peruen iſſe:vbi per Dominum dicitur.Deus oſtendet ſplendorem ſuum in te: qui ſub Cœlo eſt. Sicut ſi eſſet expertus clamauit.Splendor Domini noſtri ſuper nos.In quibus verbis filij Dei incarnati Pſal.deſcribit tria:ſcilicet eius.

Diuinitatem Humanitatem Sublimitatem	Fulget autem	Diuinitas infinita Humanitas adiuncta Sublimitas influxa.
Coæternitate Maieſtate Vtilitate	Splendor Domini Dei noſtri ſuper nos.	

Secundum hoc in Dei filio Humanato,& incarnato habemus.

Claritatem Humanitatem Sublimitatem	Diuinitatis Maieſtatis Vtilitatis	Procedente a luminoſo. Orientem cum animoſo. Influentem in virtuoſo.
Sidere Fœdere Opere	quia	Splendor Domini Dei noſtri ſuper nos.

Quantum ad primum. Nota, quòd Dei filius ſplendor vocatur, ideſt Scriptura hic,& alibi. Hac ratione in Templis, & Eccleſijs conſueuerunt poni lampades,& accendi ad honorem Dei,& ad illumiuationem,& directionem populi:quæ ſplendore ſuo totam Eccleſiam illuminant? Splendor enim, & lux lucis venit ab alio,quia a ſuperiori virtute:tamen ſplendor ignis a lampade ſine fractione egreditur. Ita ſpiritualiter Deus Pater volens in tota Eccleſia militante honore, & reuerentia coli

debite:

debite,& ſuum populum recte ne offenderet dirigere: lampadem præparauit vterum ſcilicet virginalem:oleum ordinauit: ſcilicet Corpus Chriſti, & filium ſcilicet Animam increauit in iſta lampade ſuper totam Humanitatem. Venit lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. Scilicet Diuinitatis. Donum de ſurſum deſcendens a patre luminum. Iaco. 1. Hęc Diuinitatis eſt illud lumen de quo cantamus. Tu lumen tu ſplendor Patris, quia ſicut ſplendor exit ſine fractione a lampade:ita Deî filius ſine fractione, & violatione eſt natus de Virgine. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis Lucæ 1. Hoc eſt illud diuinum promiſſum. Eſaię 62. Propter Syon non tacebo,& propter Hieruſalem non quieſcam donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius: & Saluator eius vt lampas accendatur, & videbunt gentes iuſtum tuum,& cuncti reges inclytum tuum. Nota quod dicit iſtum ſplendorem videri a gentibus,& regibus, ideſt a maioribus,& minoribus. Vtique aliud ſignans: vbi nota quod Dei filius prophetizatus naſcitur de ſtella. Num. 4. Orietur ſtella ex Iacob: hac ratione, quia regnante planeta qui dicitur mars quandoque eleuatur vapor terreſtris ad martem,& ſic accenditur, & inflammatur, & generatur ſtella qui Cometa vocatur:huius conditionis, & naturæ, quòd planeta exiſtens in Cœlo vaporem continet eleuatum, inflammatum, illuminatum, & ſplendidum: qui vapor eleuatus ſequitur in omnibus motum planetæ, & trahit caudam poſt ſe:habet autem ſecundum Ptolomeum,& altos aſtrologos tres effectus: quia hæc ſtella regnans inducit regum,& regnorum omnium,& commotionem, iram, & turbationem, guerram,& interfectionem: ita Dei filius mars vocatur; quia mars dicitur Deus belli, Dei autem filius eſt ille:de quo. Exod. 15. Dominus quaſi vir pugnator. Et in pſal.
Pſal. 67 Dominus exercituum nomen illi. Hic ergo volens in hoc mundo regnare vaporem terreſtrem, ideſt Humanam Naturam de terra formata quæ ſecundum illud. Iac. 4. Vapor eſt ad modicum parens. In altum ad ſe leuauit, & ſua conſtellatione eleuauit non vtique ad ſummam aeris regionem:ſed ad tertium Cœlum ad ſui ſuppoſiti vnionem. Et iſte vapor fuit illuminatus ab ipſa ſtella, ſcilicet ab ipſa Diuinitate,& inflammatus. Ipſa ſcilicet Chriſti Humanitas in qua ſplendebat ipſa Diuinitas, quæ exiſtebat in Cœlo apud patrem,& in mundo coniuncta ad ipſam Humanitatē quæ ſemper motum Diuinitatis in omnibus eſt ſecuta: traxit autem magnam caudam poſt ſe:quia omnes ſuos fideles militantis Eccleſiæ. Hac ſtella incipiēte regnare:iſto Cometa apparente,& naſcente ſtatim ſecutus eſt effectus regum,& gentium motus:ira,& commotio. Nonne ipſa nocte Natiuitatis Chriſti venerit paſtores ad videndum,& adorandum puerum natum? Nonne iſta nocte Natiuitatis receſſerunt tres Magi ; tres Reges ab Oriente,& venerunt Hieruſalem quærentes. Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim inquiunt ſtellam eius,& venimus adorare eum. Matth. 2. Hoc Eſa. prædixerat. 60. Super te autem Hieruſalem orietur Dominus,& Gloria eius in te videbitur, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui:ergo habemus motum gentium, & omnia Regum maiorum, & minorum. Item ſecuta eſt Regum gentium ira,& turbatio, quia audita Natiuitate, & apparitione iſtius ſtellæ Herodes Rex,& aliæ gentes Hieruſalem habitantes iratæ,& turbatę fuerunt. Matth. 2. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt valde, & omnis Hieroſolyma cum illo. Hoc eſt illud prædictum per Ezech Ventus turbinis, ideſt iræ,& turbationis veniebat ab Aquilone, ideſt Herode,& nubes magna ab ipſa multitudine, & ignis inuoluens inuidiæ: quantum ad vtrumque, & ſplendor in circuitu eius. Item ſecuta eſt Regum,& gentium Guerra,& interfectio. Nōne enim Herodes ſtatim orta Stella mittens occidit omnes pueros a bimatu,& infra? Matt. 2 Nonne poſtea durante conſtellatione miſit Herodes manus vt affligeret quoſdam

de

de Eccleſia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis appoſuit vt appræhenderet, & Petrum. Actuum 12. Ex ex conſtellatione iuſtius ſtellæ ſecuta eſt Guerra, & Mors inflicta Sanctis, & martyribus ac regibus, & gentibus in Eccleſia primitiua: de qua loquebatur. Pſalmus. Quare fremuerunt gentes, & Populi meditati ſunt inania. Pſal.2 Aſtiterunt Reges Terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſum Dñm, & aduerſum Chriſtum eius. Hęc fuit viſio. Ezech. 1. Hæc erat viſio ſplendor ignis, ideſt ipſius perſonæ Chriſti ignitæ, & inflammatę per miracula ſplendentis, & de igne: ideo propter opera Chriſti, & ſuorum, fulgur inuidiæ: perſecutionis, & mortis: contra Chriſtum, & ſuos egrediens: ergo hæc eſt ſtella cuius ſplendorem in Regibus, & gẽtibus ſunt ſecuta prædicta tria: propter quæ dixit. Eſa. poſt illud. Egrediatur vt ſplendor iuſtus eius. Subiungens. Videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti Reges inclytum tuum. Ideo vocat ſe ſtellã Cometam, & ſplendidam. Apoc. vlt. Ego ſum genus, & radix Dauid ſtella ſplendida, & matutina. Genus, & radix Dauid quantum ad vaporem Terreſtrem Humanæ Naturæ. Stella ſplendida, & matutina quantum ad Planetam Cœleſtem Diuinę naturæ: de quo Abacuc 3. Deus ab Auſtro veniet: quãtum ad Humanitatem, & ſanctus de monte: quantum ad Diuinitatem, operuit Cœlos gloria eius: quę eſt in patre, & laudis eius plena eſt terra: quę exiſtit in matre. Splendor eius quaſi lux erit: quo ad vtrumque.

Quantum ad ſecundum. Nota quòd Scriptura Sacra vocat incarnationem verbi deſponſationem. Et eſt ratio. Quandoque magnus Rex ex ſola complacentia, & miſericordia deſponſat ſibi aliquam pulchram iuuenculam, & vnit ſibi perpetuo vinculo matrimoniali: quamuis ſit pauper, & ignobilis, ita fecit Deus Dominus magnus ſuper omnes Deos In pſalm. Sua ſola complacentia miſericordia motus vnam pulchram iuuenculam licet pauperem, & ignobilem, ſcilicet Naturam Humanam in filio Diuinę Naturę vniuit, & matrimonialiter coniunxit ſempiterno vinculo in thalamo vteri virginalis; dicente pſalm. De eius natiuitate. Tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Pſal.18 Hoc promiſit Deus pater faciendum in filio. Oſeæ 2. Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus. Eſt autem ſciendum, quod ſic factum eſt in iſta deſponſatione ſicut aliquando fit iu alijs. Conſueuerunt autem dari iocalia: per parentes ſpiritualiter per patrem vel ſponſum puellæ deſponſatæ, & ſpiritualiter annuli pręcioſi. Ita fecit Deus pater deſponſans ſibi totum Humanum genus, & quamlibet Animam fidelem: dedit enim pręcioſiſſimum annulum ſemper ab Hominibus ſeruandum tria continẽtem: ſcilicet lapidem totum ambientem, & continentem. Adamantem quo ad Diuinitatem: ferrum quo ad Humanitatẽm; aureum circulum quo ad Charitatem. Per adamantem enim Diuinitas intelligitur: quia eſt lapis paruus lucidus: tamen fortiſſimus, quia infrangibilis. Ita Dei filius eſt quo ad Diuinitatem paruiſſimus in incarnatione. Quia cum in forma Dei eſſet exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus. Ad Philipp. 2. Fuit etiam lucidus ſuis prędicatione, & miraculis totum mundum illuminans. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. Fuit etiam fortiſſimus ad ſuſtentandum labores, & bella mundi, & Diaboli. Vnde ipſe Dominus fortis, & potens in pręlio. Per ferrum autem Humanitatem intelligo, quia ſicut adamas intra ferrum vult ſtare ſicut in loco proprio, & illo incaſtratur; iterum ibi maxime ſuam virtutem, & ſuam bonitatem oſtendit. Ita Dei filius voluit ſtare, & incaſtrari in noſtra humanitate. Fuitque incaſtratus quando fuit incarnatus: quando Verbum caro factum eſt. Ioan. 1. In hac carne aſſumpta ipſe maximam ſuam virtutem miſericordię oſtendit: quando in ea operatus eſt ſalutem in medio terrę. In pſalm.

Tamen

Tamen oſtendit ſuum valorem ſuam bonitatem quando pro nobis eſt paſſus, & permiſit ferrum poni in fornace paſſionis, malleari, verberari, clauari, lanceari. Et ſicut ferrum poſitum in fornace eſt ductibile. Ita Chriſtus in paſſione ad obedientiam ad patrem fuit ductibilis. Non mea voluntas ſed tua fiat. Lucæ 22. Ad Philipp. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.

Per aureum circulum totum continentem, & ambientem, & etiam digitum geſtantem intelligo charitatem; quia circulus aureus continet, & connectit ferrum adamantem, & digitum. Ita Charitas Dei in Chriſto connectit Diuitatatem, & Humanitatem, & quemlibet Hominem. Ephe. 2. Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam Charitatem qua dilexit nos conuiuificauit nos in Chriſto. Deus ergo Charitas eſt, & qui manet in Charitate in Deo manet, & Deus in eo. Ioann. 4. Iſtum ergo annulum dedit Deus Humano generi in deſponſatione, in incarnatione, cuius præceſſit figura. Gen. 41. Quando Pharao dedit ſuum annulum Ioſeph: vbi dicitur. Tulit itaque annulum de manu ſua, & dedit in manu eius quantum ad Diuinitatem: veſtiuit eum veſte biſſina quantum ad Humanitatem, & collo torquem auream circumdedit quantum ad Charitatem: quia igitur Annulus hęc tria continebat: ideo tria poſuit Pſalm. de eo. Domini quantum ad Humanitatem Dei: quantum ad Diuinitatem: noſtri: quantum ad Charitatem. De hoc alibi idem pſal. Ipſe Dominus Deus noſter in vniuerſa terra iudicia eius. Iſtum autem Annulum dedit nobis Dominus ad portandum in digito, ideſt per fidem, & Charitatem gerẽdum, & cognoſcendum in animo, & valet ad infinita, & ad omne malum repellendum, & ad omne bonum proſequendum. Dic de virtute Chriſti quanta eſt contra *Pſal. 21* Dœmones contra morbos contra aduerſa: quantum valet ad dandum ſanitatem mẽtis, & ſalutem Animæ: dic miracula quæ volueris. Eſt autem notandum quòd virtus Annuli cuiuslibet eſt maior quando portatur in manu, & ponitur in digito annulari: cum in illo digito ſit quædam vena quæ vadit ad cor, & tunc Homo cognoſcit ſenſibiliter virtutem annuli in ſeipſo. Ad hoc videtur eſſe illud. Iſodo 4. Libro de officijs. Cap. 16. & recitatur in decretis. 30. quæſtione 6. Quod imprimis Annulus Sponſæ a Sponſo datur nimirum vel propter mutuæ dilectionis ſignum, vel propter illud magis: vt eodem pignore eorum corda iungatur. Vnde, & quarto digito Annulus inſeritur, ideo vt ibi ſit vena quædam per quam ſanguis vſque ad cor perueniat.

Ita quod Dei filio quamuis vbique geſtatus ſit virtuoſus vel in corde per deuotionem: vel alibi: tamen potiſſima eius virtus cognoſcitur quando geſtatur in manu per bonam operationem, & ſpiritualiter in digito vbi eſt vena cordialis, ideſt in opere ſancto propter Dei dilectionem. Tunc enim oſtendit ſenſibiliter ſuam virtutem: quia repellit omne malum, & adducit æternam ſalutem. Habet enim iſte Anlus in manu operationis, & digito dilectionis geſtatus ſpecialem virtutem ad curſdum peccatum, & damnationem fugiendam: ad inducendum meritum, & ſalutem æternam. In cuius figuram pater filij prodigi. Lucæ 15. Ad curam peccati pro ſanitate gratiæ in filio inducenda præcepit dicens. Cito proferte ſtolam primam, & date Annulum in manu eius: quia enim non ſolum iſte Annulus Chriſtus debet teneri in marſupio, ideſt in animo; ſed in manu, & digito, ideſt in operatione, & charitati uo facto; ideo dicitur non ſolum date Annulum: ſed additur in manu eius: tũc enim ſpiritualiter ſentit Homo virtutem eius, & ipſam cognoſcit in cura infirmitatis. Hoc bene habetur. Ioan. 20. in figura. Thomas enim erat infirmus, & vulneratus peccato incredulitatis: quia igitur Diſcipuli aliquando iſtum Annulum viderant voluerunt ipſum curare per eum, dicentes.

Vidimus

Vidimus Dominum. Sed ipſe reſpondit quod non per annulum in marſupio: per verbum eorum in animo: ſed ſolum per annulum in manu, & digito poterat ab incredulitate curari. Vnde dixit. Niſi videro in manibus eius fixurã clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius non credam, ideſt non curabor. Tunc iterato venit Ieſus, & voluit ſuam virtutem Thomæ oſtendere, & eum ab infirmitate incredulitatis curare: dixit quod poneret annulum in manu, & in digito. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis. Quod cum feciſſet ſtatim curatus fuit, & virtutem annuli, & quicquid in annulo erat perfecte cognouit.

Vnde clamauit, & recognouit ferrum malleatum Humanitatis: adamantem incaſtratum Diuinitatis; circulum aureum Charitatis dicens. Dominus meus, & Deus meus. Ecce Humanitas, Diuinitas, dilectio, & Charitas Iſte eſt ergo quem pſal. Deſcribit dicens quantum ad omnia illa tria a nobis eſſe diligendum: quia inquit. Ipſe eſt Dominus Deus noſter: nos autem populus eius.

Quantum ad tertium. Nota quod a ſplendore Solis in ſuperiori regione generãtur duo modi impreſſionum: quia generat Sol ſuo radio, & ſplendore rorem fœcundantem, & terram infundentem ad germinationem; ignem etiam fulgurantem terrena comburentem ad exterminationem. Ita facit Deus pater Sol, & ſplendor eius filius: quia aperte ſuperiori nobis immittunt primo rorem Cœleſtis gratiæ iuſtos fœcundantem ad bonam operationem. Vnde dicitur Gen. 27. In rore Cœli deſuper & in pinguedine terrę erit benedictio tua; quam Eſaias petebat 45. Rorate Cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Secundo ignem Diuinæ Iuſtitiæ, & ſententiæ iniuſtos, & reprobos fulgurantem, & inflammãtem ad eorum damnationem. Pſal Pluet ſuper peccatores laqueos ignis ſulphur, & Spiritus procellarum pars Calicis eorum. Et iterum. Poſuit pluuias eorum grandinum ignem comburentem in terra eorum. Hanc duplicem impreſſionem a Sole iuſtitiæ roris, & ignis immiſſam ſuper bonos, & malos iuſtos, & iuſtos deſcripſit Saluator cum dixit. Matth. 5. Sitis filii patris veſtri qui in Cœlis eſt qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & ſuper iuſtos, & iniuſtos. Sed aliam dat pluuiam bonis, & iuſtis: quia gratiam ad conſolandum, reficiendum, & confortandum: qđ fuit figuratum in pluuia mannæ, & carnium in deſerto. Quod pſal. recitat dicens. Pluit illis manna ad manducandum, & panem Cœli dedit eis. Sequitur. Induxit ſuper eos ſicut puluerem carnes. Aliam autem pluuiam malis, & iniuſtis: quia gehennam ad damnandum, comburendum, & inflammandum: quod fuit figuratum: in pluuia ſuper Sodomam. Gen. 19. vbi dicitur. Egreſſus eſt Sol, & pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem a Domino de Cœlo, & ſubuertit Ciuitates. Hoc idẽ Deus comminatur hodie cuilibet peccatori. Ezech. 38. Iudicabo eum peſte, & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immenſis: ignem, & ſulphur pluam ſuper eum. Quia igitur omnes ſumus peccatores oremus vt ignem, & pluuiam ignis Sol iuſtitiæ a nobis remoueat; rorem autem ſuæ benedictionis immittat, & cum pſalm. dicamus. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Quod nobis concedat, &c.

SERMO

Digitized by Google

SERMO LXV.

PRO QVOLIBET SANCTO, vel Sancta.

Pſal.90 ALtiſſimum poſuiſti refugium tuum. Locus altus differt ab imo; quia locus altus eſt locus ſecuritatis, & refugii, quia ibi non feriunt iacula ibi non capiunt retiacula ibi non veniunt hoſtilia: ſed locus imus, & baſſus eſt locus dubietatis,& periculi, & ideo prudentium eſt ſe, & ſuum theſaurum,vel rem ſibi dilectam in alto ſeu in tuto loco,& ſecuro ponere: vbi non poſſet quilibet manum apponere,& aliquid rapere. Videmus in operibus naturę quod aues ſagaces non ponunt pullos ſuos in nido prope terram, & in imo vbi quilibet poſſet pullum capere:ſed in loco alto difficili ſecuro, & arduo vbi nullus poſſit attingere.Sic videmus in Aquila,paſſere,& turture. Nam nidum ſuum ponit Aquila in alta rupe:paſſer in alta æde:turtur in alta arbore. Ita dicit Iob de Aquila. Quia enim Aquila timet pullis ſuis de ſerpente qui inſidiatur pullis vt eos deuoret non nidificat in baſſo,ſed in altiſſimis rupibus ponit nidum, & pullos vbi habent pulli refugium contra ſerpentem: immo contra omne periculum, quia ille non ſolum non timet ſerpentem: immo nec venantem nec ſagittantem. Iob. 39. Eleuabitur Aquila, & in altis ponet nidum ſuum: in petris manet in pręruptis ſilicibus commoratur atque inacceſſit rupibus. De paſſere,& turture dicit pſalmus. Pſal.83 Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum; vbi reponat pullos ſuos: ergo locus altus eſt locus ſecuritatis,& tutelę:baſſus autem eſt locus periculi: locus damni: ideo legimus in ſcripturis quod in locis altis exiſtentes, & venientes ad loca baſſa male habuerunt Sicut Iudith. 1. Capit. vbi legimus, quod Arfaxat ad ſui tuitionem ędificauit Ciuitatem potentiſſimam,& muros terraſque poſuit in magna altitudine quin immo poſuit portas eius in altitudine turrium: ideo quandiu ſtetit in illa Ciuitate alte ędificata ſecurus fuit.Sed veniente Nabuchodonoſor Rege aſſyriorum deſcendit in campum,& ibi captus fuit,& interfectus: ergo locus altus eſt locus ſecuritatis,& refugii;locus baſſus eſt locus dubietatis, & periculi.

Ad propoſitum:nihil eſt ita altum ita eleuatum ſicut Chriſtus Dominus noſter: Pſal.112 nihil magis baſſum,& humile quam terra. In pſal. Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat,& humilia reſpicit in Cœlo, & in terra. Immo loquitur ipſe pſalm. Tu ſolus altiſſimus in ęternum Domine. Nemo autem habet rem chariorem quam Animam ſuam, ideo Homo prudens non ponit Animam ſuam in terra proprie diuitias propę terrena circa quę quilibet ponit manum, & mundus, & caro,& ſerpens Diabolus faciliter mordet Animam vel in delitijs, nunc viſu nunc tactu nunc actu nunc auditu, &c. Vel in diuitijs male acquirendo vel retinendo vel male expendendo,&c. Quia omnibus iſtis modis Diabolus mordet animam circa terram,& terrena poſitam.

Sed velut Aquila paſſer,& turtur in altum eleuatur,& ponit animam ſuam in petra:in Chriſti foraminibus ad quæ foramina numquam poteſt aſcendere ſerpens id eſt Diabolus. Et quamdiu Homo fide ſpe,deuotione,contemplatione, dilectione tenet ſe in illo alto lapide immo in illa Trinitatis alta Ciuitate, Animam ſuam, non oportet eum timere Nabuchodonoſor Diabolum, tandiu tales ſunt tuti, & ſecuri:non ibi timent laqueum venantis immunditię:factum exaſperantis pœnitentię:

Digitized by Google

tiæ:ſagittam tentantis auaritiæ:ignem inflammantis inuidiæ.Dœmonium inflammantis ſuperbiæ.Vnde pſalmiſta. Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione Dei Cœli commorabitur.Dicet Domino ſuſceptor meus es tu,& refugium meum.Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium,& a verbo aſpero.Scuto circumdabit te veritas eius:non timebis a timore nocturno.A ſagitta volante in die: a negotio perambulante in tenebris:ab incurſu,& Dœmonio meridiano. Ideo Iob. 17. Libera me Domine, & pone me iuxta te,& cuiuſuis manus pugnet contra me. Tales ſic in alto in Deo ponentes animam ſuam ſunt ſalui, & ſecuri: ſed qui ab iſto alto fortalitio ab iſta potentiſſima Ciuitate ſicut Arfaxat in campum terrenorum iuxta fluuium delectationum deſcendunt,& vincuntur,& capiuntur a Nabuchodonoſor,ideſt Diabolo,& ducuntur in Babylonem inferni in terram Aſſyriorum damnati:hic ſanctus vel hæc ſancta videns terrenorum pericula,& ſecuritatem diuinorum:relictis terrenis theſaurum ſuum animam ſuam in Deo poſuit, & ſic fecit. Ideo eius vitam pſalmus.Conſpiciens;ſic eum alloquitur.Altiſſimum.Vbi deſcribit iſtius loci. *Pſal.90*

Sublimitatem
Securitatem } Altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Vtilitatem

} Eſt quippe locus ille Sanctorum ſecundum iſta.

Subtilitatis timoroſæ
Securitatis amoroſæ } Altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Vtilitatis fructuoſæ

Ergo non formidemus aduerſa mundi carnis vel Diaboli quia ſcilicet habent in Domino.

Sublimitatem { timoroſæ celſitudinis }
Securitatem { amoroſæ fortitudinis } altiſſimum poſuiſti refugium tuũ.
Vtilitatem { fructuoſæ dulcedinis }

1 Sciendum quod aper libenter intrat vineas, & diſſipat vites racemos deuorat, & contra ſe eijcientem iraſcitur, & indignatur, & ſunt in periculo eum perſequentes niſi dupliciter ſe defendant. Primo: quia eum lancea ferientes eum vulnerant. Secundo quia eius furorem, & dentem fugientes aſcendunt ſuper altã arborẽ & illuc aper non poteſt aſcendere,& ſic ſunt in tuto,& liberantur. Vinea Domini eſt eccleſiæ ad deſtruendas vites,ideſt fideles homines,& ſanctos,& deuorandos racemos bonorum operum:intantum vt pſal. Deo de ſua vinea conqueritur. Vineam inquit de Aegypto trãſtuliſti:plantaſti radices eius,& impleuit terram: exterminauit eam aper de ſilua,& ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Sancti autem viri vt Doctores paſtores,prædicatores,& omnes boni clamant vel prædicatione, vel confeſſione contra aprum,ideſt contra Diabolum. Et quia Diabolo multum diſplicet: nititur ſanctos in Eccleſia multipliciter moleſtari,& impedit hominem diuerſis malis,& cogitationibus,& tentationibus,& ideo tunc eſt aliud remedium. Tunc nititur lanceam paſſionis ipſi opponere, & eum percutere, quia illo ictu terribiliter verberatur,& ne furor eius hominem lædere faciat vel valeat: debet etiã in altiſſimam arborem in arborem ſanctæ crucis aſcendere: quia illa eſt arbor alta de qua cantamus. Flecte ramos arbor alta in hymno, & etiam poteſt in alto pœnitentiæ contra Diabolum ſtare ſecurus:quia illam altitudinem Diabolus nunquam aſcendere poteſt.

Digitized by Google

Crux ergo pœnitentiæ eſt illa arbor altiſſima totius refugij ad quam fugiunt ſancti: de qua Dan. 4. Dicitur in figura Ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia, & magna arbor, & fortis, & proceritas eius attingens Cœlum: folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius. Subtus eam habitabant animalia, & beſtiæ, ideſt Diaboli parati Homines laniare. Et in ramis illius conuerſabantur volucres Cœli, ideſt ſancti, & Cœleſtes viri. Sic nota: fecit iſte ſanctus vel ſancta Apoſtolica. Sed nota: dixi diuidendo, quòd hæc ſublimitas eſt timoroſæ celſitudinis. Ratio eſt: quia quanto aliquis eſt in altiori loco arboris tanto eſt in maiori periculo ſi cadat: quia ſe totum deſtruit, & collidit. Ideo dicitur Auguſt. Quod quanto aliquis eſt in loco ſuperiori tanto in periculo maiori verſatur. Ita eſt de viris perfectis exiſtentibus in alto pœnitentiæ: quanto enim ſunt in altiori ſtatu perfectionis tanto turpius, & amplius offenduntur, amplius colliduntur, & deſtruuntur ſi cadant. Et ideo vnus religioſus turpius cadit peccans, & amplius offendit quam vnus ſæcularis. Sic turpius cecidit Lucifer de ordine Angelorum qui dixit Eſa. 14. Similis ero altiſſimo. Sic turpius deſperatione cecidit Iudas ſuſpendens ſe laqueo. Ideo quicumque hanc altitudinem aſcendit timeat, & ſi ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Quia talis iuxta illud. Luc. 1.

Vocabitur altiſſimi filius Ita fecit ſanctus iſte. Applica. Ergo cum aper, ideſt diabolus ſemper circumueat quærens quem deuoret: nullus tardet arborem pœnitẽtiæ aſcendere altitudinem ſanctitatis, quia verè finaliter Deus peccatorem nolentẽ ad ſe venire dabit ad manus apri. Dicitur enim. Eccl. 12. Non eſt ei bene qui aſſiduus eſt in male, & eleemoſynas non danti quoniam altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus. Hanc arborem quantumcumque clauoſam, & ſpinoſam eius Corpus eius pedes eius manus, eius latus; verberantem, & cruentantem Chriſtus pro nobis peccatoribus ab apro liberandis primus aſcendit, & inde tunc, & modo de Cœlo ad peccatores clamat vt, & ipſi aſcendant. Alioquin male erit eis aſcendentibus autem bene. Vnde de eo, & eum ſequentibus dicit ei Pſalſti. Aſcendi in altum. Cępiſti captiuitatem: ſed de peccatoribus alibi. Intonuit dè Cęlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam ad terrendum, ſcilicet peccatores. Sed contra aſcendere nolentes ab ipſo eis mittuntur grando, & carbones ignis, & miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos, & ſi non ſtatim tamen caue, quia ſi differtur nõ aufertur. Dicitur enim Eccl. 5. Ne dixeris peccaui, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propiciatore peccatorum noli eſſe ſine metu.

Pſal. 67 (margin)

Quantum ad ſecundum, nota. Quod prouerbio dicitur. In rotundo lapide non debet homo confidere. Ratio eſt. Quia tranſeuntibus fluuium per pontem firmum contigit, aliter, & tranſeuntibus per lapidem, & calculum rotundum quia tranſeuntes fluuium per lapides rotundos: per calculos rotundos. Qui non multum eleuantur ſupra aquam non poſſunt firmiter, & ſtabiliter ponere pedem: quia tales petrę non habent ſtabilitatem, & firmitatem eo quod rotundæ ſunt voluuntur, & cõmouent pedes tranſeuntis, & Homo cadit in fluuium, & aliqnando ſubmergitur vel totus aqua immadidatur. Sed tranſiens per pontem firmum ponit pedem in ſecuro ſtabiliter, & non mobiliter, & ideo tales lętantur, & ſine caſu fluuium tranſeunt nõ moriuntur: ſed viuunt tranſeundo de ripa ad ripam. Spiritualiter omnes ſumus in ripa huius mundi, & velimus aut nolimus oportet nos tranſire ad ripam alterius ſæculi. Verum eſt quod in medio eſt fluuius mundanæ voluptatis, & vanitatis per quem nos oportet tranſire. Ad tranſeundum autem iſtum fluuium habemus, lapides volubiles, & rotundos, ſcilicet diuitias, & delitias, parentes: amicos, & honores. Et iſti

ſunt

Digitized by Google

ſunt volubiles,quia ſi homo hodie eſt diues vertitur fortuna,& cras eſt pauper. Si hodie lætus,& ſanus:cras triſtis,& infirmus. Si hodie habet amicos,cras inimicos, &c. Habemus etiam pontem firmum ipſum,ſcilicet Chriſtum. Heb. 9. Chriſtus aſſiſtens pontifex,ideſt de ſe pontem faciens. Hic pons eſt mirabilis habens ſolum tres lapides,ſcilicet Animam,Corpus,& Diuinitatem. Hi lapides fuerunt coniuncti in diſſolubili cemento,& bitumine charitatis,& attingit iſte pons vno lapide ripā huius mundi,ſcilicet humanitatem. Et alio lapide ripam alterius ſæculi,ſcilicet Diuinitatem. Aliqui ergo tranſeuntes fluuium humanæ vanitatis dimittunt pontem firmum, & inuolubilem Chriſtum, & ponunt pedem ſuum, affectionem fiduciam, & amorem ſpem, & dilectionem: immo totam vitam ſuam ſuper lapidem rotundum volubilem,mobilem,& labilem,ſcilicet ſuper diuitias,ſuper delitias ſuper parētes & ſuper amicos,ſuper temporalia labilia,& volubilia, & cum credunt pedem firmiter poſuiſſe firmiter tranſire iſta voluuntur,iſta mutantur proſperitates in aduerſitatem,diuitiæ,in paupertatem,delitiæ,& ſanitas in infirmitatem,& triſtitias. Amici ſunt inimici, & hæc tota die contingunt, & ſi iſta durant aliquo tempore tamen omnia finaliter deficiunt in morte,& tunc iſtis deficientibus homo cadit in infernū & ſubmergitur in profundum. Eccl. 1. Attende in illis ne forte cadas, & ponas ſcandalum animæ tuæ,& adducas tibi confuſionem. vere confidentia patentum quando homo in amicis ſuis ponit fiduciam ſuam propter eos Deum dimittens non ſolū inducit confuſionem immo maledictionem. Hier. 17. Maledictus homo qui confidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum,& a Domino recedit cor eius. Ponētes etiam ſedem in petra rotunda,& volubili diuitiarum, & delitiarum cadent in rotā ignis,& pęnarum. pſalm. Qui dixerunt hęreditate poſſideamus ſanctuarium Dei. *Pſal. 82* Deus meus pone illos vt rotam,& ſicut ſtipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit ſiluam, & ſicut flamma comburens montes: ita perſequeris illos &c. Ideo dicitur. Attende in illis ne forte cadas. Nota ſæpe contingit talibus ſic fidutiam in mundanis ponentibus,ſicut cuidam fratri prædicatori noſtro. Semel in hyeme fuerunt vocati minores, & prædicatores in montibus terræ meæ ad cuiuſdam magni ſepulturam. Cumque veniſſent ad vnum fluuium quaſi congelatum, & multum frigidum, & oporteret tranſuadare omnibus ſe diſcalciantibus, & ſuccingentibus ad tranſuadandum vnus prędicator valde frigore tremulus: aquam plurimum formidabat,& ſeipſum fricabat neſciens quomodo ſe exponeret propter frigus: tunc hoc videns quidam frater minor præcinctus,& gremijs eleuatus dixit. Frater petre non diſcalceatis vos; ſed ponite vos in dorſo meo, & ego portabo vos. Prædicator hoc audiens gaudens ſuſcepit. Cumque frater minor cum Prædicatore ad collum aquā intraſſet,ſtatim dixit prædicatori. O frater Petre quantum ponderatis. Cūque plus aliquantulum aquam intraſſet murmurauit dicens. O frater petre vos nimis ponderatis. Cum autem fuit in medio aquæ in maiori gurgite dixit. O frater,petre certe vos tantum ponderatis,quod ego nullo modo poſſum vos amplius portare. Tunc prędicator rogabat. O fratrer Kme,rogo te quod me non dimittas. Tandem ille inquit non eritis plus in collo meo,& tunc indutum, & calciatum proiecit in aquam. Ita faciunt amici mundani, in principio enim promittunt mirabilia: ſed quando aliquantulum portauerunt onus vel laborum vel expenſorum ſtatim dicunt in corde ſuo. O quantum ponderat iſte, quantum te onerat, quantum te occupat, quanti tibi conſtat. Cum autem paulo poſt plus onus portauerunt: ſtatim murmurant,& dicunt, Iſte nimis ponderat,nimis eſt ponderoſus vel oneroſus,nimis mihi conſtat tātum,& tantum expendi. Cum autem aliquandiu portauerunt hominem, & iuuerunt vſque ad medium negocij quando eſt in maiori gurgite in maiori neceſſitatę,

Digitized by Google

in maiori aduerſitate, paupertate, infirmitate: tunc dicunt. Non poſſumus plus portare, & non obſtantibus precibus pauperis hominem proijciunt, & in fluuium cadere permittunt vbi aliquando propter defectum auxilij moritur. Idem faciunt delitiæ, & diuitiæ ideo dictum eſt. Attende in illis ne forte cadas. Certe bene hoc attendendum eſt. Quia vt dicit pſalm. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt nec potuerunt ſtare. Alij autem ſunt qui viſo periculo iſtorum paſſuum mobilium, & labilium nolunt illic pedem ponere ſed in põte firmo, ſcilicet in Chriſto, in eo fiduciam, ſpem, dilectionem, affectionem, & bonam operationem ponentes ſtabilius pedem figunt non extra pontem. Et iſti qui ponunt pedem ſuper iſtum pontem ſunt ſancti qui vadunt de virtute in virtutem donec videatur Deus deorũ in Syon. In pſal. Iſti non ſubmerguntur in fluuio ſed tranſeunt vſque ad Cœlum cũ gaudio, ſemper tenentes pedem in Chriſto ponte firmo. Et per iſtum pontem tranſiuerat, & non aliter omnes Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, Virgineſque, & verbaliter omnes ſancti. Vnde dicebat pſal. In flumine pertranſibunt pede: ibi lætabimur in ipſo: ſequitur. Qui poſuit animam ſuam ad vitam, & non dedit in commotionẽ pedes meos. Ergo, & vos iuxta pſalm. Ponite corda veſtra in virtute eius. Ita fecit iſte ſanctus: dic de ſancto vel ſancta ſicut ei conuenit, &c. Ideo dicebat cum pſ. Quia ecce qui elongant ſe a te peribunt. Sequitur mihi autem adhærere Deo bonum eſt ponere in Domino Deo ſpem meam.

Pſal. 35 (margin, beside "tendendum eſt")

Pſal. 65 (margin, beside "ter omnes ſancti")

Quantum ad tertium. Nota, quod Scriptura Sacra vocat Deum Chriſtum refugium noſtrum. Cœteris enim deficientibus, Deus nunquam repellit ſed benigne recipit quemcumque ad ſe venientem: etiam peccatores. Vnde dicebat Pſal. Domine Deus refugium factus eſt nobis. Ipſe enim exhibet ſe hominibus refugium, ſicut homines conſueuerunt ad tria velut refugium habere recurſum. Habet enim refugiũ Diſcipulus ad magiſtrum pro eruditione: perſecutus ad domum pro defenſatione: tribulatus ad amicum pro conſolatione. Ita iſtis tribus modis habemus Chriſtum refugium: quia ipſe eſt ſuper omnes alios ſingularis. Magiſter eruditionem largiens veritatis: domus defenſionem largiens impugnatis. Amicus deſolatis conſolationem largiens. Dico ergo quod ipſe eſt noſtrum refugium pro eruditione, quia ipſe eſt magiſter eruditionem largiens veritatis. Ipſe quidem viam ad Cœlum docuit verbo per prædicationem, & digito per operationẽ. Sicut bonus magiſter oſtendit digito litteram difficilem Diſcipulo. Vnde magiſter citius erudit Diſcipulum quando digito oſtendit litteram, & ſenſum. Ita fecit Chriſtus. Vnde dictum eſt ei illud. Matth. 2. Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Ergo nõ poſſumus nos per ignorantiam excuſare. Quia pſalm. dixit. Deus docuiſti me a iuuentute mea, & vſque nunc. Ergo erraſti a via paradiſi per peccatum auaritiæ, immunditiæ, iræ, inuidiæ, &c. Recurre ad refugium. Dic cum Pſalm. Notam fac mihi viam in qua ambulem, doce me quia ad te confugi, quia Deus meus es tu. Et ſpiritus tuus bonus deducet me tunc in terram rectam. Secundo eſt noſtrum refugium pro defenſatione, quia ipſe eſt domus defenſationem tribuens impugnatis. Vbi notandum, quod debemus ad Chriſtum ſicut ad domum refugii venire exemplo rerũ naturaliũ quæ pro refugio ad ſuam habitationem ad ſuam domum fugiunt, & recurrunt. Videmus enim quod venit velut ad domum refugij: primo Herodius ad arborem: Herodius ſecundũ aliquos Doctores idem eſt vt girfalco. Cuius eſt iſta cõditio: quod ei venanti, & volanti Aquila aduerſatur. Sed Herodius facit nidum in arbore excella ramoſa, & ſpumoſa, vbi ſtat tuta, & Aquila non poteſt intrare. Quãdo enim volat, & timet Aquila hac vtitur arte quia ſemper reſpicit nidum ſuum: velut domum refugij. Et ſi aliter Aquila ſe impugnantem refugere non poteſt euadit fugiendo ad nidum ſuum, & contra Aquila ſic ſaluatur.

Pſal. 142 (margin, beside "munditiæ, iræ")

Sic

Sic etiam debet homo facere:debet enim in Arbore alta ramoſa, & ſpinoſa,ſcili cet in Cruce, vel in Chriſto Crucifixo nidum ſuum habitationem domum ſuam ponem,& dum venatur acquirit mundanas diuitias,& honores &cætera. Semper debet ad nidum reſpicere Chriſtum in Cruce,pauperem,& nudum intueri.Et ideo vt non male acquirat non nimis diligat,non nimis cuſtodiat,& quia Diabolus hominem etiam per altitudinem bonæ vitæ:volantem perſequitur. Si aliter eius har pas euadere non poteſt volat ad nidum ad Crucem pœnitentiæ,ad ſtatum religionis cum Chriſto nudo; paupertatem, & nuditatem tenens, & abſque dubio Chriſtus erit ipſi contra Aquilam Diabolum in refugium, & in illa domo ſaluabitur. Ita petebat pſalmus.

Eſto mihi in Deum protectorem,& in domum refugij vt ſaluum me facias. Secundo venit velut ad domum refugij Ceruus ad montem. Cum enim Ceruus a venatoribus,& canibus fuerit perſecutus:calore etiam curſus,& labore fuerit fatigatus montes excelſos aſcendit, vt in refugium, & ibi a canibus, & venatoribus protegitur,& a calore refrigeratur. Ceruus habens duo cornua eſt quilibet homo habens affectum,& intellectum venatores Diaboli.Canes detractores homines,& per ſecutores mali:montes Chriſtus,& alij ſancti. Quum igitur homo eſt multipliciter fatigatus,perſecutus,impugnatus multis tribulationibus,verbis detractorijs, &cętera. Facturis oppreſſionibus a Mundo Carne, & Diabolo debet montes excelſos Chriſtum, & alios ſanctos tribulatos conſpicere, & eorum exemplo in patientia aduerſitates ſingulas ſuſtinere,& tunc Homo inuenit ibi auxilium refugium,& refrigerium. Ita expertus fuerat pſalm. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.Hier.16. *Pſal.30*

Domine fortitudo mea,& robur meum,& refugium meum in die tribulationis. Et pſalm. Deus refugium meum,& virtus adiutor in tribulationibus,quæ inuenerunt nos nimis.Tertio refugit velut ad domum refugij eritius ad lapidem. Scribitur per Ariſtotelem, quod eritius vel erinatius quod idem eſt ſecundum aliquos ventos nociuos ſeptentrionales vel meridionales præſentit, & præcognoſcit. Et tũc fugit ad cauernas in petram'. Vnde narratur quidam in Conſtantinopoli eritium vel erinatium in domo ſua habuiſſe per quẽ cognouit ventos futuros ſecundum di uerſimode ad cauernas ad lapides, velut ad refugium contra ventos eritius fugiebat.Per eritium vel erinatium quemlibet fidelem intelligo qui debet eſſe ſpinatus, & hirſutus per patientiam,& in ſpinis portare fructum bonorum operum.Sicut,& eritius dicitur ſe pomis onerare,& vſque ad cauernam portare:ita debet facere quilibet fidelis debet ſe onerare fructibus bonorum operum, & debet portare vſque ad cauernam ſepulchri continuendo vſque ad mortem. Iſte debet præcognoſcere ventum Septentrionalem infrigidantis auaritiæ. Ventum Meridionalem inficientis,& ardentis luxuriæ.Et cum Diabolus ſtare iſtos ventos incipit per tentationem, ſtatim Homo præſentiens debet fugere ad petram id eſt ad Chriſtum, de qua petra.Primæ ad Corinth.10.Petra autem erat Chriſtus. In illa enim petra illius petrę foraminibus in eius vulneribus inuenit homo tentatus refugium contra ventum tentationis immunditiæ:auaritiæ:iræ:ſuperbiæ,&cætera.2.Reg.22. Dominus petra mea,& refugium meum,& ſaluator meus Deus meus. Sequitur,& refugium Ergo debemus ad Chriſtum vt ad domum refugij refugere, ſicut Herodius ad arborem,Ceruus ad excelſum montem,erinatius ad lapidem. Eſt enim ipſa arbor refugii,ſicut domus Herodijs,mons Ceruis.Petra erinatijs. Teſte pſal. Qui ad hoc propoſitum ita ſcripſit Herodij domus dux eſt eorum:montes excelſi ceruis, Petra refugium erinatijs.Tale refugium non eſt mundus. *Homo eritio aſſimilatur.*

Tertio dico: quod eſt noſtrum refugium pro conſolatione, quia ipſe eſt conſolationem largiens deſolatis: quamuis enim pater quandoque iraſcatur filio, & immittat verbera: tamen in neceſſitate puero deficere non poteſt, quia viſcera eius ſuper puerum commouentur. Chriſtus eſt pater omnium Chriſtianorum; & ipſi eius filij quamuis igitur ad correctionem aliquando immittat flagella, tamen in neceſſitate tribulationum inuocati deficere non pôt, quia eius viſcera commouentur ſup filios tribulatos. Ideo pſalm. Factus eſt Dominus refugium pauperum, adiutor in opportunitate in tribulatione. Tale refugium inuenit eſſe Chriſtum ſanctus iſte, Applica. Vnde dicit illud: Pſalm. Dominus firmamentum meum, & refugium meum liberator meus, & cornu ſalutis meæ.

Ad quam ſalutem, &c.

SERMO LXVI.

Pro quolibet ſancto.

Pſal. 91. IVſtus vt palma florebit. Prouerbium dicitur. Ad noſtrum propoſitum, & hoc eſt; flos natus in Ianuario non facit fructum qui ponatur in diſco vel panerio. Ad horum tamen intelligentiam ſciendum: quod ſcriptura comparat hominem arboribus. Mar 8. Video homines velut arbores. Ratio eſt, quia homines aſſimilātur arboribus in vita, & in morte. In vita quidem quia eadem eſt differentia inter homines, & arbores. In arboribus autem ſic videmus: quod quædam arbores habent florem differentem a fructu, & ad modicum de bono tempore quando eſt tempus a principio ſine frigore. Aliquando cito, & multum florent ſicut in Amigdalo in Ianuario, ſed poſtquam ſuperuenit frigus, & gelu, & flores ſic deſtruit, & fructus futuros tollit. Vnde de talibus diſci vel paneria non implentur fructibus. Aliæ arbores ſunt quæ non habent florem differentem a fructu. Vt de palma in qua flos, & fructus dulciſſimi, & nobiliſſimi. Et de talibus floribus implentur diſci fructibus. Sic ſpiritualiter in hominibus per fructus arboris intelligo ſancta propoſita mentis, per fructus bona opera, & ſancta in ſanctis. Aliqui ergo habent differentem florem a fructu. Et iſti ſunt qui aliquando ad modicum de bono tempore quando eis prædicatur vel quando habent perſecutionem: paupertatem, infirmitatem. Habent aliquid de deuotione, optime florent. Multos flores. Multa bona opera habent, proponunt abſtinere a peccatis, a turpitudine, ab auaritia, & cætera. Proponunt facere pœnitentiam, ieiunia re, religionem intrare, & cætera. Sed poſtquam ſuperuenit frigus tepeſcunt a bono propoſito: venit gelu tentationis infrigidatio dilectionis, ventus concupiſcentiæ: deſtruit florem non fructificant, nihil faciunt de conceptis: ſed totum perdunt. Et de talibus verum eſt dicere, quod de floribus Ianuarii non implentur caniſtri nec panerij. Iſti ſunt ſicut Amigdalus fatua de qua dicitur Eccl. vlt. Florebit Amigdalus, & impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis. Alij autem ſunt, qui non habent florem differentem a fructu bonum propoſitum a bono facto, & voluntatem ab opere, ſanctam affectionem a ſancta operatione. Et iſti ſunt ſicut Palma. Vnde quot habent ſancta propoſita tot habent ſancta opera. Et de iſtorum floribus implentur diſci, ideſt conſcientiæ dulciſſimis meritorum fructibus. Et tales ſunt ſancti viri, & iuſti qui de floribus ſanctorum propoſitorum pariunt fructus operum bonorum.

Digitized by Google

bonorum.Vnde de talibus.Cantico.7.Flores fructus parturiunt. Ideo hæc eſt cauſa quare homines comparantur arboribus quo ad vitam.

Comparantur etiam quo ad mortem, quoniam aliquę ſunt arbores floridę, & fructiferæ,& tales ortulanus diligit,& purgat,& impinguat,& de mala terra in meliorem tranſplantat. Aliæ ſunt quæ non florent nec fructum faciunt,& non faciunt in hortis niſi malum, quia ſua vmbra alijs nocent, & in alijs fructum impediunt. Quod videns Ortolanus poſt expectationem fructus non videns in eis niſi malum ponit ſecurim ad radicem, & auulſam proijcit ad comburendum in ignem vt ſpinam.Ita ſpiritualiter quidam ſunt floridi per honeſtam conuerſationem, fructiferi per bonam operationem,& tales arbores Deus diligit Charitate, purgat aduerſitate:impinguat gratiæ fœcunditate. De terra mala huius mundi tranſplantat ad terram bonam paradiſi. Iſti ſunt veri ſancti,& iuſti. Alij ſunt qui nec florent honeſta conuerſatione,nec fructificant ſancta operatione. Et quod peius eſt aliquos ſua malitia,ſua mala vmbra ſuis malis exemplis a bonis operibus impediunt,& aliquãdo ad malum ſua peruerſa ſocietate perducunt. Et poſtquam Deus ſatis expectauit,ponit ſecurim mortis ad radices corporis,& ſic ſpinas proijcit in infernum, cõburendos ignibus ſempiternis. Vnde pſalm. Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Hæc *Pſal.117* ſunt verba Chriſti. Matth 13.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur. Ergo huiuſmodi Homines velut arbores fructiferentes, & florentes vt palma, ſunt iuſti,& boni,& bene habent; floribus bonis, & fructibus deficientes vt ſpina ſunt mali,& iſti male habent, horum figura. Gen.40.

Pincerna,& Piſtor Pharaonis duæ arbores,vna mala,& altera bona: ambo viderunt ſomnium. Iuxta interpretationem congruam ſibi arbor bona ſicut pincerna vidit iuxta ſuam conditionem ſomnium Videbam inquit coram me vitem in qua erant 33. Propagines creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere potumque tradidi Pharaoni. Arbor mala iuxta ſuam conditionem non vidit florem neque fructum; ſed caniſtrum ſuper caput ſuum,& aues comedere omnia cibaria de caniſtro.

Quomodo ergo factum eſt de iſtis duabus arboribus? Vtique iuxta ſomnij interpretationem. Arbori bona florida,& fructifera. Scilicet pincerna de mala terra,ſcilicet de carcere fuit tranſplantatus ad terram bonam, ad Pharaonis menſam. Sed arbor mala ſine floribus, & fructibus, ſcilicet ipſe piſtor fuit ſucciſa, & per gulam ſuſpenſam,& auibus expoſita deuoranda. Ita ſpiritualirer ſancti floridi,& fructiferi de carcere huius mundi transferuntur ad menſam Dei. Sed mali ſine floribus,& fructibus habentes caniſtrum, ideſt conſcientiam plenam peccatis exponuntur patibulo inferni,& Diaboli deuorandi. Ideo quia ſancti ſunt pleni multis bonis meritis,& floribus,& tandem ſunt pleni præmijs,& fructibus. Dicit pſalmus. Iuſtus vt palma florebit. Talis arbor fuit iſte ſanctus. Dic de eo quod tibi videbitur. Ideo ipſi conuenit. Iuſtus vt palma florebit. Vbi commendatur de tribus.

Scilicet de ſumma { Altitudine. / Rectitudine. / Pulchritudine.

Vt palma iuſtus florebit. { Habuit quidem ſummam.

Altitudinem perfectionis
Rectitudinem operationis } Vt Palma Iuſtus florebit.
Pulchritudinem conuerſationis

Altitudine perfectionis eminebat ſublimius.

Rectitudine ſe gerebat vtilius.
Pulchritudine perfectionis reſplendebat fulgentius.

Vt palma iuſtus florebit. Certe iſte glorioſus ſanctus.

1 Intendebat in Deum
2 Proficiebat in proximum } quia } Vt palma Iuſtus florebit.
3 Perficiebat ſeipſum

Quantum ad primum, ſciendum, quòd virorum iuſtorum altitudo eminentia, & perfectio comparatur palmæ propter tria quæ habet palma naturalis, quæ ſuo modo ſunt in Sanctis viris iuſtis, & perfectis. Spiritualiter habet enim palma primo in ſtipite pro ceritatem celſitudinis. Hæc eſt enim natura palmæ, quod inferius verſus terram eſt gracilis, & ſubtilis, & radicem habens rotundam non ramificatam. Et non quærit terram pinguem nec terræ pinguedinem. Sed verſus Cœlum recte conſurgens in parte ſuperiori eſt valde late extenſa, & dilatata, & pulchritudine ramorum expanſa. Ita viri ſancti ſpiritualiter ad partem inferiorem verſus mundum verſus terram, verſus terrena ſunt valde ſtricti: & reſtricti, quia non curant de terra acquirenda, emenda terrenis poſſeſſionibus, diuitijs, mercationibus, domibus, agris, pratis, & vineis multiplicandis. Iterum curant corpus proprium delitijs, & voluptatibus cibis ſomnis, & ſolatijs impinguare ad ſe terræ pinguedinem attrahere, ſed recte verſus Cœlum tendentes recta intentione feruente deuotione non ſicte ſeu ſimulate: in parte ſuperiori in ſpiritualibus, & Cœleſtibus operibus dilatātur ramificantur Diuina mandata adimplendo, præſentiam faciendo, opera miſericordiæ exercendo, peccatam vitando &c. Mundana omnia ſpernendo, & calcando Celeſtibus in habitando, & omnia ſpiritualia amplectendo. Iſti habēt radicē ideſt voluntatem, amorem, & affectionem in terrenis breuem, & rotundam: quia nō curāt de mundoo niſi quantum ad vitam iſtam miſeram eſt neceſſe. Et habent ſummitatem recte ad Cœlum procerem verſus Deum operum multiplicatione dilatatam, & expanſam. Iſti non curant de voluptatibus carnalibus, de immunditijs, de ciborū delitioſitate indumentorum precioſitate. Iſti ſunt recte palme ſpirituales. Iō quolibet talis perſoaa pōt dicere illud. Eccl. 24. Quaſi palma exaltatus ſum. Talis fuit iſte ſanctus. Applica. Vnde ipſi competit illud. Cant. 7. Statura tua aſſimilata eſt palme. O vtinam hoc poſſet dici cuilibet noſtrum: ſed timeo quod ſit in hominibus ſicut in herbis, & arboribus. Sic autem video in plantis quod aliquæ arbores ſicut nuces ſunt huius naturæ, quod quando vnam radicem poſſunt in terram figere ſtatim ponunt aliam. Deinde poſt aliam, & aliam, & tandem paulatim ita multiplicant quod totam terram inuadunt, occupant, & amplectuntur, & eleuantur ſuper terram, & faciunt vmbram magnam, & intantum ſe dilatant, tam in radicibus quā in ramis, quod nulla alia arbor, nulla alia herba poteſt ibi creſcere vel viuere, nec planta etiam quantumcumque eſt bona, & fructifera vel virtuoſa, quia totum ſuffocant vel extinguunt. Ita eſt in aliquibus malis hominibus cupidis, & auaris, qui cum veniunt ad vnam terram ad vnam ciuitatem, ad vnam carreriam, ad vnā mercatorum ſocietatem, ad vnam poſſeſſionem agrum, pratum, domum, vel vineam po-

nunt

Digitized by Google

nunt ibi vnam radicem modicam vnum modicum de pecunia. Dei nde ſua virtute attractiua, arte lucratiua, honorem lucrum attrahentes, mittunt radicem aliam, & ſic paulatim donec totum velint amplexari. Totum ad ſe attrahere: totum ad ſe habere, nunc vi nunc amore nunc debite nunc indebite minis rapinis, vſuris, baratarijs. Et intantum ſtringunt, & amplexantur terram: poſſeſſiones, & mercationes, quod totum ad ſe trahunt: totum habere volunt. Intantum etiam quod nulla alia arbor: nullus alius mercator: nulla alia perſona pauper poteſt iuxta eos non dicam fructificare vel creſcere: immo etiam nec viuere: Ita habent eis malam vmbram, tãtum ſuffocant, & extinguunt. Iſtorum ſtatura non aſſimilatur palmæ: ſed nuci. Aliquando ſunt ſicut cucurbita quæ ſemper vult fimum, & aquam ad pedem bene comedere, iacere, dormire, iuduere, &c. Si vna die deficeret aqua deficeret actus immundus cibus vel ſomnus continerent vel ieiunarent, vigilarent, &c. ſtatim reputarent ſe mortuos. O miſeri vno die ponetur ſecuris mortis ad pedem nucis. Vno die veniet vnum frigus, febris ad cucurbitam, & totum proijcietur ad ignem inferni. Ideo dicitur de ſancto iſto qui non fuit talis, quòd ſtatura illius aſſimilata eſt palmæ, & non nuci, non cucurbitæ. Eccl. 50. Iuxta illum ſteterunt quaſi rami palmæ. Secundo palma habet in folijs acerbitatem acuminis. Palma etiam habet folia pũgitiua ad modum gladij vtroque latere ad modum cuſpidis facta. Vnde ſunt ex omni parte extraneorum læſiua, & ſui ipſius defenſiua. Sancti, & perfecti viri ſic habent verba non blanda ſuauia, & adulatoria ad malum, ad damnum attractiua: ſed acuta, & penetratiua, malorum reprȩhenſiua, repulſiua, & defenſiua, peccatorum correctiua. Ita vt verbis ſuis, & orationibus ſanctis ſeipſos a tentationibus defendunt, & peccatores ſuis verbis penetratiuis corrigunt monendo, prædicando, & quȩ Dei ſunt oſtendendo. Iſta folia iſti gladij ſunt verba Dei. De quibus. pſalm. Gladij ancipites in manibus eorum. Nota non dicit quod iſti gladij ſint in ore: ſed in manibus: quia gladius in ore non faceret bonum ictum ſed in manu. Ita Verbum Dei exiſtens in ore prædicantis ſolum, & in voce non in manu, & in opere numquam bene pungit: bonum ictum non facit. Sed quando gladius eſt in manu in opere tunc facit bonum ictum. Contra enim tenentem ore, & voce, non manu, & opere. Dicit pſ. Gladius in labijs eorum quoniam quis audiuit, quaſi dicat nullus. Ita nota, quod dixit gladius in aure audientium Verbum Dei, & non in eorum manu per operationem, & impletionem non videt: ſed debet eſſe in aure audientium, in ore prædicantium, & in manu horum, & illorum bene operantium. Iſti ſunt de quibus dicitur Apoc. 7. Quod erant amicti ſtolis albis quo ad conuerſationem ſanctam. Et palmæ in manibus eorum quo ad prȩdicationem, & operationem perfectam: ſic habuit ſanctus iſte vt de eo poſſet dici illud. Cant. 51. Comæ eius ſicut elatæ palmarum. Tertio habet palma in fructu ſuauitatem dulcedinis, quamuis enim palma habeat in imo radicis, & ſtipitis amaritudinem: tamen habet in ſummo magnam dulcediné. Ita de his habent enim in imo, & in radice in corpore multum de amaritudine tribulationum, immo in toto ſtipite, in tota perſona multum de amaritudine pœnitentiæ, & afflictionum, in ieiunijs, in vigilijs, in abſtinentijs, in aſperitatibus multis Tñ in ſupremo in Deo hñt magnam fructuum dulcedinem: magnã meritorũ, & diuinorum ſuauitauitatem. Quia ſm̃ multitudinem dolorũ meorũ ĩ pñía inferius, & exterius cóſolationes tuæ lætificauerũ animã meã in gŕa interius, & ſuperius. Ió ſicut nullus ſcñs formidat aſcẽdẽ palmã pp radicis, & ſtipitis acerbitatem, & amaritudinem volens habere fructus ac fructuum ſuauitatem, & dulcedinẽ. Ita nullus ſapiens formidat aſcendere aſperitatem pœnitentiæ, & dolorum: deſiderans ſuauitatẽ gratiæ meritorum, & Cœleſtium premiorum. Et ita fuit in iſto ſancto, Applica ideo: ipſe, & quilibet alius debet dicere. Illud Cant. 7.

Homines mali cucurbitæ ſimilantur.

Aſcendam

Aſcendam in palmam, & appr ęhendam fructus eius: quia vt dicitūr ibidē ſecundo, & fructus illius dulcis gutturi meo. Eſt autem notandum, quod ſicut eſt de fructu palmæ corporalis: ita de fructu palmæ ſpiritualis. Dicunt naturales, quod palma, & ſi habet aliquos fructus ante annum centeſimum tamen illi fructus non ſunt ita boni, ita dulces, & digeſti ſicut fructus poſt annum centeſimum. Vnde palma multos dies, & annos expectat ad ſuorum fructuum ſuauitatem perfecte habēdam, quia vſque poſt annum centeſimum perfectos fructus non habet: Ita ſpiritualiter per centenarium numerum intelligitur vita pñs poſt quam tranſitur ad dulcedinem æternæ beatitudinis. Sicut ergo ſecundum computationem Bedæ centenarius numerus tranſit a leua ad dexteram: ita vita pñs laborioſa tranſit ad gaudioſam. Quamuis ergo in centenario leuæ, & ſiniſtræ præſentis vitæ inter dolores, & labores pęnitentiæ habeamus aliquos fructus, aliquem dulcedinem meritorum: nō tamen habemus perfectam dulcedinem cęleſtium gaudiorum, donec tranſeat numerus centenarius iſte meritorum ad alium centenarium dulcium præmiorum. Ibi enim perfecte guſtabimus quam ſuauis eſt Dominus immo ibi ſatiabimur cum apparuerit gloria eius, quoniam inebriabimur ab vbertate domus Dei. In cuius figura Gen 6. Arca conſummata eſt in centum annis. Et ibidem 21. Abrahæ centenario natus eſt Iſaac, id eſt riſus æternæ iucunditatis. Ideo homo in hac vita non debet in doloribus, & meritis deſperare de conſolationibus, & præmijs: ſed debet opera bona ſemper multis diebus continuare, & multiplicare donec tranſeat a leua ad dexteram. Ita fecit ſanctus iſte qui dicebat illud Iob vigeſimo nono. In nidulo modo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies meos: Radix mea aperta eſt ſecus aquas, ſcilicet tribulationis. Sequitur de dextera, & gloria mea ſemper innouabitur.

Quantum ad ſecundum Nota, quod ædificator non poteſt habere ſalubrius conſilium in conſtruendo, nec ſcriptor in ſcribendo. Quam quod ſemper regulam imitetur. Quamdiu enim ædificator collocat lapides regulate erigit murum Iuxta regulam, & perpendiculum ordinate, tamdiu ædificium procedit in tuto. Sed ſi prætermiſſa regula lapides inordinate ponantur vnus extra alius intra vnus ſuperius, alius inferius. Si etiam murus erigeretur tortuoſe ad vnam partem pendens minus ad aliam plus, domus finaliter veniret ad ruinam. Idem eſt de ſcriptore quando enim ſcribendo innititur regulę, & litteram poſt litteram formando ponit ordinate: tunc ſcribit librum bonum, & pulchrum. Sed ſi prætermiſſa regula, & ordine litterarum ſcriberet qualitercunque occurreret nihil valeret liber ille aut ſcriptura illa. Spiritualiter omnes ſumus ædificatores vt maiores vel prælati vel ſcriptores vt inferiores, & ſubditi. Regula autem qua iſti diriguntur in ſuis operibus tam iſti quam illi, eſt iuſtitia. Cum ergo Eccleſiam ædificantes innituntur, & regulantur iuſtitia, ponuntur lapides ordinate in muro Eccleſiæ. Quilibet iuxta ſuam conditionem, & merita promouetur, tamdiu ſtat in tuto ædificium. Tunc vadit optime regimen Eccleſiæ, tunc omnia ſunt iuſta, omnia ſunt recta quando quilibet habet ſecundum ſua merita. Sed quando pretermiſſa regula iuſtitiæ lapides ponuntur inordinate parui lapides pręcedunt magnos pueri illitterati, immorigerati præponuntur antiquis litteratis viris perfectis morigeratis, & virtuoſis: illi promouebuntur, iſti remanebunt. Iterum ipſi in muro vnus extramittitur abijcitur etiam rite veniens, alius intromittitur qui eſſet abijciendus: quando etiam murus totus pendet ad vnam partem omnia dantur illis de ſanguine de voluntate de parte de affectione ędificantis: tunc ędificium procedit peſſime, oportet, quod ruat finaliter: iſti ſunt mali diſtributores: mali ædificatores. Iſtos alloquitur Dominus Malac. 3. Audite hæc principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael, qui abominamini

minamini

Digitized by Google

minamini iudicium,& omnia recta peruertitis qui ædificatis Syon in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate: hoc non eſt rectum nec iuſtum,& ideo ipſi ſunt iniuſti. Et aliquando ſuper eos ruit iniuſtum ædificium. Item Pſal. Iniuſti diſperibunt ſimul reliquię impiorũ interibunt: ſalus autem iuſtorum a Dño. Idem etiam de ſuperioribus de ſubditis,& inferioribus quando enim innituntur regulę iuſtitię reddendo Deo timorem,& amorem, reuerentiam, & honorem: proximo dilectionem,& compaſſionem: ſpiritui dominium,& gubernationem: corpori,& ſenſualitati pænitentiam,& macerationem: tunc optime ſcribitur liber conſcientiæ. Sed quando homo abiecta regula iuſtitiæ: nec Deum timet: nec hominem reueretur: proximum non diligit: ſed lædit: ſpiritum ſubijcit, & ſenſualitatem erigit, & non ſequitur iuſtitiam,& rationem: ſed ſenſualitatem, & tentationem: tunc liber conſcientiæ non eſt ſcriptus litteris iuſtitiæ: ſed mortis, & culpæ. Tales ſunt illi de quibus Pſalm. dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo: ecce quod non reddit debitum ſibi: non eſt timore Dei ante oculos eius: ecce non reddit debitum Deo: quoniam doloſe egit: ecce non reddit debitum proximo. Dilata talis non fuit iſte ſanctus: applica: ideo ipſi in morte mandauit Dominus illud Eſa. 3. Dicito iuſto quoniam bene. Iuſti enim hæreditabunt terram, & habitabunt in ſæculum ſęculi ſuper eam: vt dicitur in Pſal.

Pſal. 36 *Pſal. 35*

Quantum ad tertium: ſciendum quod arbor arangiorum hoc habet ſingulare: quia ſimul,& ſemel flores habet nouos, & fructus maturos antiquos. Quamuis enim in alijs arboribus ſint aliquando cum floribus apparentes aliqui fructus noui, & parui: tamen non habent hoc communiter arbores, quod ſimul habeant perfectos fructus antiquos,& nouos flores. Ita eſt de ſanctis,& iuſtis: quoniam ipſi hoc habent ſingulare, quod cum perfectione bonorum operum antiquorum, & continuatorum in eis: ipſi omni Die producunt flores nouæ pulchrioris, & honeſtioris,& redolentioris conuerſationis Eccliſiaſt. 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Ita fuit in ſancto iſto: vt de eo verum eſſet illud Canti. 7. Flores fructus parturiunt. Sed timendum eſt quod de quibuſdam ſit ſicut de ſambuco. Sambucus habet flores albos, & odiferos: ſed habet fructus nigros, & fætidos: vnde nec arbor nec fructus valet quamuis flos aliquid videatur valere. Ita eſt de quibuſdam hypocritis qui ſunt ſambucus: habent enim flores albos, & odoriferos, id eſt conuerſationem exterius honeſtam,& famam redolentem: ſed habent fructus fætidos,& nigros, id eſt peruerſa opera,& mala: vnde nec arbor nec fructus valet aliquid: ſed tamen decipiunt homines in floribus conuerſationis redolent exterius: in eis verum eſt quod Sambuci flores ſambuco ſunt meliores Nam ſambucus olet, flos redolere ſolet. Iſti non poſſunt dicere. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis: ergo ſatagamus vt ſimus palma altitudine perfectionis: iuſti rectitudine operationis: floridi pulchritudine conuerſationis: quia de talibus ſcribit Pſalmus. Plantati in domo Domini in atrijs domus Dei noſtri florebunt. Quod nobis,&c.

Iuſti cõparãtur Aurãtijs, vulgo Narãzi.

Hypocritæ ſimilantur Sambuco.

SERMO

SERMO LXVII.

In Feſto Paſcha: & per totum Tempus Paſchale de Reſurrectione.

Pſal.92 DOminus regnauit decorem indutus eſt. Vulgariter dicitur. Iuxta cõditionem perſonæ debet eſſe conditio tunicæ. Alijs enim indumentis, & ornamentis induuntur homines tempore belli, & guerræ, & alijs tempore triumphi, & Victoriæ. Nam tempore belli, & guerræ induuntur homines armis fortibus, & ponderoſis oſtenſiuis pœnitẽtię ſupportantis doloris, & laboris. Tempore vero triumphi, & victoriæ induuntur armis leuibus ornamentis leuibus oſtenſiuis Victoriæ, Glorię, & honoris, & decoris. Vnde ſecundum quod exigit perſona ſecundum quod exigunt tempora, & negotia hoĩes, & milites habent alia, & alia ornamenta. Hoc legimus. 3. Regum 27. Nam cum Rex Iſrael eſſet in tempore Guerræ, & belli Campum ingreſſurus mutauit habitum, & ingreſſus eſt bellum. Commiſſum eſt ergo prælium in die illa, & Rex Iſrael ſtabat in Curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſperi, & fluebat ſanguis plagę in imum Currus, ergo pro Tempore belli habent milites alia indumenta ſpecialia Quod autem habent pro tempore Victorię alia, & ſpecialia dicitur Apoc. 3. Expreſſe. Qui vicerit veſtimentis albis induetur, & hoc eſt rationabile: quia conditionem perſonę debet ſequi conditio tunicę. Ad propoſitum Dei Filius Chriſtvs non ſolum eſt Rex ſed Rex Regum, & Dominus dominantiũ. Non ſolum fuit ſpecioſus ſed prę omnibus pulcher, & decorus in ſua familia ſpecioſitatem eſſe vult, & decorem. Vnde pſalm. Specioſus forma præ filijs Hominum. Et ſubiungitur, & concupiſcet Rex decorem tuum quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus. O vtinam ſimus ſic mundi, & decori quod ipſi placeat decor noſter non deſpliceat fętor noſter. Ipſe igitur in mundum veniẽs iuxta ſuam conditionem, decorum habitum induit quando de virgine decora in ſimilitudine hominum factus eſt, & habitu inuentus vt Homo. Ad Philipp. 2. Quod factum eſt in decoro vtero virginali: vnde veſtem iſtam aſſumpſit: de ea enim poteſt eſſe verum illud dictum. Iudith 10. In illa Dominus pulchritudinem ampliauit vt in corporali decore omnium oculis appareret. Quia autem omnis decor Beatę Virgini a Deo collata fuerit; confitetur ipſa ei per pſal. Pręſtitiſti decori meo virtutem. Quia etiam totam humanitatem Dei filius ab ea receperit. Hier. confitetur Threno. 2. Et egreſſa eſt a filia Syon omnis decor eius. Iſto ergo indumento aſſumpto aliter Chriſtus vſus eſt tempore belli, & Guerrę in paſſione. Aliter Tempore Triumphi, & Victorię, in reſurrectione. Nam Tempore belli, & Guerrę vſus eſt armis Humanitatis vt fortibus, & ponderoſis oſtenſiuis pœnitentię ſupportantię, & horroris, & non pulchritudinis nec etiã decoris. Eſa. 53.

(Pſal.42 and Pſal.29 in margin.)

Non eſt ei ſpecies neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus. Vere lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Tunc ergo verificatum eſt illud promiſſum. 3. lib. Regum 37. Rex Iſrael mutauit habitum: quod factum eſt quãdo Iudęi exuentes eum veſtibus ſuis chlamydem coccineam circumdederunt eum, & plectentes Coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & genu flexo illudebant ei Aue Rex Iudęorum. Matth. 27. Et ingreſſus eſt bellum: ſcilicet paſſionis, commiſſum eſt ergo pręlium in die illa; ſcilicet paraſceues, & Rex Iſrael ſtabat in curru ſuo

contra

contra Syros:Chriſtus in Cruce contra Dæmones,& Iudæos, & mortuus eſt veſperi. Fluebat autem ſanguis plagæ eius vſque in ſinum currus,ideſt crucis vel Beatæ Virginis ſanguinem colligentis:vtique non ſolum plagæ vnius, & particularis: ſed totius corporis vniuerſalis ex capite manibus latere,& pedibus:hoc ergo indumento doloris vſus eſt in paſſione nec ſolum ipſe:immo etiam familia, Ioannes, & Maria quæ guttas fluentis ſanguinis colligebat.Sed tamen iſte Rex, & miles percuſſus & vulneratus campum intrauit victoriam habuit in reſurrectione, & ideo tunc tēpore Triumphi,& Victoriæ vſus eſt armis Diuinitatis vt leuibus oſtenſiuis Victoriæ,& honoris:Gloriæ,& decoris:vtique veſtimentis albis:quia dictum erat. Qui vicerit veſtimentis albis induetur. Hæc veſtimenta alba non ſolum ipſe ſed eius familiares Angeli qui in veſte alba,& candida apparuerunt.Marci vltimo. Chriſtus igitur ſtolam accepit candidam:quia corpus habuit glorioſum, & glorificatum, & dotibus corporis glorioſi ſuper omnia decoris:vnde Virgo Beata,quę eum tempore paſſionis viderat in habitu doloroſo non habentem ſpeciem neque decorem cum videns tempore reſurrectionis in habitu glorioſo ei loquitur illud.Cant.1.Ecce tu pulcher es dilecte mi ecce tu pulcher es,& decorus.Ratio autem redditur.Prouerb. vlt.Stragulatam veſtem fecit ſibi:biſſus,& purpura indumentum eius. Ibidem.Fortitudo,& decor indumentum eius:& hæc omnia ſimul pſalm. denunciat ſic dicens. Dominus regnauit &c.In quibus verbis reſpectu belli,& Triumphi paſſionis, & reſurrectionis Chriſti pſalm.denunciat.

Aggreſſum virtuoſum Congreſſum victorioſum Egreſſum glorioſum	Dominus regnauit decor indumentum eius.

Si quidem Chriſtus bellator fortis,& potens habuit in

Aggreſſu	Poteſtatis	Magnitudinem.
Congreſſu	Dignitatis	Altitudinem.
Egreſſu	Iucunditatis	Pulchritudinem.

Dominus regnauit decor indumentum eius.	Ergo ſecundum hoc Chriſtus iſta in bello paſſionis obtinuit

Dominium Regnum Veſtimentum	Potentia Victoria Gloria	Quæ

In tormento latuit In inferno claruit in Sepulchro patuit.	Dominus regnauit decor indumentum eius.

Quantum ad primum.Sciendum quod ſcriptura comparatiuè accipit Chriſtum patientem,& tranſeuntem tripliciter.Primo vt infirmum dolentem in lecto.Eſ.53. Virum dolorum,& ſcientem infirmitatem.Ratio eſt ſecundum philoſophos quando quis cadit in lectum infirmus ſi debeat curari,& ſurgere neceſſe eſt aliquam partem eſſe ſanam in corpore quæ poſſit infirmitati dominari. Cum enim motus omnis ſit ab aliquo mouente in mobili motus ad ſanitatem in perſona erit ab aliqua parte ſana non infirma,& ideo perſona cadens in lectum infirma vniuerſaliter,& in omni parte corporis non habet vnde ſanetur:quia nulla pars poteſt egritudini dñari,& iō numquam curabitur nec ſurget a lecto.Sed perſona habens infirmitatem in vna parte,& ſanitatem in alia,& pręcipue in nobiliori parte vt in corde illa poteſt virtute partis ſanę curari,& a lecto ſurgere:q̄a virtus naturalis, & fortitudo cordis latēs pōt infirmitati dominari.Sic eſt in propoſito. In Chro erāt duæ partes .ſ. humanitatis,& diuinitatis. Ipſa ergo diuinitas numquam potuit dolorē pati nec infirmari,

Digitized by Google

firmari, & ideo in Chriſto vna pars ſcilicet Humanitatis fuit paſſibilis, & infirmã ſuſtinens omnes dolores paſſionis. Vnde dicebat Matth. 16. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. In cæteris autem Hominibus non eſt niſi vna pars ſcilicet Humanitas, & ideo quando contingit Hominem cadere in Sepulchrum; quia tota pars Hominis eſt debilis, & infirma non habens aliquam partem quæ poſſit morti dominari: Homo a lecto Sepulchri non poteſt ſurgere. Vnde pſalm. Non adijciet vt reſurgat.

Sed Chriſtus cadens infirmus in lectum Sepulchri ex parte Humanitatis infirmus paſſibilis, & mortuus fuit: habuit autem partem potiorem latentem in eo ſcilicet Diuinitatem quæ tota fuit ſana immortalis, & impaſſibilis, & infirmitati Humanitatis ac morti prędominans. Et ideo vt Dominus deuicta morte, & infirmitate, infirmitatem, & paſſibilitatem repulit: ſanitatem, & immortalitatem introduxit, & a lecto ſepulchri Glorioſus ſurrexit. Ideo dicitur Dominus hoc Chriſtus, & eius Humanitas recognoſcit Diuinitatem. Niſi quia Dominus adiuuit me paulominus habitaſſet in iuferno anima mea. Rationem reddit alibi Dominus. Deus noſter Deus ſaluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Secundo vt armatum cadentem in torneamento. Prouerbiorum 25. Iuſtus cadens coram impio. Ratio eſt quia differentia eſt inter bellum, & torneamentum. In bellis enim non quilibet habet inſtructorem, & adiutorem ſibi deputatum, aſſiſtentem, iuuantem: ſed quilibet defendit, & impugnat pro ſe, & defendit ſeipſum. Iccirco ſi aliquis cadat non habet ſibi deputatum adiutorem ſubleuatorem, & eleuatorem aſſiſtentem, & ideo in bello cadentes ibi remanent, & non reſurgunt. Sed in torneamento quilibet habet ſuum adiutorem, inſtructorem aſſiſtentem, & ſibi ſpecialiter deputatum. Et ideo ſi contingit aliquem in torneamento ſic impelli vt cadat: aſſiſtens adiutor fortis, & potens dexteram ipſi extendit: ipſum a terra ſubleuat aſcendere facit, & ſurgere. Quamuis Chriſti paſſio, & mors, & cuiuslibet alterius Hominis ſit quoddam bellũ & ſic aliquando ſic vocetur. Tamen propriè loquendo mors, & infirmitas ac paſſio aliorum hominum dicitur bellum: de quo Iob. 40. Memento belli. Paſſio autem Chriſti proprie dicitur torneamentum: quia ſicut in torneamento aliquis circundantur hinc inde verberibus, & ictibus nullo ordine obſeruato. Ita Iudæi Chriſtũ hinc inde ad mortem Chriſtum circundederunt verberibus, vulneribus, punctionibus nullo iuris ordine obſeruato. Vnde dicit ipſe illud pſalm. Circundederunt me ſicut apes, acie pungentes. Iſti ergo Iudæi in torneamentis Paſſionis Chriſtum verberibus, vulneribus, baculis, clauis tantum percuſſerunt hinc inde tantum impleuerunt quod finaliter fuit compulſus miles de ęquo cadere: Spiritus de corpore exire. Vnde Spiritus iuit ad infernum, & Corpus ad Sepulchrum. Sed in hoc torneamẽto non fuit ſola Chriſti pugnans Humanitas: immo habebat Diuinitatem continue ſibi coniunctam ſibi continue aſſiſtentem continue adiuuantem, dirigentem fortem, & potentem. Et ideo poſtquam Spiritus de ęquo corporis ceciderat ipſa aſſiſtens Diuinitas ſua dextera ſua potentia: ſuo Dominio, & virtutem Spiritum releuauit Corpori reuniuit, & ad Vitam reaſcendere fecit, & reſurgere. Ergo ſi quæreretur a Chriſto quomodo ipſe ab iſto torneamento a quo ceciderat in quo mortuus fuerat reſurrexit. Reſponderet quia Dominus, ideſt virtute ſuæ Diuinitatis ſibi vnitæ continue adiuuantis continuæ aſſiſtentis, & ſua dextera ſubleuantis, & ſic ſurrexit non potentia Humanitatis, & ideo dicitur Dominus; hoc torneamentum paſſionis, & Reſurrectionis.

Pſal. 117 (margin, beside "bus nullo iuris ordine obſeruato")

Pſal. 117 Sic ad propoſitum in Chriſti perſona deſcribit pſalm. Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Omnes Gentes circumdedit meum, & in nomine Domini: quia vultus ſum in eos. Sequitur: impulſus euerſus ſum vt caderem: & Dominus

nus

nus ſuſcepit me,& fortitudo mea,& laus mea Dominus:& factus eſt mihi in ſalutẽ: dextera Domini fecit virtutem dextera Domini exaltauit me:dextera Domini fecit virtutem:non moriar ſed viuam. Alij autem Homines morientes generaliter loquendo non ſunt ſic in torneamento,ſed ſunt in bello: non habent coniunctam ſibi Diuinitatem:non habent ſibi auxiliantem, & aſſiſtentem Diuinitatem ſicut Chriſtus:quilibet eſt ibi pro ſe ad agendum,& ſuſtinendum , & ideo quando impelluntur ad mortem,& cadunt non habent ſubleuantem,& ideo non reſurgunt. Ideo illi quæſtioni quo ad cœteros homines quæ ſit.2. Reg.1. Quomodo ceciderunt fortes, & perierunt arma bellica? Reſpondet Hier.8. Qui cadit non reſurget. Ratio autem redditur per pſalm. Deo dicentem. Auertiſti adiutorium gladij eius,& non es auxiliatus ei in bello.Sed de Chriſto dicit. Cum ceciderit non collidetur:quia Dominus ſupponit manum ſuam. *Pſal.*88

Tertio vt palmam morientem in ortu. Refert Plinius in orbe meridiano eſſe palmam quæ traditur eſſe vna tantum , & non multiplicatur alia ex ipſa , ſed quando præ vetuſtate deficit iterum ex ſe virtute Cœleſti renaſcitur, & reuiuiſcit , & ideo putatur fœnix auis Arabiæ ex huius palmæ argumento nomen accepiſſe: quia cum fuerit mortua renaſcitur ex ſeipſa ſicut, & palma Chriſtus eſt ille cui loquitur Spõſa.Cant.7.Statura tua aſſimilata eſt palmæ. Hęc ergo palma fuit vnica in toto mũdo,& ſingularis:quia non Hominis virtute ſed Dei in Virgine genitus fuit in orbe meridiano in terra promiſſionis in qua operatus eſt ſalutem in medio Terræ ſecundum Pſalmiſtam. Hæc autem palma Tempore Paſſionis in Horto prope Hieruſalem mortua fuit:ſed poſtea virtute Cœleſti,& Diuina iterum reuixit, & a mortuis reſurrexit: vnde in palma corporali per opus Naturæ oſtendit Dominus omnium quid eſſet facturus in palma ſpirituali per opus gratiæ,& gloriæ,& hoc eſt quod fecit Dominus. Vnde pſalm. A Domino factum eſt iſtud,& eſt mirabile in oculis, &c. Ideo dicit Chriſtus illud.pſalm. Ego dor.& ſopo.ſum exur. quiã Dñs ſu.me. Ita dicitur. Lucæ 24. Surrexit Dominus vere. *Pſal.*117

Quantum ad ſecundum ſciendum. Quòd mihi videtur ſic fuiſſe factum ſpiritualiter in Eccleſia ſicut tota die veraciter fit in Lombardia. Ibi autem ita fit quod cum ſint ibi partes,& voluntates contrariæ vna nititur alteram de Ciuitate expellere,& vna ſuper aliam dominari. Contingit ergo quandoque quod parte generoſa parte Papæ,& Eccleſiæ dominante,& regnante fit, & tractatur aliqua proditio· fiunt aliquæ promiſſiones:dantur dona illis interioribus ab extrinſecis gebellinis , & tunc intrat pars aduerſa:intrat Gebellini,& regnantes,& dominantes Guelfos capiunt, & alios exilio relegantes ad confinia mittunt:aliquos coram retrudunt. aliquos ſub tyrannide in ſeruitutem redigunt:tunc Guelfi captiuati,& afflicti clamant ad Papã & ipſe mittit eis auxilium,& ſicut Gebellini lucrati ſunt ita perdunt. Intrat enim aliquando pars Eccleſiæ Princeps exercitus ciuitatem occulte habitu diſſimulato portis clauſis , muris integris ſuper murum , & tandem in platea ad campum ſe diſcooperiens bellat: vincit Rex illum: vexillum ſuper portalia erigit , & clamatur: viuat Eccleſia.

Tunc Gebellini videntes captam Ciuitatem,& vexillum erectum qui poſſunt fugiunt alij captiuantur:alij incarcerantur, & ſicut male egerunt ſic recipiunt. Tunc autem Guelfi captiuitati liberantur,exulantes reducuntur incarcerati, & vinculati educuntur,& tunc expulſis Gebellinis Eccleſia regnat. Ita fit in Ciuitate huius mundi ſpiritualiter. In mundi enim principio in ſtatu innocentiæ regnabat papa ſummus ipſe Deus in Ciuitate paradiſi omnes erant Guelfi innocentes, & ſancti: ſed venit pars Gebellina,& pars Deo contraria ſcilicet Diabolus cum exercitu ſuo,

Digitized by Google

& voluit Deum de Ciuitate repellere, & ipſe regnare, & cœpit tractare proditionem; dicens parentibus noſtris illud. Gen. 3. Quare pręcepit Deus ne comederetis. Tunc vt poſſet intrare promiſit dona, & munera dicens. Nequaquam moriemini ſed eritis ſicut dij. O qualis proditio ſtatim audito promiſſo conſenſerunt, & aperuerunt portam Gebellinis · vnum magnum portale gulam ſcilicet propriam per quam Diabolus exercitu ſuo intrauit: immo duo portalia: quia quilibet portam gulæ ſuæ ſcilicet Adam, & Eua aperuerunt.

O quam deberent cuſtodiri iſta portalia per quæ tunc, & adhuc nunc Diabolus intrat: iſti aperuerunt, & comederunt, & Diaboli Deo contrarii intrauerunt; ſtatim Ciuitas fuit capta: cępit regnare Diabolus, & dominari in mundo. Cępit omnes Guelfos homines cunctos vinculo originalis peccati, & quandiu viuebant, diręſubijciebat ſeruituti: quia ſeruituti peccatorum: morientes aut relegabat exilio: mittebantur ad confinia inferni ibi intrudebantur carceri mortis, & tenebroſo. Teſte pſalm. Qui fuerat expertus vnde dicebat. Poſuerunt me in lacu inferiori in tenebris, & in vmbris mortis, nec nobili parcebant nec ignobili: immo alligabantur. Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: vt idem pſalm. teſtatur. Tunc Guelfi, id eſt patres antiqui tam dura tam dira ſeruitute afflicti ad Deum patrem Papam omnium diutiſsime clamauerũt. Adiuua nos. Deus pater miſit principem Eccleſiæ filium ſuum qui intrauit ſapienter, & prudenter Ciuitatem huius mũdi habitu diſsimulato: quia Exinaniuit ſemetipſum formã ſerui accipiens. Ad Phil. 2. Intrauit huius ciuitatis vnã domum ſcilicet Virg. Beatę: muris integris, & portalibus clauſis: quia ſaluis clauſtris pudoris ingreſſus eſt, & egreſſus vterum virginalem: vnde de portæ iſtius clauſura, & Chriſto ingreſſo Diabolo celata, & occultata dixerat. Ezech. 44. Vidi portam in Domo Domini clauſam: porta hæc clauſa erit, & non aperietur: quia ſolus Dominus ingredietur, & egredietur per eam: igitur iſte princeps Ciuitatem ingreſſus, & egreſſus vterum virginalem tãdem venit ad plateam in mundum tandem in paſſione ad campum, & multis ictibus receptis, & proſtratus tandem virtute Diuinitatis ſe erigens vexillum Crucis leuauit, & ſuper portas Ciuitatis, id eſt Sacramenta Eccleſiæ erexit, & Paulus clamauit: viuat Eccleſia. Viuat Rex Chriſtus. Viuat qui vincit. Dicit ad Rom. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur: quod enim viuit: viuit Deo. Iſte eſt titulus triumphalis; clamatur, Chriſtus vincit Chriſtus regnat Chriſtus imperat.

Hoc viſo, & audito fugerunt Gebellini, & victi fuerunt, id eſt Diaboli infernali carceri mancipati: quia Chriſtus ſua paſſione ligauit inſatiabilem homicidam: tũc Guelfi, & patres ſancti in inferno colligati exultantes: liberati fuerunt, & per Chriſtum reducti, & introducti ad Ciuitatem Paradiſi, & Chriſtus perfecte regnare cępit. Ideo pſalm. Eius præco diſcurrens Ciuitatem clamat. Dominus regnauit. *Pſal. 95* Immo clamandum prædicauit alibi dicens. Commoueatur a facie eius vniuerſa Terra: dicite in Gentibus quia Dominus regnauit. Nec ſolum regnauit: immo iuxta Angeli prædictum. Lucæ 1. Regnabit in Domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Quantum ad tertium. Sciendum quod Eſa. Loquens de Chriſti Paſſione, & Reſurrectione. 13. Cap. Conſiderans Apoſtolos Chriſtum, & Virginem Paſſionis fugam in Apoſtolis figurauit, & timorem, in Chriſto pœnam, & dolorem, in Virgine triſtitiam, & mœrorem. Comparauit Apoſtolos ſtellis: Chriſtum ſoli: Virginem Lunæ, & prædixit Paſsionem Chriſti. Stellas Apoſtolos obſcurari ratione fugę, & timoris.

Solem

Digitized by Google

Solem Chriſtum eclipſari ratione pœnę,& doloris: Lunam Virginem obumbrari ratione triſtitiæ,& mæroris. Vnde dixit. Stellæ Cœli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum: obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine. Exponendo autem ſolum quod ad noſtrum propoſitum pertinet. Ratio quare Chriſtum patientem vocat Solem obtenebratum eſt iſta: quia Sol eſt iſtius conditionis quod aliquando noſtro conſpectui eclipſatur, & obtenebratur: tamen ſecundum rei veritatem Sol in proprio ſuppoſito non eclipſatur: ſed ex parte noſtra:quia Luna interpoſita nobis,& Soli aufert lumen Solis,& illud non poteſt diu durare:quia poſtquam aliquanto tempore factæ ſunt tenebræ poſtea Sol recuperat ſuum ſplendorem,& decorem,& rutilat ſicut prius. Ita fuit de Chriſto. In eo enim fuit aliquid Cœleſte:quia Diuinitas, & aliquid terreſtre quia humanitas: quantū ergo ad illud quod fuit ex parte Diuini ſuppoſiti: quantum ad Diuinitatem non fuit nec eſſe potuit aliqua eclipſis,paſſio,mors,vel aliquis defectus: Sed quantum ad illud quod fuit interpoſitum inter nos, & Diuinitatem quod erat ex parte noſtra: ſcilicet quantum ad Humanitatem fuit eclipſis: quia paſſio, & mors crudelis ſubſecuta. Vnde ſicut in eclipſi Solis facta eſt dies nox:tunc Sol in ortu ſuo: ideſt ex parte Humanitatis quæ a terra ortum habuit ſicut,& Sol exit a terra in ortu ſuo obtenebratus eſt.Sed illud non durauit niſi a paraſceue vſque ad mane diei Paſchæ:& ideo tunc Humanitas fuit iterum reparata.recepit ſplendorem,& lucem Solis vitę: immo lucis Gloriæ in corpore quod fuit luce glorioſa, & alijs dotibus glorioſi corporis decoratum nouiter indutum,& amictum. Vnde ſicut ex eclipſi paſſionis facta fuerat dies nox:ita ex luce Reſurrectionis nox facta eſt dies clara Vnde pſalm.dixerat. Nox ſicut dies illuminabitur ſicut tenebræ eius ita,& lumen eius.Tunc prę decore reſurgentis:maius fuit gaudium Reſurrectionis in Virgine quam fuerat triſtitia Paſſionis, & multo maior claritas, & Gloria in Chriſto reſurgente Sole lucem recuperate quam fuiſſet vmbra eo moriente. Vnde tunc verificatum eſt illud. Eſa. 30. Erit lux lunæ ſicut lux Solis,& lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. Hoc fuit propter decorem quem Corpus Chriſti induit in Reſurrectione, & propter lumen glorioſum quo nouiter ſe veſtiuit. Vnde pſalm. Hoc conſiderans ei loquebatur.Decorem induiſti amictus lumine ſicut veſtimento: quia ergo ex Sole eclipſante præ dolore:ſtellæ ideſt Apoſtoli obtenebrati fuerunt prę timore decuit vt ipſi viderent decoratum lumine, & gloria quem viderant eclipſatum pœna, & ignominia,& ideo Chriſtus decorem indutus eis apparuit ſuum decorem,& gloriā eis oſtendit.

Dic de apparitionibus ſi vis vt in ſermone illo. Hieruſalem quæritis. Eſa.35. Gloria libani data eſt ei decor Carmeli,& Saron. Ipſi videbunt Gloriam Domini, & decorem Dei noſtri:dicite puſillanimes confortamini,& nolite timere: ecce Deus noſter. Ergo,& nos ſi volumus eſſe de eius familia: abiectis veſtimentis tenebroſis peccati:induamus veſtem decoram virtutum,& lucidam: quia per illam veniemus ad æternam Gloriam:hoc eſt quod dicitur Bar. 5. Exue te ſtola luctus,& vexationis tuæ, & indue te decore,& honore eius qui a Deo tibi eſt in gloria ſempiterna. Ad quam nos perducat, &c.

Digitized by Google

dia medico oſtendere,vel ſi oſtendunt non tamen perfecte, & tales curari nõ poſſũt. Quoniam ad curam habendam neceſſe eſt quod infirmitas quantumcunque verecunda perfecte monſtretur aliter infirmitas non curabitur : immo quanto infirmitas maior fuerit,& verecundior tanto magis oſtenſione indiget : aliquando quanto magis cœlabitur citius mortem inducit.Ita ſpiritualiter quidam peccata ſua clare detegunt,aperte dicunt,& confitentur, & iſti cito per pœnitentiam a medico, ideſt Confeſſore curantur. Alii autem habent peccata verecunda non pandunt non dicunt ea ſed occultant,& cœlant non audent dicere pre verecundia. Et ſi aliquando aliquid dicant,& pandant non tamen totum: ſed magis verecundum magis periculoſum cælant:cum tamen illa potius eſſent dicenda, & confitenda, & iſti non poſſũt curari:iſti finaliter moriuntur morte inferni.Neceſſe enim eſt vulnus medico detegere qui vult ſanitatem habere.Boetius.Neceſſe eſt vt vulnus detegas tuum:ſi opus medicantis expectas.Per hoc enim ſolum haberi poteſt cura peccatorum. Figur.2. Regum 12.Cum enim Dauid fuiſſet vulneratus peccato verecundo adulterij,& homicidij cum repręhenderetur per medicum per Natham Prophetam:ſtatim peccatum aperuit,& recognouit dicens.Peccaui.Et ex hoc ſtatim curauit eum Nathan & dixit.Tranſtulit Dominus peccatum tuum:non morieris. Prouerbiorum 28. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur:qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea miſericordiam conſequetur a Domino.Ideo pſalm.Modo tempore Quadrageſimę cõſiderans plagis,& vulneribus peccatorum in hominibus miſeris,periculoſis,& mortalibus docet medicinam, & curam prędicans quod qui volunt a ſuis iniuſtitijs, & peccatis curari modo oportet quod loquantur quod ea detegant, & confiteantur. Et hoc eſt quod ipſe dicit.Loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam. Vbi deſcribit iſtorum vulnerum noſtrorum ſcilicet peccatorum.

Conditionem
Commiſſionem } Iniuſtitiam,qui operantur loquentur.
Curationem

Deſcribitur autem culpę. } Conditio. Commiſſio. Curatio.

Tanquam. } Vitioſa. Periculoſa. Gratioſa. } Iniuſtitiam qui operantur loquentur.

Habemus ergo ſecundum iſta. } Vitioſam deformitatem
Periculoſam iniquitatem
Gratioſam ſanitatem

} Scelere Vulnere Opere. } Iniuſtitiam qui operantur loquentur.

Quantum ad primum.Nota q̄ omne peccatum eſt aliqua iniuſtitia: quia in oĩ pctõ eſt aliqua in obedientia,& aliqua rebellio contra Deum in qua creatura Deo non ſubijcitur creatori ſuo.Dr̃.n. ſecundi Mach.9.Iuſtũ eſt eſſe ſubditum Deo . Ergo non eſſe ſubditum eſt iniuſtum. Et per conſequens quia in oĩ peccato eſt aliqua inobedientia omne peccatum eſt aliqualis iniuſtitia.Sic aũt videmus de inobedientia . Quod qñ patronus alicuius nauis ſciens bene mare ventos, & procellas habet nautas,& remiges ſibi obedientes nauem ſcđm ſuam doctrinam dirigentes ad portum quo ipſe vult remigantes ventos contrarios declinãtes, proſperos amplectentes: ſũt in oĩbus obedientes:tunc vadit nauis optime,currit proſpere, venit feliciter ad portum.Sed quando eſt econtrario q̄ nauta,& remiges ſunt inobedientes patrono, di-

rigit nauta nauem, & remiges remigant ad portum contrarium ventis contrarijs velum extendunt,& ventum contrarium recipiunt, ventum proſperum declinãtes, tunc nauis vadit peſſime,vadit ad naufragium,venit ad portum peſſimum.Ita ſpiritualiter quælibet perſona quædam nauis eſt, patronus, ſciens mare huius mundi ventos procellas,tentationes,perſecutiones:peccata,& omnia pericula,nauta eſt voluntas;remiges ſunt omnes ſenſus corporales. Quando igitur nauta, ideſt, humana voluntas eſt Chriſto in omnibus obediens non vult niſi quod ipſe pręcipit quod ipſi placet non conſentit alicui tentationi vel malæ cogitationi ſemper dirigit nauem ad portum paradiſi:omnes remiges illuc trahunt oculi ſolum ſpiritualia contemplando: manus bona operando: aures Diuina audiendo, ventos contrarios diuitiarum,delitiarum,honorum,&c. declinando: opportunitates peccatorum fugiendo,ventos proſperos:diuinas inſpirationes: prædicationes,monitiones, & ſermones recipiendo,retinendo,& complendo. Regunt ſe in omnibus ſecundum Diuinam voluntatem Doctrinam, & præcepta tunc nauis quęlibet perſona vadit optime venit ad optatum portum paradiſi feliciter.Iſti ſunt iuſti,iſti faciunt,& operantur iuſtitiam,illis mandat Chriſtus.Illud Eſa.3.Dicite iuſto quoniã bene; ſed Dñe Deus.Non ſic impij non ſic. Non ſunt quidem iuſti non obedientes patrono Chriſto,quia nauta multarum nauium, voluntas multarum perſonarum iniuſta eſt, & Chriſto inobediens non ſeruant eius doctrinam eius præcepta. Chriſtus mandat ſeruare puritatem,& ipſi ſunt immundiſſimi,præcipit liberalitatem,& ſunt illiberaliſſimi humilitatem,& ſunt ſuperbiſſimi in cibo parcitaté,& ſunt guloſiſſimi,&c. Iſti non trahunt, non dirigunt nauem ad portum Chriſti, ad portum paradiſi :ſed adoppoſitum ad portum inferni. Ad hoc cooperantur omnes remiges, omnes ſenſus.Oculi per impudicos aſpectus,aures per nephandos auditus,manus per opprobrioſos tactus:os per inordinatas comeſtiones:lingua per baſia mendacia detractiones,& inhoneſtas locutiones,pedes per fatuas vias, & palliatas peregrinationes, & quod peius eſt declinant ventos proſperos,& fugiunt Diuinas prædicationes,& inſpirationes. Aliquando vero inſpirantur eis vt conterantur agant pœnitentiam, conuertantur,&c. Et ipſi econtrario ventum oppoſitum tentationis carnis mundi, & Diaboli ſequuntur.Et ideo velo extento veniunt ad infelicitatis portum ad infernum ſine regreſſu, hoc eſt quia non ſunt Deo obedientes, non ſunt iuſti ſed iniuſti.
Pſal.106 De quibus Pſalm.Propter iniuſtitias enim humiliati ſunt. Iuxta horum ſententiã loquitur Scriptura. Sap.1. Iuſtitia perpetua eſt, & immortalis: iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio:impij autem manibus,& verbis: id eſt operibus, & locutionibus.Accerſierunt illam,& morte digni ſunt ratione illius.

2 Nota quod in aſcenſibus mõtiũ vt cõiter ſunt vię difficiles, & aliqui paſſus ſignati fracti arcti,& periculoſi.Quamuis igitur in oĩ via ſit cautũ pedẽ ponere firmiter, & contra quamcunque impulſionẽ, cuiuſcunq; pedis recalcitrantis vel manus impellentis,firmiter ſtare, & nulli ictui aut impulſui cedere : tamen prudentius eſt bene ſe tenere in paſſibus ſtrictis,& periculoſis,arctis,& altis in quibus cadens frangeret primo collum.Vbi enim maius periculum ibi cautius eſt agendum.Scriptura paradiſum vocat montem:viam eius aſcenſum. Pſalm. Quis aſcen. in mon.do.aut quis ſta.in lo.ſan.eius.Aſcenſus autem huius montis eſt difficilis, & ſunt ibi aliqui paſſus ſignati,ſtricti,& arcti.Arcta eſt via quæ ducit ad regnum, & pauci intrabũt. vt dicitur.Matth.7. Paſſus iſti ſignati ſtricti, & arcti ſunt paſſus virtutum vt virginitatis,caſtitatis,puritatis,largitatis,liberalitatis,humilitatis,&c.Iſti ſunt ita ſtricti paſſus quod vix aliquis poteſt ſine caſu tranſire maxime quia circa eos ſtant diabolus impellens in paſſu humilitatis ad ſuperbiam:caro in paſſu puritatis recalcitrans ad immunditiam. Mundus in paſſu liberalitatis ad auaritiam.

Quamuis

Quamuis ergo ſit tutum,& cautum in omni via mandatorum firmiter pedem ponere non deuiare:firmiter ſtare non vacillare. Quando tñ venitur ad iſtos paſſus ita ſtrictos,& arctos in quibus maiores latent:inſidiæ ſunt maiores impulſiones,recalcitrationes, tentationes, debet homo ſibi cauere ab omni malo, conſenſu, & opere: quia ibi eſſet maius periculum. vnde pſalm. Hoc conſiderans ſic orabat. Nõ veniat mihi pes ſuperbiæ,& manus peccatorum non moueat me. Ibi ceciderunt qui operãtur iniquitatem expulſi ſunt nec potuerunt ſtare. Illi autẽ quia Diabolo carne vel mundo agitantur,tamen tenent ſe firmiter nõ cadunt nec conſenſu nec opere:a Deo ſuſtentantur. In quorum perſona dixit pſal. Impulſus euerſus ſum vt caderẽ, & do. ſuſce.me. Multum debet homo ſibi cauere ab iſto caſu,ſiue cadat per conſenſum, ſiue per opus perfectum quia vbicumq; ceciderit ibi erit.i. ibi punietur dicẽte pſal. Secundum opera ma. eo. tri. il.re.re.eo.ip. quoniam non intel.o.d.& in.o.ma.eius. deſ. il. .& non edi.eos.

Quantum ad tertium. Sciendum quod habens humores cholericos vel corruptos in ſtomacho vel apoſtema doloroſum in latere non haberet melius conſilium niſi quod choleram vel humores corruptos euomeret, reijceret, & remitteret,& quod apoſtema ſpueret non obſtante choleræ amaritudine vel apoſtematis turpitudine maxime in eo tempore quo humores cõſueuerunt in corpore commoueri : eis enim eiectis nullus dolor,nullum periculum remaneret. Ita ſpiritualiter cholera enim generans humores corruptos in ſtomacho ſunt peccata in conſcientia. Apoſtema in latere ſunt latentes iniquitates in corde. Tempus autem in quo conſueuerunt iſti humores peſſimi,& mortiferi commoueri eſt tempus iſtud pœnitentiæ,& tempus quadrageſimæ. Mouentur enim,& moueri dicunt homines ad iſtos humores expellendos,& Eccleſiæ præceptionibus.extra de pœnitentijs, & remiſſionib. Omnis vtriuſque ſexus. Iuſtorum exemplo,& proprio commodo. Ergo peccatores non habent ſalubrius conſilium quam in quadrageſima iſta peccata,iſta apoſtemata reijcere loqui dicere,& confiteri: ex tunc enim ceſſabit dolor conſcientiæ: remorſus,& torſiones mentis,periculum mortis infernalis nec obſtare debet amaritudo verecundiæ nec turpitudo culpæ: immo quanto turpiora quanto amariora tanto potius,& citius debent reijci, dici, & confiteri antequam homo moriatur antequam deſcendat ad infernum. Quia poſtea non eſt tempus vel locus cõfitendi Ideo dicebat Iob. 7. Cap.

Sicut conſumitur nubes,& pertranſit ſic qui deſcenderit ad inferos non aſcendet nec reuertetur vltra in domum ſuam neque cognoſcet eum amplius locus eius : quapropter non peccabo omnimodo loquar in tribulatione ſpiritus mei,contribulabor cum amaritudine Animæ meæ dicam Deo. Sed contra quoſdam conqueritur. Dominus per Pſalm. Os habent, & non loquentur, oculi habent,& non viderunt. Ratio eſt. Diabolus fecit de ſuſpendendis peccatoribus in inferno,ſicut carnifex de ſuſpendendis malefactoribus in patibulo, vt eis auferat non ſolum verbum, vſum,tactum, & greſſum. Sed etiam motum, & ſenſum:immo totaliter vitam ponit ipſis funem in collo in principio viæ quando incipiunt ire ad patibulum,& poſtea ponens eos in furca dimittit eos proprio pondere. Et illi tunc perdunt verbum,viſum,motum,& ſenſum,& moriuntur tandem perpetuo manentes in ſupplicio. Ita facit diabolus carnifex inferni,& pctõris volẽs.n. peccatori auferre non ſolum verbum confeſſionis viſũ ,ppe recognitionis tactũ, & ingreſſũ bonæ operationis motũ, & ſenſum diuinę dilectionis, ſed etiam vitam, & inducere mortem ęternę damnationis. Ponit in principio vię,in principio peccati pro primo,& principali ſuo artificio funem,ſeu chordam in collo quę chorda eſt ex tribus filis fortiſſime cõtexta Pſal. 117

ſcilicet filo ruboris verecundiæ,filo timoris pœnitentiæ,filo ſpei longioris vitæ. Et in iſtis tribus filis chorda contexta ſtringit os,& collum peccatoris,& intantū quod aufert eis,& verbum confeſſionis,& viſum propriæ recognitionis,& ſenſum Diuinæ dilectionis,& motum bonæ operationis. Et ſic dimittens eos ponderi incurrunt mortem æternæ damnationis.Hæc eſt ergo cauſa quare Deus conqueritur. ¦Os habent,& non loquentur,oculos habent,& non videbunt.Manus habent,& non palpabunt,pedes habent,& non ambulabunt,non clamabunt in gutture ſuo.Hoc viderat pſalm. Peccatoris ora obſtructa, per iſtam chordam non poſſent loqui,& confiteri peccata ſua quando dixit.Obſtructum eſt os loquentium iniqua . Sed poſtquàm:ó frater ora noſtra ſtricta,& obſtructa ſunt per iſtam chordam non poſſumus peccata noſtra reijcere loqui,& cōfiteri:quomodo poterimus facere vt reijciamus, & loquamur ne tandem moriamur. Ecce Doctrina. Dicunt experti Medici, quod quando ſanguiſuga ſuxit multum de malo ſanguine eſt multum repleta , & non vult reijcere proijcitur modicum de cinere ſuper caput ſanguiſugæ, & ſtatim reijcit, & reuomet totum malum ſanguinem quem ſuxit. Ita ſpiritualiter in peccatoribus ſunt duæ ſanguiſugæ quæ ſemper ſugunt ſanguinem peccati, ſanguinem corruptum , & numquam ſatiantur. Iſtæ duæ ſanguiſugæ ſunt concupiſcentia carnis quantum ad immunditiam,& concupiſcentia oculorum quantum ad auaritiam. Iſtæ ſunt inſatiabiles.prouerb.30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ duæ dicentes, Affer affer. Iſtæ duę numquam dicunt ſufficit. Quando igitur peccator iſtis duabus ſuggentibus eſt plenus,& repletus in conſcientia ſanguine corrupto peccati,& non poteſt non vult reijcere,non vult loqui dicere confiteri peccata. Nō eſt melius conſilium quam quod proijciat cinerem ſuper caput ſuum : hoc eſt quod recordetur , & imaginet quod a cineribus,& pulueribus ortum habet , quod morte cito veniente in cinerem, & in puluerem reuertetur,& in die mortis ac ſepulturæ puluis , & cinis ſuper caput ſuū proijcietur .

Et ita cogitatio de morte de cinere proijciendo cinerem in capite mouebit peccatorem ad reijciendum,& loquendum ad confitendum. Iſta Doctrina vſa eſt Eccleſia quando feria quarta in capite ieiunij cineres poſuit cuilibet dicens . Memento quia cinis es,& in cinerem reuerteris. Ergo cineris proiectio ſuper caput tuum vel fienda in morte vel in die ſepulturæ vel facta in principio Quadrageſimæ mouebit te ad reijciendum ſanguinem peccati ad dicendum loquendum, & confitendum peccata.Ita dicebat:ita faciebat Sanctus Abraham.Gen.18. Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis,& cinis. Aliud remedium eſt contra vinculum : quia ſic ligatus habens vinculum ad collum vadens ad patibulum antequam moriatur appellat ſi accedat ad curiam ſuperiorem, & clamat, ſuperior, & maior frequenter ad ſe appellantem liberat, & expedit , & a ſuſpendio diripit. Ita debet facere quilibet peccator:ſi enim ſe inueniat vinculatum peccati vinculo ad collum a Diabolo captum:ſicque illaqueatum quod non poſſet loqui quod Diabolus eum ducat ad inferni ſuſpendium,ſi antequam moriatur,ante quam in inferno ſuſpendatur. Appellat ad ſuperiorem curiam,ad curiam Dei Eccleſiæ:ponit ſe ſub ſalua guardia protectione Dei.Veniat ad confeſſionem ſtatim Deus amouet, & frangit vinculum liberat,& expedit a Diabolo peccatorem.Ita legimus de quædam. Mar.7. Qui ſic erat a Diabolo vinculatus,& ligatus,quod nec loqui nec audire poterat: ſed erat ſurdus, & mutus : volens ergo a Diaboli vinculis liberari appellauit ad Chriſtum ad manum eius ſe poſuit. Vnde rogauit Chriſtum,vt ſibi manus imponeret,& Chriſtus miſit digitos ſuos in auriculas eius,& tetigit linguam eius,& curauit ac liberauit eum .

Vnde dicitur ibi , quod ſtatim apertæ ſunt aures eius , & ſolutum eſt vinculum

eius,

Digitized by Google

eius,& loquebatur rectè. Ita facit Chriſtus adhuc peccatori indurato ſurdo, & muto ad audiendum pertinentia ad ſalutem vel a Deo inſpirante, vel a prædicatore prædicante, & clamante muto ad loquendum, & dicendum ſua ſcelera, & peccata cum enim recurrit ad Chriſtum orat: vt ſibi manum miſericordiæ ſuæ imponat. Chriſtus aperit ſua miſericordia,& aures ad audiendum Diuina mandata, & os ad loquendum,& confitendum peccata. Vnde hoc facit digito miſericordiæ peccatotorem tangendo. Ideo de eo ſic peccatores a Diaboli vinculis liberante. dicitur ſ. Mar.7. Bene omnia fecit,& ſurdos fecit audire,& mutos loqui. Ergo faciamus iuxta illud. Eccleſiaſtes vltimo. Finem loquendi omnes pariter audiamus, Deum tuum,& mandata eius obſerua. Hoc eſt enim omnis Homo, hanc obſeruationem. &cætera.

SERMO LXIX

De pœnitentia per totam Quadrageſimam.

PRæoccupemus faciem eius in confeſſione. Circa ciuitates in altis montibus ſituatas conſueuerunt aliqua loca, aliqui paſſus eſſe magnæ fortitudinis, & magnæ difficultatis quæ loca faciunt ad ingreſſum amicorum in Ciuitatem,& ad repulſionem inimicorum ne poſſint nocere vel aggredi Ciuitatem, vel offendere, vel lędere ciues vel aliquos ad Ciuitatem venientes: ſunt enim quaſi porta vel clauis Ciuitatis, & ideo imminente bello ingruentibus hoſtibus Ciuitatis, qualibet pars conſueuit talia loca pręuenire præoccupare, capere,& munire. Ciues quidem vt ſe cuſtodiant, vt amici venientes per ea introeant; hoſtes vero volentes introire impediant, ne ciues capiant & quæ poterant mala Ciuitati, & ciuibus inferant. Pars altera quæ talia loca præoccupat,& obtinet vt cõiter habet Victoriam,& triumphum. Ita legimus. Iud.4. Cum.n. Nabuchodonoſor miſiſſet Holofernem cum ſuo exercitu ad capiendã Hieruſalem, in Iudeæ montibus ſituatam, filijs Iſrael audientibus eorum aduentum,& timentibus Sacerdos Eliachim ſcripſit ad vniuerſos per quos tranſitus eſſe poterat vbi obtinuerunt aſcenſus montium, per quos via poterat eſſe in Hieruſalem vt illic cuſtodirent: vbi anguſtum iter eſſe poterat inter montes, & ſic fecerunt filij Iſrael. Nam præoccupauerunt omnes vertices montium. & muro circumdederunt vicos ſuos. Ac per hoc tandem victo Holoferne per manum feminæ habuerunt de hoſtibus Victoriam,& triumphum. Ciuitas Cœleſtis Hieruſalem quæ eſt ciuitas Dei ſummi eſt ciuitas in alto ſurſum in Cælo. Surſum eſt Hieruſalem ad Gal. 4. Hæc eſt illa Hieruſalem cuius omnes fideles ſunt ciues nunc in ſpe tandem in ſecũdum Apoſtolum. Ad Eph.2. Eſtis ciues ſanctorum,& domeſtici Dei. Hæc igitur ciuitas habet multa loca fortiſſima circum circa multos paſſus arctos, & ſtrictos magnæ difficultatis,& fortitudinis Scilicet paſſus virtutum vt fidei quæ habet non ſolum vnum fortalitium; immo. 12. ſecundum duodecim articulos fidei, paſſum etiã puritatis, caſtitatis,& charitatis,&c. paſſus etiam Sacramentorum Eccleſiæ quę sũt ſeptem. Iſti paſſus iſta fortalitia ſunt via: immo clauis Cœleſtis, & porta ciuitatis Hieruſalem: Diabolus autem inimicatur ciuibus huius ciuitatis de qua ipſe expulſus fuit,& vellet quod nullus poſſet ad hanc venire ciuitatem vel introire, & ideo præoccupat ciuibus iſtos paſſus, & claudit aliquibus fortalitium fidei ipſos in du- Pſal. 94

bium; in errorem: vel in hęreſim inducendo aliquibus fortalitium charitatis ipſo in odium,& rancore retinendo. Aliquibus fortalitium puritatis,& largitatis,ipſos in luxuriam,& auaritiam proſternendo,& ſic de alijs. Verum etiam,quòd inter iſta fortalitia,inter iſtos paſſus ſtrictos eſt vna porta quaſi abſcōdita, porta ſecreta ſtrictiſſima,per quam ciues ingrediuntur potiſſimè velut per poſticum ſecreto ciuitatem cęleſtem. hęc porta eſt vnum de ſeptem Sacramentis, ſacramentum pœnitentię pręcipuè quo ad confeſſionem. adeo enim eſt ſtrictus iſte paſſus arcta porta ꝙ opus eſt ſe hominē inclinare per humilitatem ſuo confeſſori. Oportet etiam hominem ſpoliare ſe propria voluntate, & obedire confeſſori. Oportet etiam exonerare omnia peccata,& dicere confeſſori. Hæc eſt porta,ſcilicet confeſſio,quę aperta pluribus ad Paradiſum de ciuibus introducit: & quæ plus diabolo nocet, & diſplicet,cupienti,vt iudæos,ideſt Chriſtianos domini, & ſua peccata confitentes ab ingreſſu iſtius ciuitatis impediat,& morte inferni omnes interficiat. Spiritualiter autem nititur pręoccupare portam pœnitentię,& confeſſionis: quia illa porta amplius nocet ipſi. Ideo ſummus Sacerdos Eliachim, ideſt Chriſtus mandat iſto tpe filijs Iſrael ſuis fidelibus Chriſtianis: vt obtineant omnes aſcenſus montium, per quos via eſt in ciuitatem Hieruſalem,ideſt omnes actus virtutū, & diligenter contra diabolum illic cuſtodiant vbi anguſtum eſſe poteſt.ſ. circa arti. fidei, circa ſacramēta Eccleſię:& pręoccupēt vertices montium .i. difficilia, quæ magis timet diabolus in actibus virtutum,vel ſacramentorum. Et illi,qui ſunt filij Iſrael,qui fideles deuoti,& obedientes ita faciunt: & ſic mediante auxilio beatę Virginis habent de holopherne,ideſt de dæmone victoriam, & triumphū præoccupantes ſpecialiter modo tempore Quadrageſ. paſſium illum fortem, & ſtrictum portam illā paradiſi,ſcilicet pœnitentiam,& ſpecialiter quantum ad confeſſionem peccatorū, quæ eſt porta ſingularis,per quā peccatores inuito diabolo ciuitatem paradiſi in-
Pſal. 99. troeunt:ſicut docuit Pſalm. Populus eius,& oues paſcuæ eius. Introi. por. eius in confeſſ. vnde ipſe Pſal. videns quod ad cœleſtem Hieruſalem ciuitatem ſurſum ędificatam non poteſt, quis peccator aſcendere niſi tranſeat per paſſum ſtrictum,& fortem confeſſionis dicebat. Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius particip. eius in idipſum. Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus dn̄i teſtimonium Iſrael ad confitendum,vt igitur diabolus nos non præueniat fortalitium iſtud non præoccupet,non claudat hanc portam peccantibus. Sed vt præueniamus, & præoccupemus confitendo pęnitentiam agendo antequam veniamus ante faciē iudicis cuncta cernentis illius,qui eſt dominus huius ciuitatis: tanquam ſimus fideles ciues, & domeſtici Dei. Pſal. monet ita dicens præoccupemus faciem eius in confeſſione. In quibus verbis monet quemlibet noſtrum ad

Diligentiam
Reuerentiam
Pœnitentiam } Præoccupemus faciem eius in confeſſione.

} Debet autem eſſe { Diligentia,
Reuerentia,
Pœnitentia.

Magni { Vigoris,
Honoris,
Timoris. } Et ſine { Dilatione,
Palliatione,
Diminutione. } Præoccupemus faciem eius in confeſſione.

} Ergo per { Diligentiam,
Reuerentiam,
Pęnitentiam.

Acci-

Accipiamus.	Vigoris,	Sollicitudinem,	
Reſpiciamus,	Honoris,	Celſitudinem,	Præoccup. fac. eius in conſ.
Diſponamus.	Fętoris.	Turpitudinem.	

Quantum ad primum, ſciendum quòd diabolus comparatur lupo, quamuis autem in generali ratio comparationis eſſe poteſt, quòd ſicut lupus a tota ſpecie inimicatur ouibus. Ita diabolus a tota ſpecie inimicatur hominibus. Tamen in ſpeciali ſunt quatuor rationes. Prima eſt: quantum lupus inuidens gregi ouium, ſi oui le intrare valeat non contentatur ſi vnam ouem capiat, & interficiat: ſed ſi non præueniatur a paſtoribus, vel canibus totum gregem, totam congregationem necat, & ſtrangulat. Ita de diabolus quantum ipſe inuidet gregi ouium Chriſti, ſi aliquo modo quacunque arte poſſit intrare vnum ouile: vnam congregationem: vnam diœceſim: vnam parochiam: vnum locum: vnam villam: vnam domum: vnam choream: vnum monaſterium: vnum collegium non contentatur: ſi vnum capiat vnum tentet, vnum interficiat. Sed niſi præueniatur a paſtoribus, & canibus: id eſt à prælatis, curatis, vel a prædicatoribus interficiet omnes oues: omnes de congregatione, vel eodem peccato, vt immittendo diuiſiones: ſciſmata, partialitates, affectiones, & diſſenſiones, in quibus tota vna congregatio a diabolo erit percuſſa, vel quia vnum peccare faciens illius exemplo, omnes alij ad idem peccatum trahentur. Sic contingit, in quibuſdam locis, quia ex malo nutrimento, vel ex mala conſuetudine omnes ſunt in vno crimine vitioſi, quia vel ſunt vſurarij, vel ſuperbi, vel luxurioſi, vel guloſi, &c. vel diuerſis peccatis: quia illos interficiet peccato fornicationis, alios peccato diffamationis, & detractionis, &c. Et ſi non contentetur vnum, vel duos occidere niſi omnes interficiat, omnes in infernum trahat. Ideo dicitur Hierem. 5. Lupus ad veſperam vaſtabit eos omnis, qui egreſſus fuerit ex eis capietur, quia multiplices ſunt præuaricationes eorum. Secunda ratio eſt, quia ſi lupus ouem mordet, omnis veſtis facta ex lana, quæ a lupo morſa fuerit, ſemper pediculos generabit, & animalia humanarum carnium corroſiua. Ita quandocunque diabolus aliquem mordet tentatione, & peccator iuxta diabolicas tentationes induit ſe habitibus vitioſis ſemper talis veſtis ſecum portat pediculos conſcientiam per remorſus, per ſynderesim corrodentes interius animam lacerantes, pungentes, & mordentes. Eſa. 51. Sicut tinea veſtimentum ſic comedet eos vermis, & iſte vermis durabit in hac vita, & ſi damnetur in alia, quia Eſa. 66. Vermis eorum non morietur. Tertia ratio eſt, quod ſi chorda de luporum inteſtinis, etiam vna ſola in aliquo inſtrumento muſico cum chordis de ouium inteſtinis factis adiungatur corda lupina alias chordas deſtruet, diſſipabit, & corrumpet. Ita ſpiritualiter ſi in perſona aliqua habente multa bona opera gratum ſonum facientia in vita, & fama, & conuerſatione ſancta adiungatur vna chorda, adiungatur vna operatio de inteſtinis, de machinationibus, & tentationibus diaboli: ſtatim vna mala operatione, vna culpa, vnum peccatum mortale, omnia bona opera deſtruet, corrumpet, & diſſipabit, & mortificabit. Sicut enim vna muſca brodio inſidens, totum brodium inficit, & modicum fermenti: totam maſſam corrumpit, vt dicitur Primo Corinth. quinto. Ita qui in vno offenderit, factus eſt omnium reus. Iac. 2. cap. Quarta ratio eſt, quæ principalius facit ad propoſitum: quia dicunt experti, quod ſi lupus hominem primo videat, & hominem in videndo præoccupet, ſic aerem inficit, quòd homini ligat, & aufert vocem, nec homo præoccupatus a lupo poteſt clamare. Et ideo ad hominum conſuetudinem tractum eſt, quòd ſubito tacenti aliquo ex quo tacere oporteat ſubito apparente. dicitur, Lupus eſt in fabula.

Sed

eum,& eius virtutem interficit.Ne dicat,Inimicus preua.aduer.eum. Ideo Pſalm. Hanc virtutem expertus docebat ſic.Quærite Dominum,& confirmamini quęrite faciem eius ſemper.

Nota dicit quærite faciem eius ſemper.Ratio eſt, quia facies Dei ſemper eſt vtilis contra venenum peccati,quia valet ad præſeruandum vt dictum eſt. Et valet ad curandum ſi venenum receptum eſt,valet quippe ad remittendum,& indulgendum peccata.Sic enim eſt de facie Chriſti ſicut de facie Solis quando enim Sol tépore hyemis auertit faciem ſuam a terra,& ſe elongat a nobis. Sequitur maximum frigus,& congelantur Aquæ:Ita quod etiam talia frigora eſt valde difficile ſuſtinere,& tunc ratione frigoris omnia mortificantur.Sed Sole tempore æſtatis conuerté te faciem ſuam ad nos:frigus pellit,glaciem diſſoluit,pluuias,& guttas inducit, omnia indurata liquefacit:omnia mortificata reparat,& viuificat,& ad vitæ,& perfectionis ſtatum perfecte reducit.Sic ſpiritualiter quia tempore hyemis,ideſt peccati quando in peccatore Dei Charitas refrigeſcit,Deus auertit faciem ſuam a peccatore.Sequitur maximum frigus,& frigeratio ab operibus bonis in peccatore, & cógelantur peccata,& indurantur in conſcientia, ſicut criſtallus gelata, & omnia bona opera primus facta mortificantur.Sed tempore calido, tempore æſtatis: hoc eſt tempore contritionis quo Anima incipit Dei timore, & amore caleſieri dolere de peccatis,& conteri. Tũc Deus vertit faciem ſuam ad peccatorem, & repellit frigus & glaciem conſcientiæ,duriſſime diſſoluit peccata indurata. Sequitur pluuia lachrymarum inducit guttas fletuum, & tunc peccator mortificatus ac opera bona mortificata viuificantur. Et ſic peccator per iſtam faciem ſanatur ac total ter reſtauratur:hoc videbatur tangere pſalm. Cum dixit. Dat ni.ſ.la.ne.ſi.ci.ſpar.Mit. *Pſal.147* criſt. ſu. ſi. buc. ante fa. fri.eius q ſuſti.Emit.ver.ſu.& lique.ea.fla.ſpi.eius, & flu.aquæ.Ideo petebat illud.pſalm.Oſtende faciem tuam,& ſalui erimus.Cauſam reddit alibi vbi dicit,Auertente autem te faciem turbabuntur,& deficient. Scribitur autem.Heſtr 15.Mirabilis es Domine,& facies tua plena eſt gratiarum. Ideo dicit. Quærite faciem eius ſemper.

Quantum ad tertium ſciendum.Quod cum mundo,& mundanis poteſt fieri pax falſa,& pax palliata quę apud nos in vulgari appellatur. Quia quandoque fit pax exterius de aliquibus offenſis vel iniurijs quę patent, & retinentur in corde aliquę iniurię interius quę latent,& tunc quando creditur pax facta de exterioribus quę patebant,pullulant iniurię de interioribus quę latebant. Et ſic ſequitur bellum, Guerra,& diſſenſio,frequenter peiora prioribus Et hęc eſt pax foderata. Hiere.8. Pax pax,& non eſt pax.Sed hoc non poteſt fieri Deo quia ipſe videt quę patent, & quę latent.Et ideo ad pacem faciendam cum Deo requiritur quod non fiat foderata ſed perfecta.Non fiat de vna offenſa,de vno peccato:ſed de omnibus. Et ideo ad veram,& completam pacem,& indulgentiam requiritur indulgentię cognitio non ſolum vnius iniurię offenſę vel culpę: immo omnium aut enim erit omnium aut nullius.Ideo dicit Pręoccupemus faciem eius in confeſſione. Cófeſſio enim eſt omnium peccatorum ſimul fatio,ideſt locutio vel expreſſio Ideo.Pſal.Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

Narrabo omnia.Vtique omnia aliter nihil valeret. Ratio eſt,qui enim haberet ignem in Domo ſua in multis angulis,& quilibet ignis vel qualibet ſcintilla domũ incenderet nihil valeret occurrere vni igni, & aquam proijcere, vel in duabus vel tribus partibus remedium adhibere niſi ad omnes partes ſuccurreretur, & aquam proijceretur:quia vna modica ſcintilla remanens extinctis cœteris totam domum incenderet extinctis cœteris deſtrueret,& conſumeret.Ita ſpiritualiter.Quid enim peccatum in conſcientia niſi ignis in domo tua? Iſte ignis in aliquibus eſt ignis auaritiæ:

Digitized by Google

Confitemini alterutrum peccata veſtra,& orate adinuicem, vt ſaluemini. Ad quã ſalutem, &c.

SERMO LXX.

De Mortuis.

INtroibunt in requiem meam. In vulgari noſtro dicitur. Omnes ſancti petunt ſuas candelas,& oblationes:& ſi hoc eſt verum de quolibet ſancto:multo magis de Deo,qui eſt ſanctus ſanctorum. Vult enim candelas,& holocauſta:vnde ipſe vult ſibi offerri oblationes,& donaria, nec vult aliquem ad ſe introire niſi portat encenia, & donaria. Vnde dixit,& præcepit. Exo.23. Non comparebis in conſpectu meo vacuus. Eſt enim in domino cœli, ſicut in dominis mundi,in quibus ſic videmus, quòd omnibus alijs porta clauſa,& firmata exiſtente,& nullo introire valente. Si tamen aliquis portat donaria,& encenia illi ſtatim aperietur porta : non eſt ita fortis ſera, quæ non aperiatur: ita ſecreta camera,quam portans donum non ingrediatur. Dicitur eñ communiter Beati,qui apportant. Propterea dicitur Prouer.18. Donum hominis dilatat viam eius,& ante principes ſpacium ei facit. Dicitur enim communiter, quod ſanctus donans intrat vbiq; Quia ergo omnes ſancti, & ſanctus ſanctorũ vult donaria,& oblationes:idcirco ſicut ſacerdotes non claudunt eccleſiam, nec eccleſię portam oblationes portantibus,ſed libenter aperiunt,& liberè intrant apportantes. Ita venientes ad portam paradiſi,& portantes præcioſa, & grata iocalia multa ſcilicet merita multa bona opera Deo grata, & accepta ſtatim inueniunt portã apertam. Beatus Petrus clauiger æthereus,quando in morte pulſant ad oſtium videns encenium,ſcilicet meritorum cumulum ſtatim aperit,& eos ante faciem Dei cum gloria introducit. Sanctus enim donans intrat vbique:& tales ſunt viri ſancti & iuſti:ſed illi,qui veniunt vacui,& nihil apportant, vel ſi apportant nihil boni, nihil Deo gratum:ſed apportant multa mala,multa peccata,multa ſcelera Deo diſplicentia, vt ſunt peccatores:iſti inueniũt portam clauſam,ſatis poſſunt clamare, non audiuntur,non introducuntur:ſed potius excluduntur. Horum figura ponitur pariter,& exemplariter per Chriſtum. Matth. 26. vbi dicitur quod Decem virgines erant:quinque prudentes,& quinque fatuæ volentes cum ſponſo intrare ad nuptias: quinque prudentes acceperunt oleum in vaſis ſuis,& veniente ſponſo intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt Ianua. Nouiſſimè venerunt,& reliquæ virgines ſine oleo,& clamauerunt dicentes. Domine,Domine aperi nobis : quibus reſpondit ſponſus:Amen dico vobis neſcio vos. Per iſtas virgines intelliguntur animæ viro Chriſto deſponſatæ:quarum aliæ ſunt prudentes: vt animæ ſanctorũ,quæ habent oleum,& ſumpſerunt dum viuerent in lampadibus,ideſt diuinam gratiam ſancta opera in ſuis manibus,& veniente ſponſo in morte intrauerunt cum Chriſto ad cœleſtes nuptias Paradiſi:& cęteris clauditur ianua. Aliæ ſunt fatuæ,vt animæ peccatorum,quæ non habent oleum,ideſt diuinam gratiam,& ſancta opera in ſuis mentibus,& quando clamant poſt mortem. Domine,Domine aperi nobis: nõ poſſunt ad cœleſtes nuptias ad ęternam requiem introire : ſed viſo quod nihil boni apportant:ſed tantum peccata. Reſpondit eis Chriſtus. Amẽ dico vobis neſcio vos. Ideo in morte ſancti ſancta opera multa merita apportãtes intrant in requiẽ, ideſt in vitam æternam. Peccatores vero apportantes ſcelera,& peccata non introibunt in requiem:ſed ibunt in ſupplicium æternum. Iuxta illud. Matth. 25.

Pſal. 94

Ibunt

Ibunt hi in ſupplicium æternum:iuſti autem in vitam æternam. Ideo pſal. diuinorum cognitor ſecretorum a Chriſto interrogatus,cum quibus non intraret:reſpondit cum peccatoribus nihil boni ; ſed tantum peccata,& iniquitates portantibus non intraret. Cum inquit inique agentibus non introibo.

Interrogatus cum quibus ergo?reſpondit quod bonis encenijs dicens. Introibo in domum tuam in holocauſtis reddam tibi debita, vel vota mea. Conetur ergo quilibet eſſe ſanctus:conetur ergo quilibet portare bona opera: portare grata encenia:quia tales ſoli paradiſum intrauerunt,& intrabũt. De illis enim loquitur pſalmiſta in Chriſti perſona,cum dicit. Introibunt in requiem meam. In quibus verbis deſcribit tria circa ſtatum ſanctorum poſt mortem,poſtquam à Chriſto

Receptantur, / Quietantur, / Satiantur. } Introibunt in requiem meam.

} Vtique. { Receptantur hilariter, / Quietantur perenniter, / Satiantur finaliter.

} Dulci. { Societate, / Felicitate, / Diuinitate. } Introibunt in requiem meam.

Ergo exultabunt ſancti in gloria, & lętabuntur in cubilibus ſuis quoniam poſt mortem.

Adducuntur, / Colliguntur, / Admittuntur. } Ad { Societatem, / Sacietatem, / Suauitatem. } Ciuium ſupernorum, / Cœleſtium peæmiorum, / Et conſortium diuinorum.

} Quia { Introibunt in requiem meam.

Quantum ad primum, Sciendum quod ad intrandum ciuitatem alte muratam non eſt melius conſilium quam portas adire:per portas ingreſſum impetrare : quoniam apertis portis eſt facilis introitus,& ingreſſus. Ciuitas paradiſi eſt in alto ſitu muris miræ altitudinis eleuata. Ita vidit eam Ioan. Apoc. 21. Vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem habentem murum magnum,& altum. Iſte murus non poſſet cito a nobis debilibus ſaltari:ideo pro ingreſſu eſt recurrendum ad portas. Portæ autem iſtius ciuitatis,quamuis multæ ſint tamen peccatoribus ſunt duæ ſpecialiter aſſignatæ,per quas debent introire. Vna porta eſt virtutum omnium : & hæc eſt præuia:oportet enim peccatores primo induere veſtem nuptialem virtutum,& ſic per portam virtutum intrare alioquin diceretur venienti illud Matth. 23. Amice quomodo huc intraſti,ideſt intrare ordinaſti : non habens veſtem nuptialem ? Hæc autem porta clauſa fuerat per vitium, & peccatum primi hominis donec venit iſte,qui eſt dominus virtutum,qui virtutes hominibus contulit, & iſtam ianuam aperuit quando eo ciuitatem ingrediente dictum eſt. Attollite portas principes veſtras,& eleuamini portæ ęternales,& introibit rex glorię. Iſtæ virtutes ſunt fides,ſpes,charitas,liberalitas,iuſtitia,virginitas, &c. per iſtas oportet introire. Sed quia fides eſt fundamentum,& prima omnium virtutum:ideo illa primo,& principaliter eſt habenda,& retinenda:& vſque ad mortem confitenda : & ideo ad intrandum per iſtam portam,per portam virtutum per fidei confeſſionẽ monebat Pſalm. Populus eius,& oues paſcuę eius intro. port. eius in con. vt enim ait Apoſt. ad Rom. 10 Corde creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Si prædicas de aliquo mortuo in ſpeciali quomodo fuit bonus Chriſtianus

Pſal. 23

Digitized by Google

nus: quomodo fidem habuit,& confeſſus fuit:& quomodo iuxta ſuam cōditionem virtuoſus fuit. Secunda porta,& vltima eſt ſacramentorum, & Chriſtiani baptiſmatis,& Euchariſtię:hę enim duæ portæ immediate introducunt ad Deum. Duo ſunt ſacramenta ſpecialiter neceſſaria:ſcilicet ſacramentum pęnitentiæ: debet em̃ confiteri,conteri,& ſatisfacere de peccato:aliter homo peccator intrare non poſſet ad ſacrariam:vnde oportet eum dicere ſicut videbatur ſentire Pſalm. cum dixit. Introibo ad Altare Dei:ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Confitebor tibi:& contritionem,& ſatisfactionem eorum:quia dicit:in cythara,quæ habet chordas de inteſtinis mortuorum animalium:& ſignificat cordis contritionem, & carnis in ſanctificatione mortificationem. Pręter autem ſacramentum pœnitentiæ eſt neceſſarium ſacramentum Euchariſtię,ſiue communionis ſacrę, quę eſt porta immediate ducens,& introducens ad ſalutem. Hoc dixit ipſemet Chriſtus, qui eſt in ipſo ſacramento:quoniam ſicut qui vadit cum domino,& eſt de eius ſocietate cum ipſo ingreditur. Ita qui Chriſtum in ſacramento communionis ſacræ recipit cum ipſo ad gloriam ingreditur: & Chriſtus ſecum recipientem ad ſalutem perpetuam introducit. Ioannis 10. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur. Si prædicas de ſpeciali defuncto dicas,quomodo recepit eccleſiaſtica ſacramenta:cōfeſſus fuit,communicauit &c. Ideo de eo verificatur illud Dan. 11. Introibunt terram glorioſam:ergo ſi volumus introire veniamus ad iſtas portas: quia qui per iſtas non introierunt:per alias non intrabunt paradiſum,ſed infernum. Sic dicitur in Pſalm. Introibunt in inferiora terræ:tradentur in manus gladij partes vulpium, ideſt dęmoniorum:erunt. Notandum quod ſępe immundi venientes ad portā non ſtatim intrabunt,vel introeunt. Et eſt ratio:quia quando venerunt per viam lutoſam,vel pluuioſam puluerosam maculantur pedes:& non decet pulchram aulam coram rege,& regali multitudine pedibus inquinatis introire: ideo oportet prius pedes purgari,& extergi antequam intrent:purgationem expectare: & ſic abſque omni macula introire. In ſpiritualiter ſancti per viam huius mundi ambulantes contrahunt aliquam maculam,vel venialem,vel mortalem, vel ex puluere auaritiæ,vel ex puluere immunditiæ:& ſi non opere omnes ſaltem cogitatione,vel affectione plures:& hoc eſt eſſe puluerem in pedibus. Quia igitur nihil turpe nihil inquinatum decet aulam cęleſtem intrare coram cęleſti multitudine. Quia ſecūdum illud Apoc. 21. Neque intrabit in ea aliquid coinquinatum,& faciens abominationem,& mendacium. Idcirco ſancti morientes in ſtatu gratiæ, qui non perfecte puluerem,vel lutum in hac vita excuſſerunt: non perfecte ſua peccata deleuerunt:non perfecte pœnitentiam fecerunt:non compleuerunt ſtatum ad portam paradiſi in loco,qui dicitur purgatorium,vbi peccata purgantur pęnam grauem, quamuis in porta pro peccatis tolerant,& pænis purgatorij afflicti, impediti,& cōpediti plorant vt eos ad contergendum adiuuemus eleemoſynis, & orationibus inceſſanter clamando poſtulant:& ideo ad quemlibet noſtrum adhuc illuc venturum loquitur Pſalm. Introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum: vtique parentum tuorum,patris,matris,ſeroris,vel fratris,filiorum,vel nepotum, &c O quam eſt infœlix qui non audit iſtorum gemitum:qui aliquando fuerunt parentes, amici,proximi,& vicini. O ait pſal. Introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum: vtique parentum tuorum patris,matris,ſororis,compeditorum. Felix eſt ille,qui orationibus & eleemoſynis:& diuerſis ſuffragijs ſi recipit gemitus compeditorum:quod ipſi expediti ad Deum,ad Paradiſum ingreſſi Deum pro ſuū benefactorē orando. Ita referunt cum Pſalm. Clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.

Pſal. 42.

Pſal. 62.

Pſal. 78.

Quantum ad ſecundum: ſciendum quod ſacra ſcriptura comparat homines piſcibus

ſcibus

ſcibus. Abacuch. 1. Facies hominis quaſi piſcis maris. Ratio eſt: aliqui ſunt dulces piſces,& delicati amarum mare exeuntes,& aquam dulcem, & fluuialem intrãtes: vt ſalmones, qui poſtquam guſtauerunt dulcedinem aquæ fluuialis, aquę fontalis per fluuium deſcendentes non quieſcunt non ceſſant ire continue inceſſanter cum labore aſcendere donec peruenerint ad fontem viuũ, vnde ſcaturit aqua dulcis, qui fons aliquando fluit ab aliquo monte, vel ab aliqua alta rupe: poſtquam autem ad fontem viuum peruenerint ibi delectantur, ibi quieſcũt: & vltra non laſſantur: verum eſt quòd aliquando contingit quod ille, qui primus vadit, primus aſcendit,& primus aggreditur, capitur, lancea percutitur: & vitam perdens, & ſanguinem in aqua ſanguine fuſo moritur. Quem ſanguinem alij ſalmones bibẽtes, & ſequentes finaliter veniunt,& fontem intrant,& ingrediuntur. Aliqui autem piſces ſunt quibus aqua dulcis videtur amara: & ideo nunquam bibunt: ſed abominantur aquam dulcem: immo ſi ſentiunt fugiunt,& tales ſunt piſces marini: iſti nõ guſtant aquam dulcem, aquam viuam, ſed in mari amaro viuunt: & in maris fluctibus,& tempeſtatibus moriuntur ad maris profunda intima deſcendentes. Ita ſpiritualiter quidam homines ſunt ſicut piſces fluuiales nobiles, & delicati. Iſti ſunt viri ſancti a ſuis peccatis ad ſtatum gratiæ reuerſi, qui velut ſalmones de mari peccatorum exeuntes guſtata aqua pęnitentię fluuiali, quæ dulcis eſt pęnitentibus, guſtatis donis gratię ſpiritualibus quæ deſcendunt a Deo fonte viuo non obſtante labore pęnitentiæ, non obſtantibus quibuſcunque pęnalitatibus, poſtquam guſtauerunt quam ſuauis eſt Dominus, non quieſcunt, non ceſſant, donec veniant, donec appareant ante faciem Dei, qui eſt fons viuus: vnde fluunt omnes aquæ cœleſtium gratiarum. Cum autem ad illum fontem, ad illam gloriam, quæ fluit ab illo monte, alta rupe diuinitatis peruenerunt ibi bibunt aquam viuam gloriæ: ibi natant,& ſatiantur ab vbertate domus Dei. Ibi ait Pſalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua: ibi inueniunt requiem,& vltra non laſſantur, ibi requieſcunt ſanctorum animę. Ita dicebat Augu. Feciſti nos Domine ad te & inquietum eſt cor noſtrum donec quieſcat in te. Ideo pſal. qui aliquid de aqua illius fontis viui guſtauerat in eo bibere,& quieſcere cupiebat poſtquam in vno pſalmo dixerat. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando ven. & appar. ante faciem domini. Poſtea in alio pſalmo ſubiunxit. Hæc requies mea in ſe. ſe. hic habi. quoniam elegi eam. Verum eſt, quod primus ſalmo, primus homo, qui ad fontem iſtũ ad Deum peruenit per flumen pęnitentię fuit Chriſtus, qui viam cęteris venientibus patefecit: tamen ipſe in hoc fonte, in hoc flumine captus fuit, & ferro percuſſus, clauis,& lancea: & vt nos venire poſſemus per eius veſtigia: totum ſanguinem ſuum fudit,& mortuus fuit: quem ſanguinem nos in via ſequentes, & ſacramentaliter bibentes, ad Deum fontem viuum finaliter perueniemus. Ad hoc propoſitũ eſt illud Sap. 11. Sitierunt,& inuocauerunt te: data eſt illis aqua de petra altiſſima,& requies ſitis de lapide duro. Sequitur. Bene cum illis actum eſt. Nam pro fonte ſempiterni fluminis, ſcilicet vt inde ſatiarent ſitim humanum ſanguinem diſti. Alij ſunt piſces marini homines peccatores in peccatorum amaritudine cõtinue ſtantes,& conuerſantes: iſtis eſt aqua dulcis fontalis,& fluuialis, ideſt, aqua pęnitentiæ, amara: quamuis ſecundum rei veritatem ſit dulcis: quoniam pęnitentiam fugiunt,& abominantur: non curant exire mare peccatorum, nolunt aſcẽdere ad fluuium fontem viuum: & ideo non veniunt ad requiem: ſed in tentationibus moriuntur,& deſcendunt ad fundum maris, ad profundum inferni, vbi nulla requies, ſed continuus labor,& dolor: ideo de quolibet tali dicitur Eccle. 2. Dies eius laboribus,& erumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit. Redde ſingula ſingulis diebus: ſcilicet vitę pœnitentis: nec per noctem, idem hora mortis

Homines piſcibus comparantur.

Pſal. 16.

Digitized by Google

is: ergo exeamus mare peccatorum intremus fluuium pœnitentiæ: laboremus aſcendere donec poſſimus ad fontem viuum bibentes quieſcere:& ſequamur ſanguinem ſalmonis, ideſt Chriſti pro hoc,& per hoc, & ad hoc effuſum in illo flumine. Sed ſciendum quod mihi ſic videtur eſſe in hominibus ſicut in ſalmonibus. Vidi in terra mea, quod ſalmones ad fontem viuum exeuntes,& aſcendentes, quandoque ad aliquem profundum gurgitem,& deſuper eſt aliqua alta paijſſeria aliquod altum obſtaculum iuxta molendina,& tunc ſalmones impediuntur,& in gurgite capti detinentur non ſine anxietate,& labore ſemper viam, & modum quærentes quo modo ſupra poſſint ſaltare,& aſcendere. Eſt autem vna via ſola, per quam liberãtur,& aſcendunt, quia quando venit pluuia a ſuperiori,& creſcit aqua: tunc ſalmo auxilio aquæ fultus iungit penulas aſcendit,& ſupra ſaltat & volat:& ſic liberatur & ad optatam requiem vadit. Sic ſpiritualiter aſcendentes, & redeuntes ad fontẽ glorię inueniunt vnam magnam paijſſariam: vnum magnum obſtaculum, ideſt reatum peccatorum, & pœnam quam debent exoluere pro pœnis commiſſionis, pro pœnitentiis in completis pro peccatis oblitis hæc payſſeria ille reatus, qui eſt obligatio ad pœnam eſt iuxta Dominicum Molendinum, quod eſt iuſtitia Dei: quia ſicut molendinum examinat granum,& ſeparat farinam a furfure. Ita diuina iuſtitia poſt mortem examinat ſpiritum, & ſeparat culpabilia, & a meritis bonis. Et ſicut granum intrat molendinum non album,& farina tamen exit alba: ita ſpiritus & anima intrat molendinum diuinæ iuſtitiæ ſine omnimoda albedine: exit tamen anima cum omni albedine: quia ſine culpa. Iſtud molendinum diuina iuſtitia mortuos examinans eſt ſitum in medio profundi gurgitis, ſcilicet purgatorij quod intrant mortui, in quo gurgite tenentur captiui cum anxietate, dolore,& fletu,& labore,& ſine omni requie, ſemper exire cupientes. Vnde quilibet eorum incaptorum dicit illud Tren. 3. Oculus meus afflict⁹ eſt, nec poterat: tacuit eo, quod non erat requies. Eſt autem vna via ad eos expediendos. Si enim nos, qui ſumus ſuper eos, eis pluamus guttas miſericordiæ: nunc eleemoſynas, nunc orationes, nunc alia ſuffragia: creſcit aqua fluuij pęnitentię: quia pęnitentia eorum per nos ſubleuatur: maior erit diuina miſericordia:& virtute illius aquæ ſuſulti iunctis pennulis volabunt ad cęlum, ideſt ad fontem viuum gloriæ: de purgatorij ſollicitudine. Ita cõfitebatur Pſal, in mortuorum perſona benefactoribus ſuis. Volabo, & requieſcam. Ecce elongaui fugiens,& manſi in ſolitudine expectabam eum, qui ſaluum me facit a puſillanimitate ſpiritus,& tempeſtate. Dilata ſi vis quomodo propter miſericordiam impedientem multi expectant ſuos hæredes, ſuos amicos, ſuos benefactores: vt ſibi aliquid mittant,& tamen non eſt, qui redimat, neq; qui ſaluum faciat: ergo & nos hic in laboribus curemus bene viuere,& bene laborare: vt bene moriamur: quia Apoc. 14. dicitur. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit ſpiritus vt requi. a la. ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos. Secundum etiam doctrinam Apoſtoli ad Hæbr. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem: quia ipſa eſt, de qua Eſai. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculo fiduciæ in requie opulenta.

Pſal. 54

Quantum ad tertium notandum quod non quæcunque requies eſt præmium, & gloria ſancto: ſed ſolum requies,& gloria Deo. Ratio eſt, quia idem eſt de hominibus,& de nauibus. Nauis exiſtens in fluuio, quamuis a nullo moueatur,& ab omni nauta quietem habeat: tamen quia fluuius continue mouetur, & deſcendit nauem mouet continue:& ſecum ad mare trahit. Solum autem tunc habet quietem quando ad portum venit,& terræ immobili coniungitur, & ligatur. Impoſſibile enim eſt rem exiſtentem in re mota,& non impeditam non mouere: in re autem immobili eſt quies,& non motus.

Ita ſpiritualiter multi ſunt homines exiſtentes in fluuio deliciarũ, diuitiarum honorum, dignitatum, & credunt eſſe in requie, & in quiete in gloria: ſed pro vero decipiuntur: quia non quieſcunt, ſed continue fluxu, & curſu deſcendunt ad mare, ad mortem. Vnde & iſti fluuius dicuntur: quia continuè ad mare ad mortem fluũt, quamuis non habent alium impellentem niſi ſolum fluuium mundanæ vitæ: vnde & ſi infirmitas, ſi paupertas, ſi tribulatio: ſi perſecutio: ſi fames: ſi anguſtia: ſi gladi non inquietant, non impellunt, nihilominus non habent requiem: immo continuè currunt ad mortem, ideo dicitur Micheæ 2. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem. Sed quando homo in morte venit ad portum ſalutis, non ad mare inferni: ſed ad terrã viuentium Deo immobili coniungitur: qui dicit Mala. 3. Ego Deus qui non immutor. Ibi ſolum eſt quies, & requies: vlterius non mouetur humanus affectus, vlterius non nauigat, nõ vacillat, anima nihil vltra deſiderat: ſed eſt in gloria, in requie, in loco quietante: ideo ad differentiam quietis mundanę ad diuinã non dicitur ſolum Deus de ſanctorum, de mortuorum gloria, & quiete. Introibunt in requiem: ſed adiunxit meam. Ideo Pſal. Tu autem Domine ſuſceptor meus es, & gloria mea: & exaltãs caput meum. Vtique non eſt ſalus noſtra gloria noſtra quies niſi in Deo: non vtique in diuitijs, in honoribus, in delitijs, amicis, parentibus, vel quibuſcunque proſperitatibus: ſed ſolum in Deo. Sicut enim in cęlo eleuato nõ eſt quies in aliqua parte cœli niſi in duobus polis, ſcilicet ſuperiori, & inferiori. Sic in vniuerſo mens humana non poteſt habere ſalutem, felicitatem, & gloriam, in quacunque proſperitate quantumcunque magna, alta, & eleuata: niſi ſolũ in duobus polis, ſcilicet in Chriſti humanitate, & in diuinitate. In quorum quolibet polo licet diuerſimode cum gloria poſt huius vitæ miſerias, & labores plurimos feliciter quieſcemus. Hoc recognouit Pſal. cum dixit. Nonne Deo ſubiecta erit anima noſtra: ab ipſo enim ſalutare meum. Nam ipſe Deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus, non mouebor amplius. Sequitur: in Deo ſalutare meum: & gloria mea Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt. Illam gloriam &c.

Pſal. 3 — Pſal. 61

SERMO LXXI.

De Natiuitate Beatæ Virg.

Pſal. 196 LVx orta eſt iuſto. Scriptura ſacra comparat diei humanam vitam. In Pſalm. Dies eius tanquam flos agri ſic efflorebit. Ratio autem vna eſt. Quoniam ſicut dies vna parum durat, & cito tranſit a mane lucis ad ſerum noctis, & ibi deficit: ita vita humana breuis parum durat, & cito tranſit a lucido mane iuuentutis ad ſerum tenebroſum ſenectutis: & ibi moritur homo, & deficit. Vnde de iſto die verificatur illud. Gen. 1. Factum eſt veſpere, & mane dies. Alia ratio eſt directe ad propoſitum: quia eadẽ eſt differentia in hominibus, & diebus: in diebus autem quidam ſunt naturales, q̃dam artificiales: dies naturalis includit lucem, & tenebram, diem, & noctem: & aliquando plus de tenebra, quã de luce: plus de nocte, quã de die. Aliquando autem e conuerſo: dies enim naturalis vocatur dies cum nocte: curſus ſolis ab oriente recedentis ad idem punctum redientis: dies autem artificialis non includit noctem, & tenebram: ſed ſolum diem, & lucem bene tamen diem, & lucem, & ortum diei præcedit tenebra, & nox: ſed orto die nihil includit noctis, & tenebræ: quia curſus ſolis a puncto orientis vſque ad punctum occidentis facit diem artificialem, in quo ſolum eſt lux, & non tenebra.

Ita

Ita ſpiritualiter quidam homines quædam perſonæ,ſunt dies naturales: & iſti ſunt omnes homines curſui naturali,vel communi curſui gratiæ ſecundum cómuné vitę modum dimiſſi.Et iſti in ſua vita,in ſua conditione includunt noctem peccati,& tenebrã,& diem,& lucem gratiæ,quia aliqñ ſunt in ſtatu peccati tenebroſo:aliqñ in ſtatu gratię,& lucido luminoſo. Et in aliquibus eſt plus de tenebra peccatorum,quã de luce gratiæ:& econuerſo ſm̃ quod ſe dant operibus bonis,vel malis:iõ exeuntibus tenebras peccatorum,& venientibus ad lucem gratiæ:dicit Apoſtol. ad Ephe.5.Bratis aliquando tenebrę nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. O vtinam non ſimus filij tenebrarum propter noſtras iniquitates, & peccata:& non habeamus plus de nocte, & vmbra, quam de die, & luce clara. Credo ꝙ ſi diligenter Deus vellet ſcrutari,& ponderare, inueniret in multis multum de tenebra peccatorum,& operum malorum,& parum de luce, & die operum bonorum. Forte in quibuſdam eſt verũ illud Amos 5.Dies iſte tenebræ,& non lux. Immo ſi aliquando illuminentur,confiteantur,& reuertantur ad dominum: ſtatim obtenebreſcunt,& ad peccata redeunt: &diutius ſtant in culpa,quã in diuina gr̃a: ideo ve eis.Hier.6. Ve vobis quia declinauit dies:& lõgiores factæ ſunt vmbræ veſperi.Iſti non ſunt filij lucis,ſed tenebrarum:quos alloquitur Apoſt. Rom.13.Abijciamus opera tenebrarũ,& induamur arma lucis.Fuit aũt vna dies artificialis, quã fabricauit iſte faber,qui fabricauit lucem diem,auroram, & ſolem: de qua ait Pſ. Tuus eſt dies,& tua eſt nox,tu fab. es au. & ſolem. Iſte artifex vnam diem artificialem fecit non diem ſecundum opus naturæ commune,ſed ſecundum artem non cõmunis,ſed ſpecialis gratię,ſcilicet Virginem Beatam: in qua quidem poſt eius ortum: poſt eius natiuitatem nihil fuit noctis,vel tenebrarum, cuiuſcunque peccati venialis,vel mortalis,licet nox,licet tenebra peccati originalis præceſſerit: quia fuit in originali concepta:ſed modico momento in eo durauit,quia ſtatim in principio ſuæ conceptionis ſanctificata fuit. Vnde ſecundum Ber. Prius fuit ſanctificata,quam nata. Ideo iſta eſt dies vere beata, non naturalis,ſed artificialis ante dié artificialem fabricata,& diuinæ ſapientiæ abſque omni tenebra originalis peccati:quia per artificium diuinum fuit tenebra originalis peccati ab ea totaliter ſeparata. Hoc figuratum eſt. Gen.1.vbi dicitur, ꝙ tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: dixitque Deus fiat lux,& facta eſt lux:& diuiſit lucem a tenebris, appellauitq; lucem,diem,& tenebras noctem,factumq; eſt veſpere,& mane dies vnus. Per abyſſũ, qui eſt aquæ profunditas ſine baſe, & fluminum mater intelligitur Virgo Beata, quæ habuit profunditatem cœleſtium gratiarum omnibus aliis incomparabilem, & intranſmutabilem. Et ipſa eſt gratiæ,& mr̃iæ,ac gratiarum peccatoribus dandarum mater inſuper hæc a principio ſuæ creationis erat tenebroſa peccato originali.Dixitque Deus:fiat lux,& facta eſt lux.hoc eſt ſanctificetur, & illuminetur diuina gratia,& factum eſt.Et diuiſit lucem,ideſt Virginem illuminatã a tenebris peccati originalis. Adpellauitque lucem diem, & tenebras, noctem ergo hæc eſt dies vmbra peccati,& tenebra quod non poteſt dicere dies alia:quia ſi dixerimus quod peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus:& veritas in nobis non eſt.Primæ Io.1. Hoc eſt illud Eccl.33. Dies diem ſuperat, & lux lucem. De huius igitur lucis ortu iucundo,& fęcundo loquitur Pſalmiſta cum dicit. Lux orta eſt iuſto. In quibus verbis deſcribit beatę virginis. *Pſal. 32*

Sanctitatem, Natiuitatem, Vtilitatem.	Lux orta eſt iuſto.	Deſcribitur aũt eius	Sanctitas, Natiuitas, Vtilitas.	Indictione.

Digitized by Google

Luminis, Originis, Hominis. } Lux orta eſt iuſto. } Eſt igitur } Sanctitas, Vtilitas, Natiuitas } ex

Lumine corruſcantis, Origine iucundantis, Homine rectificantis. } Splendoris, Rumoris, Vigoris. } Ideo dicitur lux orta eſt iuſto.

¶ Quantum ad primum: ſciendum quod virgo B. quantum ad ſuā ſanctitatē comparatur luci: quia ipſa habuit in tota vita, & ſanctificatione conditiones luci cōſimiles. Siquidē lux habet iſta tria. Nāq; habet lux primo virtutē futurorū denūciatiuā, q̃ cōpetit virgini in ſua ſanctificatione. Nota quod tale puerbiū dr̃. Apparet in principio ſpinæ ſi debet pūgere. Vult dicere, q̃ de qualibet re appareat primo ſi debeat eſſe bona, vel mala, ſi debeat proficere, vel deficere: qm̃ quæ habent bonū principium iudicantur habere bonū finē, & terminū. Ideo dicit quidā Phil. quod Qui bene cepit mediū opus habet: quę autē malo inchoata ſunt principio, bono fine terminari non pn̄t. Ideo valde aduertendū eſt q̃ non erretur in principio: quia ſm̄ phm̄. Paruus error in principio magnus eſt in fine. Sic ad literā videmus in curſu lucis. Si .n. oriente ſole lux clara nubibus rutilat ſtatim cognoſcimus, & prædicimus futurū nobis ſolē clarum, & ſerenum, & totam illam diē futurā clarā & ſine pluuia, ac tēpeſtate. Sed ſi mane nubes appareant nigreſcant, vel rubeant ſtatim cognoſcimus fut. diem eſſe obſcuram, & tēpeſtatem, vel pluuijs eſſe plenā. vn̄ vulgatū eſt. Mane rubens cęlum venturos indicat imbres. Sic ſpiritualiter quādo hō mane in iuuentute ſua luce claræ cōuerſationis ſanctæ vitæ, & bonorū morū abſq; nubibus, abſq; malis moribus, abſq; malis ſocietatibus rutilat ſignum eſt quod talis bene proficiet, erit bonus, & ſanctus, bonum faciet, de bono in melius procedet, donec veniat ad beatitudinis, & ſalutis diem. Sed quando in mare iuuentutis non apparet lux clara: ſed nubiloſa, vmbroſa, malis operibus, peruerſis operibus, ſuſpectis ſocietatibus. De tali perſona non expectatur niſi malum: niſi pluuia, & lutum immundæ operationis, niſi ventus, & tempeſtas brigarum, & diſſenſionum. Adoleſcens enim iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Prouerb. 22. Ideo dicitur Prouerb. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem via impiorum tenebroſa: neſciunt vbi corruant. Hic dilata ſi vis quod aliqui bene incipiunt, & male terminant. Similes hædo cucumeri aſino. Et ideo quod bene inchoantes bene terminent. Intelligitur in his, qui ſunt bonę naturæ, & conditionis: quia in aliis frequenter non eſt verum. Beata autem Virgo a principio ſuæ creationis, & conceptionis luce clariſſima abſque nubibus rutilauit: quia præ omnibus ſanctis ſanctificata fuit. Vnde ſecundum Bernard. Copioſior ſanctificationis benedictio in ea deſcendit, quam in quoſcunque alios ab vtero ſanctificatos. Ex quo ſtatim patuit quanta, quam ſancta, quam perfecta, quam glorioſa futura fuit. In qua tanta gratia tanta claritas a principio affuit. Ex hoc enim ſtatim prænoſticatum fuit quod ſolem verum, clarum, & ſerenum, ſcilicet Chriſtum, Ipſa dies clara ſine tempeſtate, & ſine pluuijs diuinorum iudiciorum: ſed clarum miſericordia, & pietate nobis adduceret. Ideo de ea poteſt dici, quod ſit lux: & talis, qualis dicitur. 2. Regum 23. Sicut lux auroræ mane oriente ſole abſque nubibus rutilat. Nota verborum ordinem, quia dicit ſanctitatem, & gratiam Virginis lucem auroræ, & lucem mane vtique non ſine myſterio. Ratio eſt. Cum enim ſemper antequam dies appareat nox præcedat vmbra obſcura, & tenebræ, & hoc eſſet mirabile, & ſupra omnem naturam, quod antequam dies appareret in oriente exiret ſol ſupra terram: in principio eſſet tanta claritas in die ſicut vnquam fuit aliqua claritas alicuius diei in meridie, vel maior.

Maria virgo luci comparatur. Lux habet tria facere.

Iſtud

Iſtud mirabile fuit in ſanctificatione Beatæ Virginis, quoniam antequam appareret in oriente apparuit ſuper terram antequam ex mari naſceretur. Ipſa habuit tantum, & plus de luce, de claritate, de ſanctificatione, de diuina gratia, quam habuit vnquam alia dies, ideſt, quęcunq; perſona poſt Chriſtum in quacunque fuerit claritate, perfectione, vel gratia. Vnde quantum excedit lux meridiana matutinam tantum excedit lux gratiæ, & ſanctificationis virginis omnem aliam a Chriſto. Hoc mirabile autem ortum diei in die, ideſt in Virgine dum adhuc eſſet in tenebris in ventre matris meridianam lucem fuiſſe præuidit. Pſalm. cum dicit.
Quia tenebræ non obſcu. a te. & n. ſ. di. ill ſicut te eius ita, & lumen eius. Hoc *Pſal.* 138.
mirabile virginem Beatam ante orientem ſuæ natiuitatis in nocte in ventre matris ſuæ luce meridiana per ſanctificationem claram fuiſſe conſideraturam. Eſa. promittit, 18. Ego quieſcam, & conſiderabo in loco meo ſicut meridiana lux, clara eſt. Ideo ſicut dictum erat, ſicut lux auroræ mane oriente ſole abſque nubibus rutilat. Hoc idem Eſa. futurum Virgini prophetauerat. 58. Orietur in tenebris lux tua: & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies.

Secundo habet lux virtute extremorum vnitiua quod competit virgini in filij ſui conceptione. Videmus enim, quod lux eſt media inter noctem, & diem: & noctem pręcedentem vnit, & coniungit ſequenti diei. Vnde eſt media vnitiua diei, & noctis tenebrarum, & claritatis. Ita Beata virgo eſt media inter noctem, & tenebras humanæ naturæ, & diuinę: claritatemque diuinam quantum ad diuinam naturam ab alia. In eius quippe vtero extrema in infinitum diſtantia, & penitus diuiſa, ſcilicet Deus homo coniuncta vnita, & fęderata fuerunt vinculo, & fędere ſempiterno. Quoniam Deus factus eſt homo, & homo factus eſt Deus. Adhuc etiam inter Deum, & peccatores Virgo Beata iſtud mirabile comparatur. Ipſa quidem ſua pietate, ſua interceſſione peccatores, qui ſunt nox, & tenebra a Deo diuiſi per ſuas iniquitates, per ſua peccata: quia ſecundum illud Eſa. 59 Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum. Renuit, coniungit, & conciliat Deo. Lux vera illuminans omnem hominem, vt dicitur Ioan. 1. Ideo ipſa eſt illa lux coniũgens diem, & noctem, Deum, & hominem in natura, & in gratia: vtique noua lux & miranda, de qua Heſter. 8. Iudæis noua lux oriri viſa eſt. Patet, quia noua vtiq; quia non eſt viſa ſimilis ſicut alia bene inueniuntur fuiſſe a principio duo magna luminaria creata, ſcilicet Adam, & Eua. Patet hęc luminaria, vel quęcunque alia ſubſecuta quantumcunque magna fuerint Patriarchę, ſiue Prophetę, ſiue alij quęcunque non potuerunt coniungere diem, & noctem, tenebram, & lucem, Deum, & hominem, vnde de iſtis duobus luminaribus ſpiritualibus poteſt intelligi, quod dicitur de corporalibus. Gen. 1. Fecitq; Deus duo magna luminaria, ſequitur, vt præeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras. Ita fecerunt adam, & Eua Poſuerunt diuiſionem inter Deum, & hominem, quod vtriq; hodie fit quando ſunt duo magna luminaria duę magnę perſonę in vna communitate, in vna ciuitate, in vno collegio: illa faciunt diuiſiones, illi ponunt brigas, & diſſenſiones quilibet trahit caudã ſuã. Iſti diuidunt cõitatẽ a Deo, & inter ſe mutuo: cũ tñ deberẽt cõiungere, & adiuuare hoc fuit officiũ primorũ parentũ, primorũ luminariũ. Patet: venit iſtud nouũ, & ſingulare lumen, & mutauit antiquum ordinem: & coniunxit, & confęderauit diem, & noctem, Deum pariter, & hominem. In ſuo .n. vtero fuit illud verificatum. Io. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebrę eã non comprehend. Primo factũ eſt per Deũ Patrem Filiũ, & Spir. S. quod Iob. 17. ſperans pręd ixerat affu turũ. Noctẽ verterunt in diẽ: & rurſũ poſt tenebras ſpero lucẽ. Nox in diẽ eſt verſa, qñ a Dei filio humana natura in vtero virginis eſt aſſumpta: & poſt tenebras venit lux qñ poſt culpã, & peccata virginis interceſſione peccatori reſtituitur diu. gra.

Ergo merito in Natiuitate Virginis noua lux oriri viſa eſt. Iſtā lucem Beatam Virginem cum Filio mitti, & oriri optabat, Pſalm. cum dixit. Emitte lucem tuam,& veritatem tuam:ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanct. tuum,& in tabernacula tua. Tertio lux habet virtutem remotorum oſtenſiuam quod virgini competit in filij parturitione. Videmus quippe in curſu naturæ quod ſolis radius,& claritas intrans ſpeculum reddit ſpeculum aptum ad receptionem imaginis ipſius ſolis:qui tamen ſol eſt in cœlo,& nihilominus ſine læſione, & violatione ſpeciali radius,& imago ſolis intrant ſpeculum ingrediuntur, & egrediuntur vſque ad oculos intuentium ſpeculo totaliter perfecto, & integro remanente. Ita ſpiritualiter virgo Beata dicitur lux,& ſpeculum: quoniam ipſa ſuſcepit radium gratiæ a ſuperno ſole,a Deo Patre:nec ſolum gratię claritatem: imo diuina gratia mediante intra ſe ſolis imaginem, ideſt Dei filium,qui eſt imago Patris: & filius erat veraciter in cœlo apud patrem, & in virginis vtero apud matrem. Sicut autem diuina gratia,& filij Dei perſona ingreſſa ſunt virginē ſine violatione,& ſanctificans gratiæ claritas fuit prima in imaginis receptione. Ita vſq; ad oculos intuentium exiuit gratia diuina virginis in conuerſatione, & perſona filij Dei imago patris in parturitione, atque ſaluis clauſtris pudoris, & ſine violatione propter hoc ipſi competit illud Sap.7. Emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera,& nihil inquantum in ea incurrit candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius, & cum ſit vna omnia poteſt Expone vltra ſi vis:& dilata quomodo ipſa eſt ſpeculum ſine macula,& lux noſtrarum macularum oſtenſiua,in qua reſpicientes debemus noſtras maculas abſtergere videndo enim in ea virginitatem debemus abſtergere noſtrā immunditiam:humilitatem debemus abſtergere noſtram ſuperbiam, paupertatem debemus abſtergere noſtram auaritiam. Suam charitatem debemus abſtergere noſtrum rancorem, & inuidiam,& ſic de alijs. Dic etiam quomodo pro peccatoribus poteſt omnia apud filium impetrare, vnde omnia poteſt. Dic aliquod miraculum. Ideo debet quilibet peccator dicere de ea. illud Sapien. 7. Super ſalutem, & ſpem dilexi eā,& propoſui pro luce habere eā,quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Sequitur,& ignorabam quoniam omnium bonorum mater eſt.

Pſal. 42

Pſal. 34.

Quantum ad ſecundum notandum,quod inter cętera,quæ magis cōtriſtant hominem ambulantem, vel in vno loco ſtantem eſt priuatio lucis. Ideo Thobias luce priuatus dicit Angelo Thob. 5. Quale gaudium mihi eſt, qui in tenebris ſedeo,& lumen cæli non video. Et contrario autem maximum gaudiū eſt homini in tenebris ambulanti,vel exiſtenti ortus lucis:quia tunc poteſt homo clare incedere,vel in conſolatione ſtare. In tempore veteris legis fuit nox, & vmbra, quia peccatum primorum parentum ſolem nobis iuſtitiæ occultauit. Ideo ſicut patres ambulabant in tenebris inſequebantur ab inimicis, a diabolis, ſicut latrones conſueuerunt ire,& offendere de nocte. In Pſalm. Vię illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos: quando etiam attingebantur in morte ponebantur in tenebroſo carcere,& vmbroſo inferius in limbo, vel in inferno. Ita dicit expertus, Pſalm. Poſuerunt me in laqueo inferni, in teneb. & in vmbra mortis. Ideo erant in ſumma deſolatione,& clamabant illud Eccll. 36. Miſerere noſtri Deus omnium:& reſpice nos,& oſtende nobis lucem miſerationum tuarum, & immitte timorem tuum ſuper gentes,quę non exquiſierunt te. Tandem Deus miſit lucem Beatam Virginem, quæ illuminat, & dirigit ambulantes in via gratiæ. Fugat dæmones impugnantes, & perſequentes homines bonæ vitæ. Illuminat peccatores exiſtentes in vmbra, & carcere peccatorum culpæ.

Et

Digitized by Google

Et ideo ſancti orta,& nata iſta luce multum lætati ſunt,& nos multum debemus gaudere. Hoc videtur eſſe illud. Eſa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. ha. in reg. vmbra mortis lux orta eſt eis. Ideo hortatur pec catorem quemlibet. Idem Eſa.60. Surge, & illuminare Hieruſalem , quia venit lumen tuum,& gloria Domini ſuper te orta eſt.

Quantum ad tertium nota:quod ſcriptura ſacra non ſine myſterio iſtam lucem dixit orta iuſto:in quo etiam intellexit iniuſtum, quia eadem eſt diſciplina contrariorum. Vnde iſta lux eſt ad iniuſtos iuſtificandos,& ad iuſtos iuſtiores reddẽdos. Iuxta illud Apoc 45. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc, & qui ſanctus eſt ſanctificetur adhuc. Ratio eſt. Lux enim inter omnia maxime eſt ſui ipſius diffuſiua,& communicatiua. Vnde videmus quod ſol oriens ſuam lucem communicat rebus pulchris,& fędis mundis,& immundis,viuis,& mortuis,altis,& baſſis. Nec eſt,qui ſe abſcondat a virtute eius. Vnde res mortificatas viuificat, deturpatas purificat, pulchras confortat, & viuas mortificat. & tam bona , quam mala ſuam virtutem recipiunt,& influxum. Sic eſt de Beata Virgine,ipſa enim lucem ſuæ pietatis, influxum ſuę benignitatis, omnibus communicat tam malis,quam bonis, tam pulchris in gratia, quam immundis ex culpa,tam viuis in charitate, quã mortuis in rancore,paruis,& magnis,tam iuſtis,quam iniuſtis. Iuſtis,vt proficiant Iniuſtis,vt iuſti fiant. Et ideo eius ortus lucis,& ſolis ortui comparatur. Vnde dictũ eſt.Mat.5 Solem ſuum facit oriri ſuper iuſtos,& iniuſtos. Ratio autem quare hic tantum dicitur,& principaliter intelligitur,orta iuſto,& tacetur iniuſtus:eſt hæc.Dicitur tñ tale prouerbium,quòd qui bene ligat,bene diſſoluit, ideſt ad eoſdem pertinet ligare,& ſoluere. Videmus autem in domibus,& hoſpitijs vbi ſunt duæ ancillæ, ꝙ vt communiter ſunt ibi oppoſitæ,& contrariæ,& quod vna facit altera deſtruit, ꝙ vna congregat,altera diſſipat,quod ligat vna,ſoluit altera. Quando vna ignem cooperit,vel lumen extinguit,altera ignem diſcooperit,&lumen accendit,portam quam vna claudit,altera aperit. Et melius ſcit vna ancilla opera alterius deſtruere,& diſſoluere,quam alia perſona . Spiritualiter in domo huius mundi fuerunt duæ ancillæ,inter ſe valde oppoſitæ,& conditionis contrariæ. Vna guloſa, & male morigerata , altera verecunda,& optime morigerata. vna fuit ancilla diaboli, altera Dei. Ancilla diaboli fuit Eua,quæ fuit immorigerata,& guloſa,quæ ex gula ſua pro vno morſello,ſe,& hominem ligauit vinculo peccati,& iuſtitiæ Deo volens obedire. Hæc ab condit ignem diuinę gratiæ,& lucem originalis iuſtitiæ extinxit aqua iniuſtitiæ, & inobedientiæ. Iſta contribulauit;immo totaliter clauſit, & ſerauit portam Paradiſi poſt ſe exiens, & ſerat omnibus filijs ſuis claudens quando exiuit,quando expulſa fuit ab Angelo poſt ſuum peccatum . De ea poteſt ſpiritualiter intelligi eſſe dictum illud Gen. 21. Eijce Ancillam, & filium eius. Id. irco hęc Ancilla eſt ſortita nomen Euę,quia per eam habuimus omne ve. quia igitur vna Ancilla iuſtitiam originalem extinxerat : ignem diuinæ gratiæ abſconderat,portam Paradiſi clauſerat dignum erat,vt alia ancilla iſti oppoſita , & contradictione contraria,& conditione,quæ ſciret omnia per Euam ligata, & operta ſoluere,& diſcoóperire, & extincta reaccendere, portam clauſam aperire. Ideo Deus procurauit aliam ancillam ſibi morigeratam non guloſam:ſed verecundam, & virtuoſam,illam ſcilicet virginem,quæ dixit. Luc. 1. Ecce Ancilla Domini. Hęc fuit contrariæ conditionis cum prima,quia quod illa ligauit in ſe , & ſuis filijs iſta per ſe,& ſuum filium diſſoluit,& diſſipauit. Vnde pro igne gratiæ abſconditæ ignem gratiæ reſerauit. Nec mirum,quia Angelus dixit ei. Aue gratia plena . Luc. 1.

Ideo cantamus ipſi Mariæ Mater gratiæ,mater miſericordię . Lumen origina-

Digitized by Google

lis iuſtitiæ extinctum ipſa reaccendit inquantum illum genuit, qui eſt ab origine iuſtus dominus,& iuſtitias diligens, qui eſt lumen ad reuelationem gentium. Portam ſeratam paradiſi ſibi aperuit,& ſuis filijs,& omnia Euę mala tandem diſſipauit,& in bonum conuertit. Ideo ipſa mutauit nomen Euę in Aue, quia ipſa abſtulit omne ve. immo cantamus ipſi in hymno,quo ad iſta. Aue Maris ſtella,& c. felix cœli porta. Sumens illud aue Gabrielis ore,&c. mutans nomen Euę. Solue vincla reis, profer lumen cęcis,mala noſtra pelle,bona cuncta poſce. Monſtra te eſſe Matrem. Ergo per primam Ancillam habuimus omne malum, & deſtructionem. Per ſecundam omne bonum, & reparationem. Ideo de iſtis duabus poteſt intelligi illud,quod ſcribitur Prouerb.14. Sapiens mulier ędificat domum ſuam inſipiens autem extructam quoque manibus deſtruet. Fatua fuit Eua, quę à Deo extinctam domum,tollendo diuinam gratiam,& iuſtitiam,& contribulando, & concludendo Paradiſi portam deſtruxit:ſed Beata Virgo ſapiens totum reparauit adducendo gratiam. Vnde loquitur ipſa. Eccl. 24. In me omnis gratia vitę,& veritatis.in me omnis ſpes vitę,& virtutis. Reducendo iuſtitiam. vnde dicit. Pſ.
Pſal. 71 Orietur in diebus eius iuſtitia,& aperiendo Paradiſi portam. vnde forte ipſa eſt illa ſpiritualiter intellecta ancilla oſtiaria, quæ introduxit Petrum, id eſt quemlibet confitentem. vnde poſtquam per eam iuſtitia eſt reducta,peccatores fuerunt iuſti,& de iniuſtis facti iuſti. Et de ea dictum eſt. Lux orta eſt iuſto, & ipſa eſt facta porta peccatoribus iniuſtis primo:ſed iuſtis per eam vltimo, clamabat audacter Chriſtus,ianitoribus Paradiſi. Aperite portas iuſtitiæ ingreſſus in eas confitebor Domino. Et ſi aliquis vellet dicere,quod per Euam eſſet clauſa porta propter iuſtitiam ipſe reſpondit per Virginem eſſe portam apertam propter introductam iuſtitiam, dicens. Hęc porta domini iuſti intrabunt in eam. Iuſtum ingreſſum per iſtam portam nobis tribuat,&c.

SERMO LXXII.

De Beato Thoma de Aquino Confeſſore Ordinis Prædicatorum.

Pſal. 98 IN columna nubis loquebatur ad eos. Obſeruant hoc reges mundani Principes,& magnates ad honorem,& excellentiam propriæ dignitatis, quod per ſe,& immediate in perſona, & lingua propria publicè, & coram omnibus non loquuntur, non edicunt ſua mandata, non dāt ſua reſponſa: non alloquuntur populum, non manifeſtant ſuam voluntatem, ſuum votum, vel propoſitum, ſed habent aliquem ſecretum conſiliarium, pollentem ſcientia eminentem ſapientia, & eloquentem facundia, fortem conſtantia,cui ſecretè loquuntur, & pandunt ſua propoſita ſuas voluntates, & ſua vota ſecreta,& tales ſunt os, ſunt lingua Regum, & Principum: & per iſtos loquuntur per tales alloquuntur dant reſponſa,pandunt ſua pręcepta, & mandata, quandoque quidem per ipſos immediate populo,quandoque non immediate: ſed alijs ſecretarijs eloquentibus,& peritis: magis tamen remotis iudicia per dominum,reuelata panduntur. Ita legimus per Beatum Dionyſium de diuinis nominibus a Deo rationabiliter inſtitutum, vt infima regantur per media, & media per ſuprema. Sic docet Dionyſius.

Ita

Ita fecit Deus. Legimus namque. Exod. 4. Quod cum Deus feciſſet Moyſen ductorem, & principem populi Iſraelitici, ducendi in terram promiſſionis: ordinauit ipſe dicere verba Moyſi tanquam Secretario primario, & quod Moyſes non omnia immediate loqueretur ad Populum. Sed loqueretur aliqua Moyſes ad Aaron tanquam ſecretario ſecundarium, & Aaron ad populum: quia ipſe eloquens erat. Vnde dixit Deus Moyſi. Aaron frater tuus leuites ſcio, quod eloquens ſit loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & oſtẽdam vobis quid agere debeatis ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad eum pertinent.

Ad propoſitum Deus non ſolum eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium. immo eſt princeps Regum terræ. Apoc. 1. Ipſe propter excellentiam ſuæ regiæ dignitatis. Non ſemper locutus eſt ſua ſecreta, non mandauit ſua præcepta, non ſua dedit reſponſa populo ſuo. Populo appropinquanti ſibi ad terram promiſſionis Cœleſtis eunti per ſe immediate in ſua Diuinitate ore, & lingua Diuina: ſed ſemper habuit diuerſos ſecretarios: conſiliarios aliquos magis immediatos, & aliquos magis mediatos: quibus diuerſis temporibus ſua ſecreta: ſua vota reſerauit: eos habens familiares, & domeſticos: ſicut in lege veteri Patriarchas, & Prophetas ſanctos: in lege noua Chriſtum. Apoſtolos, & Doctores Eccleſiæ Spiritu Sancto inſpiratos. Quia vt ſcribitur ſecundæ Pet. 1. Non volũtate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei Homines. Os enim Dei loquentis, & lingua fuerunt in lege veteri Prophetæ. In lege noua Chriſtus, & Apoſtoli. de Chriſto quidam, & Prophetis. Hebr. 1. Multipharie multiſque modis olim Deus loquẽs patribus in Prophetis nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. De Apoſtolis autem. Act. 2. Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœ. lo. va. linguis prout Spiritus Sanctus da. eloqui illis. Non ſolum autem Prophetę. Chriſtus, & Apoſtoli fuerunt os, & lingua Dei; immo etiam conſequenter Doctores, & alij Spiritu Sancto inſpirati quibus Chriſtus loquebatur illud. Mar. 13. Non enim vos eſtis loquentes: ſed Spiritus Sanctus. In nouiſſimis autem, & modernis temporibus Deus vnum ſecretariũ, vnum ſingularem conſiliarium habuit; fortem conſtantia: pollentem ſcientia: eminentem eloquenti facundia. Cui ſuæ ſcientiæ, & ſapientiæ, ſecreta, & alia myſteria reuelauit, & per eum multis ſecretarijs Doctoribus, & Prædicatoribus alijs per eum ac per eius Doctrinam inſtructos ſuo populo Chriſtiano multipliciter reuelauit, & manifeſtauit qui haurientes de ſua Doctrina intelligentiam Scripturarum Diuina ſecreta, Diuina mandata populo reſerarunt. Iſte conſiliarius immediatus, & ſecretarius fuit B. Thomas de Aquino confeſſor glorioſus, & doctor egregius cui velut alteri moyſi loquebatur Deus ipſi notitiam, & ſcientiam Diuinorum, & ſacrarum ſcripturarum multipliciter infundendo, & ſuam voluntatem reſerãdo, ſua myſteria abſcondita reuelãdo, qui quidem ipſe ſuo ore populum Chriſtianum docuit ore proprio loquendo, docendo, legendo, & prædicando: quidam autem alijs doctoribus, & prædicatoribus ſuam doctrinam ſtudentibus reuelauit quæ ipſe populo prædicat, & annunciat tota die. Sicut Aaron a Moyſe docebatur, & poſtea populũ edocebat. Vnde ſicut moyſes exceſſit Prophetas, & Doctores antiquos in cognitione, & reuelatione Diuinorum in diuina locutione, & notitia diuinorum ſecretorũ. intantum vt dicatur. Exod. 33. Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciẽ ſicut loqui ſolet Homo ad amicum ſuum. Ita B. Thomas excedit omnes Doctores noſtri, & ſui tpis in reuelatione diuinorũ, in cognitione, & eruditione, ipſorum intantum vt adeo fuerit familiaris Deo in diuinarũ reuelationũ acceptione ꝙ poſſit dici, ꝙ Deus ipſi facie ad faciẽ loqueretur, ideſt clara, & quaſi facili lucida notitia ipſi ſua ſecreta loqueretur panderet, & reuelaret q̃ ipſe nobis poſt ſcriberet, & prædicaret.

Ideo

Digitized by Google

Ideo conſiderata conditione ſancti Thomæ quo ad eius conſtantiam notitiam, ſapientiam, & facundiam, conſiderata Diuina inſpiratione, & reuelatione, qua ſancto Thomæ per Deum conceſſa Deus eo medio tanquam ore ſuo lingua ſua populum inſtruebat. Quomodo Deus in Beato Thoma loqueretur, & Sanctus Thomas qualis eſſet. Hic oſtendit. pſalmus. In columna nobis loquebatur ad eos. In quibus verbis deſcribit huius Sancti Doctoris, & Confeſſoris Beati Thomæ de Aquino.

Conſtantiam
Influentiam
Et eloquentiam. } In columna nubis loquebatur ad eos.

} Beatus Thomas ſiquidem habuit pre cęteris. { Firmitatem conſtantiæ.
Vtilitatem influentiæ.
Claritatem eloquentiæ.

} In columna nubis loquebatur ad eos. { Habuit autem.

Firmitatem conſtantiæ.
Vtilitatem influentiæ.
Claritatem eloquentiæ.

Conuerſatione virtuoſa
Operatione fructuoſa
Eruditione luminoſa } In columna nubis loquebatur ad eos.

Quantum ad primum. Sciendum quod ſapiens artifex in domo quæ columnis innititur, non ponit columnas debiles, fragiles, & mobiles in medio domus: ſed fortes firmas, & ſtabiles quæ contra omne periculum valeant ſuſtentare domum, alioquin domus rueret cum columna. Chriſtus non ſolum eſt ſapiens artifex: immo eſt ipſa ſapientia, & ars Dei patris, ipſe ædificauit, & fundauit domum Eccleſiæ. Sicut dicit. Pſalm. Aedificauit Dominus Syon. Iſtud autem ædificium Eccleſiæ innititur columnis id eſt Doctoribus Sanctis. Ideo ipſe non elegit columnas fragiles homines in errores in falſitates, in peccata fragiles: ſed fortes firmatos ſtantes, contra omnem tentationem conſtantes. De quibus dixit Chriſtus in pſal. Ego confirmaui columnas eius. Inter has columnas fortes Beatus Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum fuit vna poſita ad ſuſtentationem Eccleſiæ conſtans, & firmiſſima cõtra hęreticos infideles, & paganos: cõtra errores, hæreſes, vitia, & peccata: quæ fuit tantę conſtantiæ quod ſemper ſuſtentans Eccleſiam nulla concuſſione vnquam fuerit mota vel commota, quod ſic patet. Illa enim columna diceretur firmiſſima quam non frangeret vel confringeret ignis vrens, fluuius irruens, ventus obruens, machina feriens.

Sic Beatus Thomas dicitur fuiſſe columna firmiſſima ſoliditate conſtantiæ, quoniam ipſum non potuit mouere: commouere vel concutere. Primo ignis vrens conſumentis luxuriæ: quæ enim tam fortis palea, immo vel natura ferrea quæ poſſit igni reſiſtere vt non comburatur: ſi ignis ipſi apponatur. Ita quis tam debilis tam fortis qui ad ſocietatem ad coniunctum: ad colloquium: ad tactum: ad impulſũ mulieris, cuius concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit Vt dicitur Eccl. 9. Non comburatur, non vratur, & tamen ſanctus iſte columna immobilis fuit ad iſtum ignem applicatus, & non fuit aduſtus. Legitur in legenda eius quod ablatus ab ordine prædicatorum per parentes, & poſitus in carcere: vt a propoſito religionis reuocaretur puella corrupta mente, & corpore impudica ad eum eſt introducta quæ cum multis verbis, & factis multis oblectamentis, & blandimentis a Virginitatis conſtan-

tia

tia deijcere nitebatur. Tunc ipſe virtute conſtantiæ roboratus tyſſionem ardentem de camino accipiens in puellam inſurrexit. Et de camera ignem cum igne fugauit. Et tunc Crucem tyſſione parieti faciens coram Cruce in oratione poſitus Virginitatis perpetuæ cingulum a Deo, mediante Angelo qui eum cinxit, meruit obtinere.

Nota latius in legenda. Ergo iſta fuit maxima virtus, & maxima conſtantia contra ignem immunditiæ virginitatem perpetuam obtinere. O vtinam hodie eſſent multę tales columnæ ſic ſolidæ, & ſic firmæ. Quæ non adurerunt iſto igne. Sed vere lugendum eſt, quod multæ columnæ quæ videntur eſſe columnæ, & non ſunt non ſolum aduruntur igne appoſito: immo modica ſcintilla vel fumo appoſito, quia ad vnum aſpectum, ad vnum colloquium, ad vnum tactum, ad vnum ſolatium cadunt miſeri, & flectuntur, aduruntur, & comburuntur. Iſtę ſunt illæ columnæ Aeneæ. De quibus dicitur. 4. Reg. 25. Columnas æneas quæ erant in Templo Domini confregerunt Caldæi, ideſt Diaboli. Ideo competit Beato Thomæ. Illud Hier. 1. Sibi Doctũ a Domino. Ego dedi te hodie in Ciuitatem mundam, & columnam ferream, & in murum Aeneum, & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecũ ſum: vt liberem te. ait Dominus. Secundo nec fluuius irruens fluentis auaritiæ, diuitiæ fluuius dicuntur, quia fluunt continue non ſtant apud vnum nec eodem modo: quæ autem eſt terra quæ Aquam ſuperuenientem non recipiat, quæ petra quam Aqua ſuperueniens non madefaciat: quæ turris quam torrens inundans non concutiat? ſic quæ perſona quæ diuitias abijciat? Quæ ſuperuenientes non recipiat? Quæ perſona quam ſaltem diuitiarum habita copia aliqua complacentia dilectione vel delectatione non madefaciat? Aut quæ tam fortis quam non concutiat? Vel in amore poſſidendi, vel in labore acquirendi, vel in timore dimittendi. Tamen hæc colũna in nullo fuit concuſſa peccato auaritiæ: immo cum eſſet de nobilibus parentibus, & diuitibus comitibus de Aquino diuitias fugit, paupertatem quæſiuit, & ordiné pauperem prædicatorum ad ſequendum pauperem Chriſtum intrauit, & biennio vt ad diuitias rediret, & paupertatem dimitteret carcerem, & cappæ lacerationem ſe micinijs ſolum inuolutus inuiolabiliter, & inconcuſſe ſuſtinuit, & vinci nó potuit. Paupertatem etiam contra. G. de ſancto amore, & eius ſequaces forti certamine ſuſtinuit, & de paupertate multa in diuerſis tractatibus ſcribens eum pro ea vicit. Semel etiam cum erat prope pariſium in monte martyrum, viſa Ciuitate Pariſienſi cum fuiſſet interrogatus an vellet eſſe Dominus Pariſienſis. Reſpondit, quod plus vellet habere Chryſoſt. ſuper Matthęum, quam Ciuitatis Pariſien. Dominium. Paucæ inuenirentur hodie tales columnæ. Quæ fluuio auaritiæ non concutiantur. Ne dicam deijciantur. Dicitur enim Iob nono Terram commouet de loco ſuo, & colũnæ eius concutientur. Non fuit talis columna Sanctus Thomas. Sed firma, & immobilis ſicut Marmorea. Vnde de eo, & de ſimilibus eius Dici poteſt illud Canticorum Sexto.

Columnæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas. Tertio nec ventus obruens impellentis iactantiæ. Communiter videmus quod venti magni ſtant fortius in locis altioribus. Ita ventus ſuperbiæ: iactantię: inanis glorię in maioribus: vt in illis qui ſunt maiores Genealogia, potentia vel ſcientia. Scientia enim inflat. 1. Cor. 8. Quãuis autem Beatus Thomas fuerit nobiliſſimus proſapia, perfectiſsimus ſcientia, tamen ventus ſuperbię vel inanis glorię eum ſicut columnam firmam non agitauit, quia ſummam humilitatem induit ſciens. Iuxta illud. Eccl. 3. Quanto maior es. Humilia te in omnibus. Patet de tempore quo ſtudens in teutonica Colonia biennio mutus latuit: quia baccalaurius in Theologia magiſterium quantum in ſe fuit renuit, quia magiſter in Theologia Bononię fratrem ad villam pro quęſtu conuentus aſſociauit.

Digitized by Google

aſſociauit. Item cum quidam magiſter in Theologia contra eũ in quadam quęſtione determinaſſet. Cum a quibuſdam impelleretur vt contra eum aſſumeret non plus reſpondit. Licet ipſi opinari ſicut, & mihi. Hæc omnia vide in legenda eius. Ideo quia B. Thomas habuit altiſſimas perfectiones, & ventus ſuperbię non potuit eum humilitate firmatum in aliquo commouere: potuit dicere. illud Eccl. 24. Ego in altiſſimis habitaui ſupple in perfectionibus, & Thronus meus in columna nubis ſcilicet humilitatis. Quarto nec petra feriens machinæ percutientis. Machina percutiens eſt ambitio promouens, petra proiecta eſt præbenda, prælatio, vel dignitas ablata. Ratio eſt. Machina eſt iſtius conditionis, quod paruos lapides proijcit longe: ſed grandes lapides, & ponderoſos non poteſt proijcere longe: ſed prope, & quãto maiores ſunt tanto proijcit minus longe, & magis prope. Ita eſt de prębendis dignitatibus, & beneficijs, de prælationibus quia illi qui ſunt machinæ qui habent poteſtatem proijciendi, poteſtatem conferendi, dignitates, beneficia, perſonatus, & cætera.

Quando ſunt lapides parui paruæ præbendæ, parua beneficia, parui redditus, pijciunt longe, non curant ſi conferunt remotis, vel remotis patria, vel remotis genealogia: vel remotis affectione, vel remotis cognatione. Sed quando lapis eſt grauis, & ponderoſus, quando præbenda beneficium vel dignitas eſt ponderis, & multorũ redditu um valet multum nõ poſſunt proijcere, non poſſunt remotis conferre: oportet quod cadat prope conferatur alicui propinquo vel cognatione, vel natione, vel affectione, vel beneficij, vel ſeruitij oblatione. Ad iſtum lapidem multi reſpiciunt quãdo veniet, quando feriet, quando machina proijciet, quando prælatus conferet, & certe multi muſicant, & muſo muſcis declinant, & multi in vanum quia faciunt ſibi pennas, vt Aquilæ & auolant in Cœlum. Iſtum lapidem Beatus Thomas timuit, & non concupiuit: immo Papa qui tunc erat duos groſſos lapides, ſcilicet Archiepiſcopatum Neapolitanum ipſi miſit, & contulit. Et vnum alium ſcilicet curam prioratus, & adminiſtrationem Sancti Petri ad Aram de Neapoli. Sed ipſe totum fugit, & renuit, & petiuit ab eo pro dono ſpeciali quod de cœtero ſibi talia non offerret, immo a Deo oratione importuna obtinuit ne ad prelationis officium vnquam aſſumeretur. Timebat enim Verbum illius qui poſt mortem dixit. Si non fuiſſem de numero prælatorum non fuiſſem de numero damnatorum. Non ſunt multi qui iſtum lapidem fugiant qui ab eius ictu ſe abſcondant. Quos iſti lapides venientes gaudio non concutiant. Sed Beatus Thomas fuit columna conſtans quam non potuit iſte lapis concutere. Ideo videtur Chriſtus ſic dixiſſe. Illud 1. ad Timoth. 3. Scias quomodo oportet te in Domo Dei conuerſari quę eſt Eccleſia Dei viui: columna, & firmamentum veritatis. Ergo Beatus Thomas fuit columna firma. Vincens ignem vrẽtem immunditię ſua virginitate, fluuium irruentem auaritię, ſu a paupertate, ventum obruentem ſuperbię ſua humilitate: machinam ferientem ambitionis praue ſua sãctitate. Ideo poteſt dici de eo illud quod dicit Chriſtus. Apoc. 3. Qui vicerit faciam illum columnam in Templo Dei mei.

Quantum ad ſecundum. Sciendum quod in Scriptura Sacra per nubes Apoſtoli, & alij poſt eos Doctores, & Prędicatores intelliguntur. Vnde Greg. 17. Moralium Capit. 13. Exponendo illud Iob. 26. Ligat aquas in Nubibus ſuis: dicit ſic. Nubium nomine quid in hoc loco aliud quam Prędicatores Sancti Apoſtoli diuinãtur: qui per mundi partes mundum circumquaque tranſmiſſi, & verbis nouerunt pluere, & miraculis coruſcare: quos Eſa. longe ante intuens aiebat, qui ſunt illi qui vt nubes volant? Et quia Beatus Thomas fuit inter Doctores, & Prędicatores re, & nomine precipuus: hic ideo Nubis nomine deſignatur cum dicitur columna nubis. Dicitur autem Beatus Thomas, & Sancti alij Doctores, & Prędicatores nubes in Scriptura

Sacra:

Sacra:quia a Sanctis Doctoribus,& Prædicatoribus perfectis velut a Nubibus egre ditur.Primo pluuia fœcũdans in deuotorum eruditione ſacra:videmus enim quòd Nubes a Cœlo pluunt guttas minutas quæ terram bonam inebriant, impregnant, & fœcundant ad producendum bonos fructus ad fructum,& panem habendum.Ita Sancti Doctores,& Prædicatores a Cœlo Scripturæ Sacræ quæ cælat ſecreta Diui- na:quæ continet alta myſteria pluunt verba animas ſanctas impregnantia,inebri- antia,& fœcundantia:in quibus faciunt producere fructus plurimos operum opti- morum.Vnde Pſalm.Mandauit Nubibus deſuper, & ianuas Cœli aperuit, & pluit illis Manna ad manducandum,panem Cœli dedit eis.Talis Nubes fuit Sanctus Tho mas qui guttis pluuiæ verborum Doctrinæ totam Eccleſiam in quatuor mundi partibus irrigando fœcundauit:immo tantum pluuit tantum docuit:quod ſua plu- uia in quatuor fluuia inũdauit:quorum fluuiorum primus iuit ad Orientem Theo logiæ:ex qua iuſtitiæ Sol nobis oritur.Secundus iuit ad Occidentem moralis Philo ſophiæ in qua finis vltimus nobis oſtenditur. Tertius ad meridiem Phyſicæ in qua claritas rationis expanditur.Quartus ad Aquilonem Logicæ ex qua tempeſtas diſ- putationis egreditur.Dic quot,& quanta ſcripſit in Theologia in Morali Philoſo- phia,in Philoſophia Naturali,in Philoſophia rationali. Sic ſunt quatuor flumina ab iſta Nube velut de loco voluptatis egredientia ad irrigandum Paradiſum Eccle ſiæ militantis.Gen.2.Ideo de eo poteſt dici illud.Iob.36. Effundit imbres ad inſtar gurgitum qui Nubibus fluunt. *Pſal.77*

O felices gurgites in quibus tot piſcatores,tot Doctores piſcantur,& Doctrinam ſalubrem hauriunt. O felices,& profundi gurgites in qubus tot piſces,tot ſtuden- tes natant,bibunt viuunt, & proficiunt. Dilata quot ſcholares natant in gurgite eius Doctrinæ:in Logicalibus,in Moralibus,in Naturalibus,in Theologia Pariſij,& in alijs locis generalibus,& ſtudijs.Tertio lux coruſcantis in bonorum operum exe cutione: nihil enim valet prædicare bene loqui, & dicere niſi adijciat bene agere, & ideo quod curant verbis,& Doctrinis inſtruunt:debent curare factis,& exemplis oſtendere.Dicitur enim Prouerbiorum 25.Ventus,& Nubes,& pluuiæ non ſequen tes vir glorioſus,& promiſſa non complens.Ideo per coruſcationem in Nube intel- ligitur lucida operum executio in Doctore qua ſe, & alios reddit lucidos, & coru- ſcos.

Talis coruſcus fuit Beatus Thomas:quia quod de virtuoſis actibus verbo,& ſcri- pto docuit hoc in ſe facto,& exemplo exercuit,& tenuit. Dic de vita eius quantæ Deuotionis,quantæ Orationis,quantæ Contemplationis,quanti Exercitij in omni bono fuit.Vnde omnium virtutum luce nocte,& die continue coruſcabat vt tam il los qui erant in nocte peccati quam illos qui erant in die gratiæ exemplis ſanctiſſi mis illuſtraret.Ideo ipſi competit illud Eccl.43. Accelerat emittere coruſcationes iudicij ſui:propterea aperti ſunt theſauri, & euolauerunt Nebulæ ſicut aues:in ma gnitudine ſua poſuit Nubes,& confracti ſunt lapides grandinis.Applica.Tertio ſo- nus tonitruans in malorum hominum increpatione. Non ſolum enim a Nubibus Doctoribus venit pluuia Diuinæ ammonitionis,& eruditionis in bonos:immo etiã tonitruum correctionis,& increpationis in malis vt terreat, & fugiãt a facie arcus. Ad hoc enim eſt tonitruum vt veniant illi qui ſunt in Tartaro,ideſt in peccato. Ita tonuit ſuper Iudæum quem conuertit: ita tonuit ſuper fratrem qui volebat come- dere paſtillum.Ita tonuit contra Aueroym in tractatu contra eum. Ita contra Hæ- reticos,& gentiles in ſumma,&c. Vnde in legenda eius ita prædixit. pſalm. Ponis *Pſal.103*
Nubem aſcenſum tuum qui ambulas ſuper pennas ventorum. Sequitur. Abyſſus ſi- cut veſtimentum amictus eius ſuper montes ſtabunt Aquæ.Ab increpatione tua fu gient:a voce tonitrui tui formidabunt.

Digitized by Google

Nota poſuit Nubem, ideſt aſcendit in altum perfectionis, vt nubes ambulans ſuper pennas ventorum, ideſt docens, & intelligens ſubtilitates ſcriptorum. Abyſſus ſicut veſtimentum eius amictus, ideſt profunditas intelligentiarum operiebat, & cingebat intellectum eius.

Vnde, & Thomas interpretatur Abyſſus ſuper montes, ideſt aliquos Doctores ſtabunt Aquæ Doctrinæ eius. Ad hoc propoſitum, & ad duo præcedentia omnia ſimul amplectens ita ſcripſit. Pſalm. De iſtis nubibus loquens: Multitudo ſonitus Aquarum vocem dederunt Nubes. Ecce pluuia fœcundans eruditionis. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi Terræ, &c. Ecce lux coruſcans executionis. Etenim ſagittę tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota. Ecce ſonus tonitrui increpationis. Quarto ignis fulgurans incendens inflammans in miraculorum operatione. Quando enim Nubes Doctores immittunt pluuiam operationis in eruditione, lucem coruſcationis in executione, tonitruum correctionis in increpatione. Sequitur fulgur miraculoſæ operationis in ſignorum oſtentatione. Sicut enim Apoſtoli prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Ita fulgurauit Nubes iſta Beatus Thomas. Nota eius miracula de legenda quæ volueris. Abacuc 3. Ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. Ideo ipſi competit illud. Iob. 36 Si voluerit extendere Nubes quaſi tentorium ſuum, ideſt latam miraculorum operationem. Eſt fulgurare lumine ſuo deſuper cardines quoque maris operiet. Quod exponens Greg. 7. Moral. Cap. 7. dicit. Quid ſentire fulgura niſi miracula debemus. De quibus per pſalm. tangitur. Fulgura multiplicabit, & conturbabit eos. Per has ergo Nubes cum lumine ſuo Deus deſuper fulgurat: quia per prædicatores ſuos inſenſibilitatis noſtræ tenebras, & ignorantias illuſtrat. Cumque Nubes iſtæ verbis pluunt. Cumque miraculis vim coruſcæ lucis aperiunt extremos mundi terminos in Diuino amore conuertunt. De iſtorum numero fuit Sanctus Thomas de quo quoad ipſum, & alios Doctores ipſi ſimiles: quoad quatuor Nubis prædictas conditiones dicit. pſalm. Aqua in Nubibus aeris, ideſt in Doctoribus Sacris. Ecce pluuia fœcundans dulcor ammonitionis prę fulgure in conſpectu eius Nubes tranſierunt, ideſt præfulgidæ, & coruſcatio alios illuſtrantes. Ecce lux coruſcans fructuoſæ executionis. Et de Cœlo intonuit, ideſt de Cœleſti viro Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam. Ecce ſonus tonitruans rigoroſæ increpationis, & miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura ſua multiplicauit, & conturbauit eos. Ecce ignis fulgurans miraculoſæ operationis.

Pſal. 76 *Pſal. 17* *Pſal. 17*

O vtinam Nubes ideſt Doctores noſtri temporis eſſent tales: ſed timeo quod ſint ſimiles quibuſdam Nubibus aridis, & ſiccis a quibus nō exit ros nec pluuia: ſed grādo, tempeſtas, ventus venit concutiens, & arbores deſtruens. Ita de quibuſdam Doctoribus peſtiferæ Doctrinæ, non coruſcatio bonæ vitæ, ſed tempeſtas diſputationis, & ventus iactantiæ, & grando peruerſæ Doctrinæ quæ grandinat auditores. De his Iudas in canonica ſua Cap. 1. Nubes ſine Aqua quæ a ventis circunferuntur arbores autumnales infructuoſæ bis mortuæ eradicatæ fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones: ſydera errantia quibus procella tenebrarum conſeruata eſt in æternum.

Quantum ad tertium. Sciendum quod inter Doctrinas omnium Doctorum Doctrina Beati Thomæ fuit vna ordinatiur breuius clarius, & vtilius ordinata. Ideo eius eruditio proprie hic vocatur locutio vnde ſic clare dicta ſua tradidit, & docuit quod ipſi poteſt illud competere quod fuit dictum Domino. Ioan 16. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Sed nota mihi ſic videtur eſſe hodie ſicut fuiſſe inter animalia narratur: poetice fingitur quod Philomena in Domo vna nutrita cantabat clare, & pulcherrime, & ſonos ac cantus varios modulabat, & ad

ſuum

ſuum cantum audiendum omnes auditores trahebat. Idcirco Dominus Domus de auicula tota die totaque familia ſollicite curabat. Vidit hoc Aſinus, audiuit cantus & cœpit Philomenæ intrinſecus inuidere, & cogitauit conſimiliter, & ipſe cantare vt ſic ad ſe traheret auditores, & vocem Philomenæ impediret, & ſuo ſono horribili ſepeliret. Philomena igitur cantante cantauit immo rudit Aſinus, & cœpit auiculam impedire. Cantauit iterum, & Aſinus iterum rudebat: tandem cantum tenuit donec Dominus, & familia aduertit, & vnde credidit auditores attrahere, & commodum reportare: incommodum, & cunfuſionem reportauit: quia tantum baculis flagellatus fuit donec cantum, & cantandi appetitum amiſit. Ita in propoſito: Philomena enim id eſt Beato Thoma cantus varios, ideſt libros diuerſos in ſententijs, & ſcientijs diuerſis cantante, & dictante, & per hoc auditores, & ſtudentes ad ſe trahẽte: quidam Doctores alij non vtique Philomenæ ſed Aſini non cantantes ſed rudentes rudis, & groſſi ingenii volentes vocem, & Doctrinam propriam exaltare, & doctrinam Sancti Thomæ impedire, & ſcholares ad ſe attrahere inceperunt non cantare non dictare ſed rudere contra eius dicta docendo detrahendo, & ſcribendo. Sed pro vero vnde crediderunt reportare Gloriam, & honorem habuerunt opprobrium, & confuſionem.

Nam finaliter Dominus Papa, & Eccleſia etiam ipſo viuente aliquos ſic baculauit quod eos a magiſterio Theogiæ depoſuit. Aliquorum etiam dicta poſt eius mortem nunc iſtis temporibus contra ſuam Doctrinam rudentia condemnauit, cõfudit, & combuſſit, & ad cantum, & Doctrinam eius Catholicam etiam inuitos deuios, redire compellit. Ipſi enim erant illi de quibus. pſalm. Locuti ſunt ad uerſũm me lin. & ſermo. odij circun. me. & expug. me gratis. pro eo vt me dili. detrahe. mihi. Ego autem ora. & po. aduerſum me mala pro bono odium pro dilectione me. Abyſſo ero mal partit in vulgari. Recte ſanctus Thomas eſt Ioſeph qui ex eo quod viſionem ſibi a Deo reuelatam dixit fratribus ſuis. Inuiderunt ipſi, & eum pſecuti ſunt quem poſtea inuiti adorauerunt. Vnde dicitur Geneſis 36. Oderant eum nec poterant quicquam pacifice loqui. Sequitur infra. Inuidebant, ei igitur fratres eius, & mutuo loquebantur. Ecce ſomniator venit. Ita quia Beatus Thomas a Deo reuelationes acceptas circa expoſitiones Scripturarum docebat, & ſcribebat fratres eius aliqui de Chriſtiana Religione eum odio habuerunt. Sed vere gratis, & eum reputauerunt ſomniatorem, & ideo inuidentes non potuerunt quicquam ipſi pacifice loqui; ſed tantum tradendo, mordendo, detrahendo, contra eum ſcribendo. Sed pro vero in hoc plus eum exaltauerunt, & ipſi ad eius Doctrinam ſicut, & fratres ad Ioſeph redire compelluntur. Idem etiam factum eſt in hoc ſancto quod & in Chriſto. Cum enim Chriſtus prædicaret vritatem detrahebant ipſi Iudæi dicentes. Lucæ quinto.

Pſal. 108

Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Et tamen poſtea veritate compulſi, coacti ſunt dicere. Ioan. 7. Numquam ſic locutus eſt Homo. Ita, & in iſto dicto hoc eſt Domini Alberti Vaticinium: quod poſtquam Beatus Thomas Coloniæ mutus ſteterat, & poſtea tam egregie reſponderat ſic prædixit. Iſte bos mutus talem mugitum dabit quod audiet totus mundus. Tunc verificatum eſt illud. Lucę 1. Locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. Vide in legenda. Ideo ipſi competit illud Iob. 1. In omnibus his non peccauit Iob aliis ſuis nec ſtultum quid contra Deum locutus eſt. Ideo eius Doctrinam vel eum ſequentes non confundentur. Ratio autem quare, & in ſcribendo, & in docendo non errauit, nec peccauit, nec vllam confuſionem recepit eſt iſta habens infrà turrim firmam bene fortem, & clauſam, & habens portam bene firmatam ſi ab intra exiſtens intra turrim, & portam contra hoſtes clamet, & loquatur contra hoſtes ſagittet, & iacula, & tela proijciat tutus eſt: non oportet ipſum

ſum timere:non poteſt lædi;non poteſt verberari:non poteſt confundi. Sed quando quis extra fortalicium extra portam inuadit hoſtes : non eſt mirum ſi læditur:ſi capitur:ſi confunditur. Turris fortiſſima eſt Sancta Mater Eccleſia. Ipſa enim eſt ſicut Turris Dauid quæ ædificata cum propugnaculis:mille clipei pendent ex ea omnis armatura fortium. Cant.4. Porta firma eſt fides Catholica. Non eſt ergo mirum ſi aliqui ſuis Doctrinis, & verbis hoſtes inuadentes extra turrem,& portam, ideſt extra Eccleſiæ,& fidei Catholicæ Doctrinam docentes capiuntur:comburuntur,& læduntur,& confunduntur:quia non ſunt intra turrim intra Eccleſiam:non ſunt intra portam, intra fidem Catholicam:vt Hæretici,& Doctores mali:ſed Beatus Thomas ſemper exiſtens intra Turrim Eccleſiæ intra portam fidei: de iaculis Scripturæ Sacræ inuaſit hoſtes Hæreticos,verba Dei locutus eſt de porta fidei contra ęmulos,& ideo nec ipſe,nec eius ſequaces lędi vel confundi potuerunt. Ideo de dictis eius,de ſcriptis eius,de Doctrinis eius addiſcendis,& exemplo eius intra portam cõtra hoſtes iacendis ſcripſit. Pſalm. Beatus vir qui impleuit deſiderium ex ipſis non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. Ergo ſui deuoti Doctores,ſcholares, & imitatores Beati ſunt omnes.

Quam beatitudinem præſtare dignetur, &c.

SERMO LXXIII.

In quacunque Synodo, vel congregatione prælatorum, & ſubditorum.

Pſal. 100 AMbulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. In noſtro vulgari dicitur. Quel maiſtre tel varlet. Hoc ed dictu: conditionem Dominorum ſequitur conditio famulorum. Vnde verſus. Sunt Domini tales, famuli fuerint ſibi quales. Ad hoc Eccl. 10. Secundum iudicem populi ſic, & miniſtri eius. Si videmus quod remiges exiſtentes in naui illuc remigant, quo vult patronus Nauis:ſiue ad Orientem, ſiue ad Occidentem: ſiue ad dexteram ſiue ad ſiniſtram Vnde ſecundum voluntatem patroni dirigitur operatio remigantium,& ſic ſecundum voluntatem quod non ſemper ſecundum vtilitatem:quia non ſemper voluntas eſt vtilitas. Non omne velle eſt vtile. Ita ſpiritualiter Domini in vna terra,in vna patria ſunt patroni,in Naui remiges ſunt miniſtri,baliui,iudices, notarii,ſeruientes,& famuli:iſti ſemper ſequuntur voluntatem, & conditionem dominorum ſiue bonam ſiue malam:vnde illuc remigant,illuc trahunt,illuc operantur:quo Dominus,quo patronus voluerit. Si enim Dominus velit ire ad dexteram ad Orientem, ad bonum, ad pietatem, ad miſericordiam ſit pius ſubditis clemens miſericors benefactor,& ſuſtentator pauperum, & ſubditorum omnium nutritor, & conſolator: omnes miniſtri ſunt dulces amicabiles pij, & miſericordes: quando Dominus eſt prudens bonus ſapiens iuſtus,& bene ordinatus, & ſimiliter miniſtri. Ita legimus. 3. Reg. 10. Salomon erat iuſtus bonus ſapiens,& diſcretus,& ordinatus, & ſicut ipſe ita tota familia. Vnde dicitur ibi Regina Saba quod venerat videre ſapientiam Salomonis,& familiæ eius. Videns autem Regina Saba ſapientiam Salomonis,& ordinem miniſtrantium non habebat vltra ſpiritum vtique merito: quia ſecundum iudicem populi ſic,& miniſtri eius. Quando vero econtrario Dominus eſt rigidus,& crudelis oppreſſor excommunicator ſubditorum : exactor, & punitor diſſipator,& macellator pauperum:remigat ad auaritiam:trahit ad pecuniam: tũc

iaem

Digitized by Google

idem faciunt, & miniſtri omnes remigant: omnes trahunt ad auaritiam: omnes ſunt crudeles, oppreſſores excommunicatores balliui ſeruientes notarij iudices, & omnes miniſtri omnes adducunt lucrum Domino, & ſibi. Si Dominus ouem, ideſt aliquem pauperem excommunicat ipſi tenent pedem. Et dicitur quod bene excoriat qui tenet pedem. Quando Dominus habet aliquem accuſatum ipſi accuſant amplius. Quando condemnauit in tanto, dicunt eum plus poſſe in multo, & amplio ri dignum condemnatione. Ideo dictum eſt bene: ſecundum iudicem populi ſic, & miniſtri eius. Ita legimus. 3. Reg. vltim. vbi dicitur quod Achaz Rex erat malus, & habens miniſtros malos, & volebat ire ad bellandum in Ramot Galaad: qui videntes eius voluntatem ſecundum eam, & non ſecundum vtilitatem prophetizabant ipſi Eccleſiaſtici viri quod iret, & bene ſuccederet ſibi: prophetæ omnes mendaces ſed Michæas prophetizauit ipſi veritatem, & vtilitatem, cui non acquieuit, & ideo ipſi male ſucceſſit: quia in bello interfectus fuit: prophetæ mendaces qui voluntatem, & non vtilem veritatem dicebant nihil mali ab eo habuerunt. Sed Michæas, quia veritatem, & vtilitatem prædixit non voluntatem verberatus, & incarceratus fuit. Ita eſt hodie malus male volens facere ſuos miniſtros malos habet coadiutores adulatores conſiliatores, & fautores ad male agendum ad excommunicãdum ad deplumandum ſubditos ad alia mala faciendum: omnes ſicut Prophetæ mendaces Prophetant pro voluntate Domini non pro vtilitate. Et ſi aliquis ſit vir iuſtus verus Propheta ſicut Michæas dicens veritatem, & vtilitatem, & non voluntatem: dicunt quod ille ſemper prophetat malum, & non bonum: ille non adducit lucrum: ille verberatur, abijcitur de Domo, de Conſilio, & ideo multis contingit, quemadmodum Achaz qui acquieſcentes malis Prophetis: mendacibus conſiliarijs vadunt ad interitum. Ideo dicitur prouerb. 29. Princeps qui libenter audit verba mendacij: omnes miniſtros habebit impios. Heu hodie ſunt tot tales tam in principibus ſecularibus, quam Eccleſiaſticis: quia ſi Regina Saba videret hodie noſtros principes noſtros Rectores, & ordinem, auaritiam, immunditiam, ſuperbiam miniſtrantium extortiones, & excommunicationes non haberet vltra ſpiritum ita male omnia faciunt.

Ad noſtrum propoſitum Chriſtus eſt princeps pacis Rex magnus ſuper omnes Deos, & iuſtus iudex: miniſtri autem Chriſti ſunt Clerici ſpecialiter Prælati Paſtores, & Curati ſecundum illud. 2. Cor 3. Sufficientia noſtra ex Deo eſt qui, & idoneos nos facit miniſtros non ſolum litera Noui Teſtamenti Scriptura ſed Spiritu. Iſte Princeps Rex, & Iudex vult habere ſuos miniſtros ſibi ſimiles: Ipſe autem in toto ſuo miniſterio fuit ſanctus iuſtus innocens, & immaculatus. Iuxta illud. Hebr. 9. Semetipſum obtulit immaculatum Deo, & ideo omnes miniſtros ſuos Clericos Paſtores Prælatos, & Curatos ſanctos eſſe vult: iuſtos innocentes puros mundos, & immaculatos: vt conditionem Domini ſequatur conditio miniſtrorum. Iuxta Verbum pſalm. In perſona cuiuslibet miniſtri Chriſti dicentis. Cuſtodiui vi. do. nec ipſi geſ.a Deo meo. Et ero immaculatus cum eo. & obſeruaui ab iniquitate mea. Sequitur. Cum ſancto ſanctus eris: & cum inno. inno. eris, & cum elec. elec. eris, & cũ peruer. peruer. Viros enim electos, innocentes, ſanctos, iuſtos, mundos, puros, & immaculatos Chriſtus immaculatus vult habere miniſtros, & non alios. Et hoc eſt ambulans in via, &c. In quibus verbis quilibet Paſtor Prælatus Curatus, & Clericus edocetur in tribus, ſcilicet ne.

Quieſcat
Sordeſcat } Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabit.
Torpeſcat

Miniſter quippe Chriſti nullomodo debet, { Quieſcere in ocio. Sordeſcere in vitio. Torpeſcere in obſequio.

Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabit.

Ergo ſecundum Apoſtolicam Doctrinam. 1. Timoth. 4. Huius faciens erit bonus miniſter Chriſti Ieſu, ſcilicet ſi non.

Quieſcens ocio { Sit velocitate promptior.
Sordens vitio { Puritate pulchrior.
Torpeſcens obſequio { Sedulitate fidelior.

Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabit.

Quantum ad primum. Sciendum quod ſtatus, & conditio Eccleſiæ quo ad maiores curatos, & quo ad minores ſubditos oſtenſus eſt ſub figura Helyſeo Helya Cœlum aſcendente. 4 Reg. 2. Vbi dicitur ſic. Cum pergerent, & ſermocinarentur: ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque, & aſcendit Helyas per turbinem: Helyſæus autem clamabat dicens, pater mi, pater mi, Currus Iſrael, & auriga eius, in qua figura ſtatus Eccleſiæ deſcriptus eſt. Per aurigam enim intelligitur Chriſtus: per equos intelliguntur prælati paſtores, & curati, per quadrigas ſeu currum intelliguntur Eccleſiæ Diocœſes, & parochiæ paſtoribus rectoribus tanquam equis ductoribus tractatoribus commiſſæ: qui quidem currus omnis ſubiectus populus voluitur, trahitur, deducitur, & minatur duabus rotis, ſcilicet dextera proſperitatis, & ſiniſtra aduerſitatis. Ratio autem iſtius ſimilitudinis in figura quod populus ſubditus ſit ſicut currus Prælati, Paſtores, & Curati ſunt ſicut equus trahens currum eſt hæc: equo non datur auena ad hoc quod ſemper ſtet in ſtabulo, comedat, bibat, & dormiat: nec ad hoc iungitur currui vt ſtet in vno loco, & ibidem ſatis habeat de fœno, & auena, & lecto, & dilatetur. Similiter nec quadriga eſt facta ad ſtandum, & morandum in vno loco in vico: ſed currus factus eſt vt vadat de vno loco ad alium, de Ciuitate ad aliam. Cibus, fœnum, & auena lectus dantur equo, & ad hoc iungitur currui, vt cum pœna cum labore ambulet, trahat curru onus ſuum de vno loco ad alium. De vna Ciuitate ad aliam. Et ſic in labore, & ſudore lucretur victum ſuum. Similiter nec populus ſubditus, ideſt vna Dioc. vel Parochia eſt ad hoc a Deo creatus vt ſemper ſtet, & maneat in vno loco in hoc mundo in hac vita ſed ad hoc vt de Ciuitate huius mundi, huius Eccleſiæ militantis tranſeat ad aliam Ciuitatē Eccleſiæ Triumphantis: quia non habemus hic manentem Ciuitatem: ſed futuram inquirimus. Hæb. 13. Similiter nec equis, ideſt paſtoribus prælatis curatis ductoribus, & tractoribus huius currus datur auena, & fœnum lectus, & ſtabulum, ideſt panis, & vinum, lecti, & cameræ, &c. bona Eccleſiaſtica redditus honores, & bona alia non ad hoc iunguntur currui Diocœſi Parochiæ præbendæ vel Eccleſiæ, & ſtent in vno loco vt iaceant ocioſi: vt comedant, & bibāt bona Eccleſiæ crapuloſè vt impinguentur, incraſſentur, delectentur, luxurientur, delicioſi inflentur, ingroſſentur, eleuentur ſuperbi, & ambitioſi. Sed ad hoc dantur, & conferuntur eis bona Eccleſiaſtica ad hoc reddituantur ad hoc honorantur. Et de puluere, de nihilo eleuantur ſublimantur exaltantur: vt trahant currum: trahant ſubiectum populum de Ciuitate Eccleſiæ militantis ad Ciuitatem Eccleſiæ Triumphantis trahant vtique ambulēt, proficiant cū labore bonæ operationis, & bonæ inſtructionis. Ideo dicitur hic. Ambulans non ſtans. Ad hoc eſt illud verbum Micheæ. 6. Cuilibet rectori directum.

Indicabo tibi Homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat a te, vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſollicite ambulare cum Deo tuo. Nota ſollicite ambulare; hoc enim maxime eſt neceſſe in equo ducente currum: quia cum currus ſit coniunctus equo ad motum, vel ſtatum equi ſequitur neceſſario motus vel ſtatus currus. Et quocumque moueatur equus ſiue ad dexteram ſiue ad ſiniſtram: ſuperius vel inferius mouetur, & ſequens currus. Ita ſpiritualiter. Ad motum enim vel ſtatum clericorum rectorum, & ſuperiorum in bonis, & malis ſequitur ſtatus vel motus ſubditorum vel minorum, & quando rectores ambulant ad dexteram præceptorum Dei vel ad ſiniſtram delictorum Diaboli, & Populus ſimiliter quando aſcendunt ad præmia, vel deſcendunt ad ſupplicia, & Populus ſimiliter: quod figuratum eſt. Ezech. 1. Vbi vidit Ezechiel ſtatum Eccleſiæ in animalibus, & rotis vbi dicitur ſic.

¶ Cum ambularent animalia ambulabant pariter, & rotę iuxta ea: cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant, & cum eleuatis a terra pariter eleuabantur, & rotæ ſequentes ea. Ita de rectoribus, & ſubditis applica. Sed nota quamuis propheta viderit rotas ſequentes animalia cum ambulantibus ambulare: cum ſtantibus ſtare, & cum eleuatis eleuari: non tamen vidit nec dixit cum cadentibus cadere. Ratio eſt. Animalia iuncta curribus ſemper iunguntur vel in via plana, vel in aſcenſu montium: ſed numquam ad deſcenſum vallium ad præcipitium: quia cum rotæ faciliter deſcendant inferius: ſi equus ad deſcenſum traheret currus ſuper equum venienſe, & equum diſſiparet. Ita ſpiritualiter Animalia, ideſt Prælati Curati rectores, & paſtores ponuntur ad trahendum ſubiectum populum vel in via plana diuinorum mandatorum vel in aſcenſu conſiliorum: ſed cum populus ſit pronus ad deſcenſum vitiorum: ad præcipitium delictorum: non præponuntur Prælati, & Curati Populis vt eos ſua mala eruditione, ſua mala ſuggeſtione, operatione, vel conuerſatione trahant ad malum, ad peccatum, ad præcipitium damnationis: ſed ad planũ bonę operationis, & ad aſcenſum ſalutionis, & ideo Propheta non vidit cum cadẽtibus cadere: ſed cum ambulantibus ambulare: vel cum electis pariter eleuari. Quia non debent trahere ad inferius iter ſuo malo exemplo: ſed ſuperius opere bono, & ideo caueant ſibi, quia eis eſt valde periculoſum. Dixit enim Greg. in paſt. Quod dum Paſtor per abrupta graditur neceſſe eſt vt grex in præcipitium labatur. Ad hoc etiam eſt illud Greg. quod recitatur in decretis. 11. q. 3. precipue vbi dicitur ſic. Cauendum eſt ne pro voius muliercule paſſione vinctus, & obligatus ad perhenne traheris exitium deterius quippe in populis prælati delinquunt ac per hoc ipſi crudelius quam cœteri puniuntur. Vt ait idem Greg. Scire enim prelati dicunt quia ſi peruerſa vnquam perpetrant tot mortibus digni ſunt quot ad ſubditos ſuos exempla perditionis tranſmittunt. Vnde neceſſe eſt vt tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant quanto per praua quæ faciunt non ſoli moriuntur. Quia autem ad deſcenſũ, & defectum ſuperiorum vel ad profectum, & aſcenſum ſubditi cadant vel proficiãt figuratum eſt. Exod. 14. Vbi legimus quod Pharao traxit populum ſuum ad deſcenſum in vitia, & ad non obediendum, & implendum mandata Diuina. Et ideo perijt cum exercitu ſuo. Moyſes traxit populum ſuum ad ambulandum in via mandatorũ Dei, & ſaluatus fuit cum populo ſuo Vt dicitur ibidem. 15. Currus Pharaonis: & exercitus eius proiecit in mare electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro: Abyſſi operuerũt eos deſcenderãt in profundum quaſi lapis. Sequitur. Ingreſſus eſt equus Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius: ergo cauendum eſt valde ne Prælati paſtores, & Curati ſtent, vel cadant: ſed quod optime ambulent de virtute in virtutem donec videatur Deus Deorum in Syon. Sed lugen

dum eſt quod Chriſtus conqueritur non ſine cauſa. Bar.4. Declinauerunt a lege Dei iuſtitias autem eius neſcierunt nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei: nec per ſemitas veritatis eius. Ratio eſt duplex. Prima: quia de hominibus eodem modo videtur eſſe ſicut de piſcibus quidam piſces ſunt qui nullum pedem habent ſed ſolum modicas pinnullas, & tamen velociſſime ambulant mouentur, & natant: vt ſalmones, & trutæ. Alij piſces ſunt qui non ſolum habent duos pedes vel quatuor immo quaſi monſtruoſe habent plurimos octo, ſcilicet vel decem, & tamen iſti piſces peſſimi, & tardi motus ſunt, & male ambulant: immo non recte ambulant, ſed ſolum retrocedendo: non enim bene vtuntur ſed abutuntur auxilijs ſibi datis, & iſti ſunt cancri marini. Ita ſpiritualiter quidam homines ſunt in Eccleſia qui non habent pedes: non habent inſtrumenta ad bene operandum ad bene ambulandum: in via Dei: quia non habent ſcientias ſcripturarum: redditus Eccleſiarum, &c. Sed habent modicas pinnullas: habent virtutes, ſpem, fidem, & charitatem, & tamen velociſſime mouentur: ad Deum ambulant viam mandatorum currunt velociter ad ſalutem: etiam iſti ſunt multi ſubditi pauperes, & mendici illiterati, & laici humiles Deo, & prælatis ſubiecti. Alij autem homines ſunt qui habent non ſolum duos pedes vel quatuor, ideſt duo beneficia vel quatuor, & iſti ſunt clerici prælati præbendati, & curati: qui habent pro vno pede pro vno auxilio quod habent laici ad ambulandum, ad bene operandum, decem: quia hi habent ſcientiam Grammaticæ per quam intelligant, Logicæ per quam diſputent: legum per quam temporalia regãt: canonum per quam Eccleſiaſtica diſpenſent: Theologiæ per quam ſpiritualia præuideant. Habent. l.c. quingentas mille libras in redditibus, vnam præbẽdam, vnam Diocœſim, vnam Eccleſiam: immo quod eſt monſtruoſum plures præbendas, plures Eccleſias plures perſonatus monſtruoſe etiam decem millia librarum in redditibus: decem pedes vltra animalium communem naturam: non tantum habet aliquis comes quantum Archiepiſcopus. Non tantum aliquis baro quantum Epiſcopus. Non tantum aliquis miles quantum prior vel Epiſcopus vel Canonicus, & cum tot auxilijs, cum tot pedibus non ambulant: ſed quod peius eſt retrocedunt abutũtur ſciẽtia, & diuitijs in ſuperbiã in faſtus in vanitates in equos in ſcutiferos in aues canes, & hiſtriones, in parẽtes, & nepotes: in cibis, & veſtibus: in delitijs ribaldarijs, & immunditijs in meretricibus, & vilibus mulieribus, & remanent pauperes famelici eccleſiæ dirutæ: campanæ fractę: altaria diſcooperta: indumenta ſacra lacerata, & vituperata: calices fracti: libri diſligati: lampades ſine oleo: corpus Chriſti ſine ſerico: hoſpitalitas nulla: guloſitas multa &c. hoc eſt non ambulare, ſed ad modum cancri pedibus auxilijs collatis abuti: retrocedere: Deum, & populum offendere. Iõ clamat Aug. quod illi qui non habent iſtos pedes quibus deſunt iſta auxilia ad Deum ambulant vt indocti, & laici, & illi qui habent vt literati, & clerici retrocedunt, & ad infernum deſcẽdunt. Surgũt indocti, & Cęlũ rapiũt, & nos cum literis noſtris in infernum demergimur. Et Chriſtus Matth.21. Publicani, & meretrices præcedunt vos i regno Dei. Ioan.6. Ex hoc multi diſcipulorum abierunt retrorſum, & iam cum illo non ambulabant. Ratio quare ita cum iſtis pedibus clerici noſtri temporis non ambulant ſed retrocedunt eſt quia non ſunt veri clerici, veri prælati, veri curati, veri paſtores, ſed ficti, & picti ſicut idola, ſicut ſimulacra non per Deum in Templo ſed per homines per munera per preces per violentiam per Symoniam per ſanguinẽ per

Pſal.113 carnalem parentelam poſiti, & introducti. De quibus pſal. Simulacra gentium argẽtum, & aurũ, opera manuum hominũ. Os hñt, & non lo. au. ha. & non au. Manus ha. & non palp. pe. habent, & non ambul. non clamabunt in gutture ſuo. Ideo Chriſtus inſultat prelatis, & curatis noſtri temporis quod laici proficiunt, & ambulant clerici retrocedunt, & retrogradant. Luc. 7. Et poſſet hodie dirigi Dño Papa Ioanni.

Euntes

Digitized by Google

Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis,& vidiſtis, cæci vident, claudi ambulāt, leproſi mundātur,ſurdi audiunt,mortui reſurgunt,pauperes euangelizantur. Hoc poteſt dici de Laicis.Si vis pondera exponendo ſingula verba vtriuſque auctoritatis.Hæc eſt ergo vna cauſa quare clerici noſtri temporis declinauerunt nec ambulauerunt per viam mandatorum Dei.Secunda ratio,quia eodemmodo vt dicebā eſt in hominibus,& piſcibus.Sic autem eſt inter piſces: quod quidam ex ipſis ſunt animalia quę non hn̄t alimentum ſibi coniunctum,& iſta mouentur ad diſtās ad ſuum cibum quærendum,& mouentur motu progreſſiuo, & dn̄r animalia perfecta vt ſūt mugiles,& huiuſmodi. Alij ſunt piſces qui habent alimentum ſibi coniunctum, & iſti non mouentur ad diſtans motu perfecto,motu progreſſiuo: ſed mouentur motu dilatationis.Et ſunt animalia imperfecta vt conchilia,& oſtreæ marinæ. Ita ſpiritualiter olim in primitiua Eccleſia clerici non habebant alimentum ſibi coniunctum.Non habebant redditus,diuitias,honores:præbendas,decimas:primitias,pecunias,equos,& talia quibus modo ſuperfluunt clerici. Et ſi aliquid habebant non in tanta abundantia,& excellentia ſicut modo. Et ideo tunc clerici,curati,prælati: erant animalia perfecta mouebantur motu progreſſiuo, motu perfectionis; erant continue in profectu bonæ operationis erant piſces boni, & perfecti omnibus virtutibus. De quibus pſalm.Piſces Maris qui perambulant ſemitas Maris. Sed hodie habent alimentum ſibi coniunctum pingue beneficium, pinguem præbendam Dioceſem,vel Parochiam magnos,& pingues redditus,quæ beneficia Eccleſiaſtica pro tanto dicuntur alimentum coniunctum:quia in beneficijs Eccleſiaſticis Clerici nō habent niſi alimentum niſi victum. Iuxta illud 1.ad Timoth.6.Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſumus: quia igitur hodie habent ſatis de alimento coniuncto,ſatis in præbendis beneficijs,& redditibus. Ideo facti ſunt animalia imperfecta non ambulant non mouentur ad diſtans ad Deum motu progreſſiuo motu bonæ operationis paſſibus virtutum; ſed ſolum mouentur motu conſtructionis per auaritiam, & dilatationis per faſtum vanitatem, & ſuperbiam: quia ſuper omnes hodie Clerici dilatant filateria ſua, & magnificant fimbrias ambulant in magnis, & mirabilibus ſuper ſe. Sic etiam eſt hodie,quia videbitis aliquem pauperem Clericum non habentem cibum coniunctum nullum habentem beneficium. Iſte quam diu erit pauper ambulabit,erit perfectus,erit ſtudioſus,virtuoſus,deuotus, caſtus, & honeſtus, ſed tandem habebit alimentum coniunctum collatum beneficium: & tunc non poterit ambulare,erit imperfectus,erit podagricus,impotens,& paraliticus ad bene faciendum,& tunc non curant ſtudere: exponunt autem ſe delitijs immunditijs,&c. Hoc eſt illud pſalm. Non cuſtodierunt teſtamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Ad ambulandum ad perfectum continuum monet quemlibet Chriſtus per illud. Geneſis 17. Ambula coram me,& eſto perfectus. Ergo non debemus eſſe quieſcentes ocio: ſed velocitate promptiores. Ideo dicitur ambulans.

Pſal.8 *Pſal.77*

2 Sciendum quod prelati,curati,paſtores,maiores,& rectores comparātur ſpeculo. Et eſt ratio.Speculum factum eſt non pp ſe:ſed propter alios propter intuentes,vt ſpeculantes ſe in ſpeculo ſuas videant maculas deformitates, & immunditias,& per ſpeculum amoueant:purgent,& corrigant.Sed ſpeculum eſt iſtius naturæ, quod qn̄ eſt fœdum turpe, & maculatum non poteſt ſordes alienas extergēdas oſtēdere. Et ideo oportet ſpeculum eſſe clarum,purum,& ſine macula. Ita eſt de rectoribus,& curatis.Non enim poſiti ſunt in officijs,in beneficijs,propter ſe. Vt bene bibant,comedant,dormiant,ditentur,& quietentur:ſed propter alios,vt eos doceant: nutriant, informent, & corrigant defectus, & peccata ſua ſubditis oſtendant, & ab eis amoueant,quod figuratum eſt. Exod.38.

Quando in Tabernaculo factum eſt labium Aeneum de ſpeculis, vt ingreſſuri Tabernaculum ſuas deformitates per ſpecula remouerent. Verum eſt autem, quod quando hæc ſpecula iſti ſuperiores ſunt puri ſancti, mundi, honeſti, & immaculati, tunc poſſent alios mundare: corrigere; purificare. Aliorum ſordes, & immunditias corrigere, & extergere. Vnde de quolibet tali puro, & mundo dicitur. Sapient. 7. Candor eſt Lucis Aeternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis imago bonitatis illius. Sed quando ipſi ſunt turpes, & maculati pleni ſordibus, & peccatis: ſuperbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, ira, Gula. Tunc non poſſunt alienas ſordes extergere vel extergendas efficaciter oſtendere, dum verbis prædicant, moribus impugnant. Vt enim Beatus ait Greg. Neceſſe eſt vt cuius vita deſpicitur, eius prædicatio contemnatur. Ideo eis dixit Hierem. Super Sophoniam, & recitatur in decre. Sacerdotes qui Euchariſtiæ ſeruiunt, & ſanguinem Dei populis eis diuidunt impiè agunt in lege Chriſti putantes Euchariſtiam imprecantis facere verba non vitã, & neceſſatiam eſſe tantummodo ſolemnem Oratiouem, & non Sacerdotum merita de quibus dicitur. Sacerdos in quacumque fuerit macula non accedat offerre oblationes Domino. Quod non eſt intelligendum ſolum de macula corporali: vt male dicitur in Glo. Sed multo plus de Spirituali. Ideo. Pſalm. In talium præſidentium perſona petebat eſſe ſpeculum ſine macula dicens. Conuertantur mihi timentes

Pſal. 118 te. & qui no. teſ. tua. Fiat cor meum immaculatum in iuſtitia tua, vt non confundar. Eſt autem notandum, quòd ſpeculum ſordidum, & imperfectum non ſolum non purgat, & ſordes extergit: immo ſordidat, & inficit. Ideo ita eſt de Clericis ſicut de ſpeculis. Inter omnia quippe quæ citius, & profundius inficiunt ſpeculum infectum, & ſordidatum eſt aſpectus mulieris ſordidæ, & infectæ intantum vt eius aſpectus non ſolum maculet ſpeculum; immo ſpeculum maculatum inficit, & maculat circumſtantes, & aſpicientes, & hoc eſt certum, & expertum. Ita eſt ſpiritualiter clerici præſidentes, ſordidi, maculati, & infecti: non ſolum non purgãt ſubditos: immo infecti inficiunt, & ſordidant eos.

Inter omnia autem quibus citius, & profundius ſordidantur eſt ex aſpectu, ex conuerſatione: ex familiaritate, mora, & locutione mulierum. Adeo enim mulier inficit ſibi adhærentem quod ipſe infectus maculatus, & corruptus alios vicinos, & vicinas inficiat maculet, & corrumpat, & multi de quo dolendum eſt ſic maculatĩ ſunt corrupti quibus dirigitur illud. Gen. 49. Effuſus es ſicut aqua non creſcas quia aſcendiſti cubile, & maculaſti ſtratum. Iſtis dirigitur illud. Eccl. 46. Reclinaſti fœmora tua mulieribus, poteſtatem habuiſti in corpore, dediſti maculam in gloria tua. Tales maculati infecti, & deturpati repellendi ſunt, & puniendi. Iuxta illud. hiero. ſuper Hierem. Et recitatur in decre. 45. diſtint. Sed illud. Si conſenſerit, & poſt Eccleſiæ correptionem non fuerit emendatus de Eccleſia expulſum velut gentilem habeant, & publicanum ne dum parcunt vni, vniuerſæ Eccleſiæ moliantur incendium, quæ eſt iſta bonitas vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere. Polluitur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur. Sic etiam vno, vel fornicante vel aliud quodcumque ſcelus committente plebs vniuerſa polluitur. Ideo ſolum illos, & illum qui eſt ſine macula dicit pſalm. Eſſe præferendum in Eccleſia. Domine quis habitauit in Tabernaculo tuo. Aut qs requie. &c. Reſpondet, qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Ergo ſi-

Pſal. 118 mus mundi, & immaculati. Quoniam ſecundum eundem pſal. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Quantum ad tertium. Sciendum quod magni ſuos miniſtros, & ſeruitores volũt eſſe indutos veſtibus ſuis. Ita Chriſtus ſuos miniſtros indumentis virtutum quæ ſunt indumenta a Chriſto collata. Iſtę autem veſtes virtutum in Clericis prædẽtibus

ribus Chriſti miniſtris deſcribuntur per Pſalm. Qui facis Angelos tuos Spiritus,& miniſtros tuos ignem vrentem. Debent ſi quidem Prælati,& Curati habere ſemper vbique veritatem dirigentis ſcientiæ. Qui facis Angelos tuos. Machab. 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& legem de ore eius exquirent. Angelus enim Domini exercituum eſt puritate redolentis munditiæ. Spiritus Rom. 8. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Sedulitatem obſequentis obedientiæ, Miniſtros Ioan. 12. Mihi qui miniſtrat me ſequatur. Et vbi ego ſum illic ſit,& miniſter meus. Charitatem ardentis amicitiæ ignem vrentem. pſalm. Ignis a facie eius exardeſcit Carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Qui hæc habent ſunt de veſtibus Chriſti, miniſtri Chriſti qui talis poteſt dicere cum Apoſtolo. 2. Corinth. 11. Miniſtri Chriſti ſunt,& ego. *Pſal. 103* *Pſal. 17*

Sed dolendum eſt quod quidam non ſunt de veſtibus iſtis, vel quia eas nunquam habuerunt vel habitas perdiderũt. Non enim aliqui habent veritatem ſcientiæ: ſed cœcitatem ignorantiæ, quia ſunt imperiti illiterati totaliter,& ignari. Nota de illo qui dixit in offerenda mortuorum. Ne abſorbeat eas caucalus, vbi eſt Tartarus, &c. Contra iſtos Grego. in mora. Et recitatur in decre. diſt. 38. Qui ea quæ Dei ſunt neſciunt a Domino non ſciuntur. Paulo atteſtante qui ait. Si quis ignorat ignorabitur. Puritatem munditiæ ſed fœditatem immunditiæ. Sunt enim lubrici luxurioſi, non ſpiritus mundi: ſed caro fœtens. Contra quos Leo Papa,& recitatur in dcre. 22. diſtint. Omnium ſacerdotum tam excellẽs eſt electio: vt hæc quæ in alijs membris Eccleſiæ vacant a culpa in illis tamen habeantur illicita,& ſubditur. Ne aut Leuitico aut probaturi alios honore, aut epiſcopali excellentia quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe a voluptate luxuriæ necdum refrenaſſe detegitur. Sedulitatem obedientiæ ſed tumiditatem ſuperbiæ. Vnde hodie non ſunt miniſtri ſed Domini. non prælati: ſed elati. Contra quos Auguſt. contra Hæreticos. Et recitatur in decre. 1. quæſt. 1. Si fuerit iuſtus miniſter computo eum cum Paulo qui Gloriam ſuam non quærit. Sequitur. Qui vero ſuperbus fuerit miniſter: cum Saulo computatur: ſed nõ contaminatur domus Chriſti, quia per illam impurus fluuius tranſit. Spiritualis eſt virtus Sacramenti: vt lux pura ab illuminandis accipitur: ſed per immundos tranſiens non coinquinatur. Charitatem amicitiæ: ſed animoſitatem diſcordiæ, & inuidiæ. Vnde non ſunt ignis Charitate vrens: ſed fumus olens. Ideo poſſent hodie multi ſubditi quærere a ſuis maioribus qui non ſunt ignis ſed fumus, ſicut ille qui quæſiuit ab hoſpite de limello prope montem peſſulanum: quantum dabimus pro lumine, & pro fumo: quia non faciunt in Eccleſia lumen ſed fumum. Contra quos. pſalmus.

Aſcendit fumus in ira eius. Iſti non ſunt miniſtri Chriſti, ſed Diaboli figurati p miniſtros Nabuchodonoſor regis Babylonis qui incendebant fornacem. De quibus dicitur Dan. 3. Non ceſſabant miniſtri regis ſuccendere fornacem napta ſtuppa fornace, pice,& malleolis. Napta eſt res apta ad nutriendum incendia. Et quidam dicunt eſſe purgamentum lini vel genus fomitis quo apud perſas ignes nutriuntur, vel oſſa oliuarum amurca proiecta vel genus quoddam bituminis ignem nutrientis. Malleoli ſunt ſarmenta vel vinea ſicca. Vnde verſus. De vtroque. Ignem napta fouet manatque bituminis inſtar. Oſſa per hãc oleę reſperſa notantur amurca. Malleoli ſarmenta notant, aut vinea ſicca. Per naptam fumoſum intelligitur ignorantia. per picem viſcoſam intelligitur luxuria. Per ſtupam ventoſam intelligitur ſuperbia, per malleolos verberantes intelligitur ira, diſcordia, inuidia, crudelitas, & iniuſtitia. Et iſtis quatuor miniſtri non Chriſti ſed Diaboli, non Eccleſiæ ſed Babilonis ſuccendunt fornacem inferni, ſcilicet ſuam, ignorantia, luxuria, ſuperbia, ira, di *Pſal. 17*

Digitized by Google

ſcordia, inuidia, & iniuſtitia. Sed fere continget iſtis ſicut contingit illis tunc dicitur enim ibi. Quia Angelus Domini deſcendit, & excuſſit quos repperit iuxta fornacem de Chaldæis miniſtros regis, qui fornacem ſuccendebant. Ideo Apoſtolus. ſecundæ. Corinth. 6. Hortatur Chriſti miniſtros nemini dantes vllam offenſionem vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia. In Caſtitate contra immunditiam, ſcientia contra ignorantiam. Suauitate contra ſuperbiam. In Charitate non ficta contra inuidiam, diſcordiam, & iniuſtitiam, & ita qui ſic facerent eſſent boni miniſtri Chriſti, & non Diaboli. Et talibus miniſtris promittit Chriſtus illam mercedem, & præmium oſtendens, & promittens miniſtrandi modum. Ioa. 12. Si quis mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ſum ego illic, & miniſter meus erit, ſi quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum pater meus.

Quod nobis concedat, &c.

SERMO LXXIIII.

De Beato Ambroſio, vel pro quolibet Sancto.

Pſal. 110

HIc mihi miniſtrabit. Dicitur prouerb. 14. Acceptus eſt regi miniſter intelligens. Ratio eſt ſecundum Doctrinam Philoſophi in Libro politicæ. Differentia eſt inter tyrãnum, & regem: quia tyrannus totũ ſuum regimen conuertit in propriam vtilitatem, & damnum miniſtrorum, & ſubditorum. Sed rex conuertit totum ſuum regimen non in propriã vtilitatem, ſed in commodum, & profectum ſubditorum, & miniſtrorum: immo qñque negligit damna propria pp bonum, & retributionem ſeruitorum ſubditorũ, & miniſtrorum. Ex hoc ſequitur quod tyrannus ſuos miniſtros non præmiat: ſed tam malos quam bonos deplumat, excoriat, & cruciat. Sed rex malos punit, & cruciat, bonos exaltat, & præmiat. De vtroque habemus ſub dicendorum figura in Scriptura Sacra. In exo. pri. pe. Capit. 1. legitur. Quod Pharao tyrannizauit ſuper filios Iſrael, & oppreſſit valide affligens eos operibus duris luti, & lateris, & pro toto miniſterio, & famulatu, quo in terræ operibus premebantur, non habuerunt pro mercede niſi malam mortem. Quicquid maſculini ſexus natum fuerit interficite. Gen. autem 40. Legitur bonus rex Pharao duos habuiſſe miniſtros in carcere, ſcilicet pincernam bonum, & piſtorem malum. Iſtis duobus Ioſeph interpretatus eſt ſomnium iuxta interpretationem congruam. Vnde dixit pincernæ miniſtro bono. Tres adhuc dies ſunt poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradũ priſtinum.

Piſtori autem dixit, quod poſt tres dies ſuſpenderetur, & ita factum eſt de vtroq; ergo Tyrannus bonos, & malos miniſtros cruciat, Rex bonus, & ſi malos punit tamẽ bonos ſeruitores, ac miniſtros exaltat, & præmiat. Ideo dictum eſt. Acceptus eſt regi miniſter intelligens. Ad propoſitum ſpiritualiter applicando per tyrannum intelligitur Mundus, vel Diabolus, quia iſti ſunt huius conditionis, quod ſuos miniſtros non pręmiant: ſed acriter puniunt, & cruciant. Ita enim facit Diabolus ſicut Pharao Aegypti Tyrannus illos qui ſunt miniſtri ſui qui ſibi ſeruiunt in luto luxuriæ, & latere auaritiæ, non aliter remunerat niſi quod in hac vita quicquid maſculini ſexus, ideſt quicquid boni operis, & propoſiti 1 peccatoribus oritur tota necat.

In

In alia vita vero perpetua gehenna cruciat. hoc patet in diuite Epulone, qui ſibi ſeruiuerat de vita, & auaritia, & remuneratione eum ſepeliuit in gehenna, vbi clamabat. Crucior in hac flamma. Luc. 15. idem de ſuis miniſtris facit mundus: immo non ſolum habet hoc mundus: ſed mundani homines: quia ſuos miniſtros, & ſeruitores interim male remunerant, vt quandoque illud Prouer. verificetur. de bono ſeruitio mala retributio. Sunt enim aliqui homines ſicut canes, qui quamdiu inueniunt aliquid in oſſe ad rodendum non dimittunt ipſum, quamdiu ibi aliquid de carne fuerit. Sed poſtquam totum os roſerunt dimittunt ipſum cuicunq; volenti. Ita in mũdo multi quamdiu poſſunt in homine aliquid rodere; poſſunt aliquid habere ſeruitij, vel vtilitatis: tandiu ſtant circa hominem, ſed poſtquam totum roſerunt, totum, quod potuerunt habuerunt, & carnem, & ſanguinem, hominem ſine remuneratione dimittunt. Per regem intelligitur Chriſtus Iſte eſt talis conditionis, quod ipſe ſuos miniſtros remunerat, verũ eſt quod malos punit, & cruciat: ſed bonos pręmiat, & exaltat, & quod plus eſt iſte eſt, qui propter noſtra præmia neglexit propria damna. Ipſe enim fuit in cruce ſpoliatus vt nos ſuis veſtibus indueret, flagellatus, vt noſtra vulnera curaret, aceto, & felle potatus, vt nos dulci potu ſatiaret. Vnde ipſe poſt tres prȩſentis vitȩ, ſcilicet pueritię, adoleſcentiæ, & ſenectutis educit animam de corporis carcere, & introducitur ad conuiuium ſuæ menſæ. Iſte non tyrannus: ſed Rex regum, & Dominus dominantium. Apoc. 19. Ergo Pſal. 110
iſti regi eſt acceptus miniſter intelligens, quia ſecundum Pſalm. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Si ergo ſecundum Ambr. beatificauit, vel ſi rex Chriſtus glorificauit, & remunerauit præ multis in gloria: non mireris, quia Chriſtus ipſemet in verbis aſſumptis rationem aſſignat hic mihi miniſtrabit. In quibus verbis deſcribit eius ad Chriſtum ſingularem.

Eminentiam,
Amicitiam, — Hic mihi miniſtrabit.
Diligentiam.

Oſtenditur autem — Eminentia,
Amicitia,
Diligentia.

In ſingularitate — Perfectionis,
Dilectionis, — Hic mihi miniſtrabit.
Operationis.

Eſt quippe — Perfectionis eminentia demonſtrata expreſſius.
Dilectionis amicitia copulata intimius.
Operationis diligentia continuata ſedulius.

Quantum ad primum ſciendum, quod ſcriptura ſacra loquitur hominum more. Cum enim aliquis eminet inter multos ſingularitate alicuius virtutis, & perfectionis, vt in ſcientia, vel in aliquo alio conſueuerunt homines admirando hũi digito ad oculum oſtendere, & dicere. hic eſt talis. Ita facit ſcriptura, quando aliquis ſanctus eſt eminens inter alios ſingulari conditione perfectionum, & virtutum excellentia oſtendit ipſum ſingulari expreſſione, & aliquo pronomine demonſtratiuo, dicendo ille, iſte, hic, is, & huiuſmodi. Et quia beatus Ambroſius fuit inter sãctos ſingularis conditionis in virtutum perfectione. Iccirco Chriſtus per ſcripturam eius deſcribit eminentiã demonſtratiuo pronomine ipſum ſingulariter exprimendo, & dicendo hic. Notandum ꝙ illud eſſet multum ſingulare ex omnibus mirabile ſi quis haberet hęc tria, ſcilicet Primo ſi per lutum incederet, & non deturparetur. Secundo ſi per ignem procederet, & non inflammaretur. Tertio ſi in mari exiſteret, & fluctibus non eleuaretur.

Hæc

Hæc tria habuit ſanctus iſte. Quid enim lutum eſt, niſi caro formata de luto, quamdiu ſumus in hac vita anima ſtat non ſolum in via lutoſa:Immo in vaſe lutoſo,& limoſo in corpore facto de limo,quod igitur anima continue ſit inuoluta luto,corpore,& carne,& non maculetur vitijs,& immūditijs carnis quod incedat ita ſpiritualiter,ita ſanctè regat ſe anima in corpore,& vadat ad Deum quod non tangat pede affectionis,malæ cogitationis,mali conſenſus,malæ operationis, carnalē actum,terram,& lutum,vere virtuoſum eſt mirabile,& laudabile:immo dicit Ber. quod in carne præter carnem viuere potius eſt angelicum, quam humanum , talis fuit ſanctus iſte,qui puritatem mentis,& corporis quamdiu anima fuit in corpore illibatam ſeruauit,vnde eius vita,& conuerſatio comparatur luci, quæ tranſiēs per loca lutoſa,& immunda non maculatur: ſed ſemper ſuam ſeruat munditiam, & puritatem. Ita fecit iſte ſanctus. Applica ad eius vitam: ideo quia hoc mirabile fuit,& ſingulare dicitur hic. Ipſe enim ſeruauit in ſe illud. Ephe. 5. Fornicatio,& omnis immunditia,aut auaritia,nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos: quia omnis fornicator,aut immundus non habet partem in regno Chriſti, & Dei. Secundo ſi per ignem procederet,curreret, & non inflammaretur,hoc habuit iſte ſanctus,quid enim per ignem niſi auaritia intelligitur? Iſte eſt ignis,qui nunquā dicit ſufficit.iuxta illud. Nec eſt in mundo diues,qui dicit abundo,& illud. Quatuor vt fantur ſunt,quæ nunquam ſatiantur Ignis, &c. Fuit ſiquidem ſanctus iſte inter diuitias temporales q̄s habere poterat : ſed nihil temporale per inordinatam affectionem amabat, immo fuit ſimilis pœnæ ſalamandræ,quæ ſtat inter flammas illęſa,& inuſta.Ita ſanctus iſte habens diuitias contemnebat,& ideo quia hoc eſt mirabile dicitur hic. Ipſe enim in ſe ſeruauit. Illud Pſalm. Nolite ſperare in iniquitate,& rapinas,nolite concupiſcere diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Tertio ſi in mari exiſteret,& fluctibus nō eleuaretur, hoc habuit ſanctus iſte quia cum eſſet in honore,& dignitate pontificali,vel doctorali: & huiuſmodi non fuit eleuatus per ſuperbiam: ſed proiecta ancora humilitatis ſtabat, & conuerſabatur humiliter,& quanto plus honorabatur:tanto ſe plus humiliabat. In hoc ſimilis ligno ficulneæ quod in aquam proiectum profundatur, ſed poſtquam eſt aqua imbibitum eleuatur. Ita fecit ſanctus iſte,& faciunt alij humiles, quia poſiti in honoribus humiliant ſe ad profunda virtutum. Eſt poſtquam ſunt bene imbuti aqua virtutum eleuantur in cœlum. Ita fuit de iſto ſancto. Applica. vnde pōt dicere illud Pſal. Domine non eſt exaltatum cor meum, neque ela. ſunt ocu. mei. Neque ambulaui in magnis:neque in mira. ſuper me. Ergo ſanctus iſte habuit veraciter puritatem contra carnis immūditiā,liberalitatem contra mundi auaritiā, contra cordis ſuperbiam. Et ideo deſcribitur ſub pronomine demonſtratiuo: vt eius ſequentes veſtigia continue imitemur. Et ideo dicitur hic. Eccl.31. dicitur. Beatus diues,qui inuentus eſt ſine macula contra immunditiam : & qui poſt aurū non abijt,nec ſperauit in pecunia,& theſauris: contra auaritiam. Quis eſt hic,& laudabimus enm, fecit enim mirabilia in vita ſua. Potuit enim tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus,quantum ad ſuperbiam. Hodie autem eſt tanta immunditia, auaritia,& ſuperbia,quod merito poſſum quærere quis eſt hic,& laudabimus eū. Dilata contra vitia, vt volueris.

Pſal.61 *Pſal.130*

Quantum ad ſecundum,nota,quod ferrum ſicut acus eſt iſtius naturæ, quod ſibiipſi dimiſſum ſemper tendit deorſum:ſed appropinquante magnete virtute lapidis trahitur ſurſum:immo ſi fricetur acus cum magnete continue vertit cuſpidem ad cœlum ad polum. Ita ſpiritualiter ferrum durū,& male malleabile eſt cor humanum hoc ſibiipſi dimiſſum ſemper tendit deorſum ad terrena ad temporalia, ad peccata,ad vitia. Sed quando magnes,ideſt virtus charitatis trahit cor ad Deū

tunc

Digitized by Google

tunc ſolum eleuatur ad cœleſtia ad Deum diligendum,& potiſſime cor bene fricatum,& inflammatum virtute charitatis ſemper dirigit cuſpidem intentionem, & operationem ad Deum,ad cœlum. Ita fecit ſanctus iſte. habuit enim tantũ de virtute charitatis,quod mundana omnia contemnens ſoli Deo adhærebat ſeipſum in time ad Deum copulabat. Ideo dixit Chriſtus hic mihi. Cant. 2. Dilectus meus mihi,& ego illi. Peccatores autem non tacti charitate:ſed iniquitate non dirigũt ſuam operationem ad Deum ad cælum ſuperius. Sed deſcendunt ad mundum, ad terrena inferius in hac vita,& tandem ad infernum ad ſupplicia. Vnde de talibus dicit Chriſtus per Pſal. Non adhęſit mihi prauum decli. a me. malig. non cognoſcebam. Et quia ex dilectione,& vnione diuina prouenit homini ſummum bonũ, vt enim dicitur 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt cum eo. Iccirco dicebat ſanctus iſte. Illud Pſalm. Mihi adhærere Deo bonum eſt ponere in Domino Deo ſpem meam. Non dicunt hoc luxurioſi,quia non adhærent Deo, ſed luto, vt porci,nec auari,qui non adhærent Deo:ſed terræ,& mundo,vt lupi,qui comedunt terram. Nec ſuperbi,qui non adhærent Deo,ſed vento. dilata vt volueris. *Pſal. 100* *Pſal. 72*

Quantum ad tertium ſciendum,quod regula eſt Apocalip.2. Ad Theſſ.3. Qui non vult operari non manducet. Sicut autem docet idem Apoſt. primę ad Thi. 5. quod dignus eſt operarius mercede ſua. Ita non eſt dignus mercede qui non laborat,& quia bonorum laborum glorioſus eſt fructus,vt dicitur Sapien. 3. Ideo dicit Pſal. Labores manuum tuarum,quia mandu. bea. es. & bene tibi erit. Clerici,presbyteri,pręlati,ſunt miniſtri Dei:& Deus dat eis in hoc mundo bonam mercedem, bonum ſtipendium,pro miniſterio ſuo,quia plus habent hodie clerici de redditibus,& de honoribns quam laici,quia ergo habent bona ſtipendia, bonam mercedem,& magnam.Idcirco debent continue Deo in bonis operibus miniſtrare,& ſeruire. Ita fecit ſanctus iſte. Applica. ſecundnm hiſtoriam legendæ. Ipſe enim fuit vnus de illis,de quibus Ezech.44. Sacerdotes,& Leuitę ipſi accedent ad me,vt miniſtrent mihi,& ipſi ſtabunt in conſpectu meo,vt offerant mihi adipem,& ſanguinem,ait Dominus Deus. Sed non ſic mihi videtur eſſe hodie de ſacerdotibus, capellanis,& miniſtris Chriſti:ſicut de capellanis,& miniſtris ſui vicarij, vidi in cu. Rom. Papa hẽ 2. modos capellan. quia quidã dñr capellani honoris,& iſti non ſũt Sacerdotes Papæ: ſed noĩe. Iſti non ſunt ordin. non dicunt off. non celebrant miſſ. non aſſiſtunt Papæ immediate,non miniſtrant ipſi niſi forte de quinque annis non ſunt ſemel cum eo,nec impendunt vnum obſequium, nec morantur in curia, nec ſunt de domini papæ menſa,ſed pro eo,quod ſunt capellani honoris habent certa priuilegia,& aliquando bonas præbendas,& pinguia beneficia, licet ſint abſentes a curia. Alij ſunt capellani qui dicuntur commenſales, qui dicuntur capellani re, & miniſtrant continue. Iſti oportet quod ſint ordinati cantent miniſtrent, celebrent,oportet,quod omni die ſint in miſſa palatij aſſiſtant domino papæ in ſuo miniſterio loco,& tempore debitis facient reſidentiam continuam. Et iſti habent certa ſtipendia,& ſunt in magnis diebus de domini papæ mẽſa. Ita ſpiritualiter Chriſtus habet duo genera miniſtrorum,& capellanorum,quidam ſunt Chriſti Capellani,& miniſtri re,& nomine qui continue dicunt ſuum officium cantant in eccleſia,celebrant miſſas ſuas:faciunt reſidentiam in ſuis eccleſijs:ſunt ordinati,ſunt morigerati,ſunt regulati:habent certa ſtipendia ſuos redditus, cum quibus continue miniſtrant Deo,faciunt eleemoſynas, & alia bona opera. Et iſti erunt tandem in feſto æterno,in Chriſti menſa,in cęleſti patria. Et talis miniſter Chriſti fuit ſanctus iſte. Applica. vt poſſit dicere illud. ſecundę. Corint.9. Miniſtri Chriſti ſunt & ego:Nota quaſi diceret non ſolum nomine,ſed re. Alij ſunt miniſtri Chriſti, & capellani honoris nomine ſolum,& non re. Iſti ſunt qui propter honorem clericatus

Pſal. 127

Digitized by Google

catus habent bonas præbendas,multa beneficia:multos honores, & multa priuilegia. Non tamen propter hoc ſunt ordinati, nec propter hoc dicunt officium Eccleſiaſticum,non propter hoc celebrant miſſas ſuas, non orant Deum pro viuis,& defunctis,non miniſtrant Deo,nec populo,non faciunt reſidentiam in Eccleſia, nõ faciunt eleemoſynam,nec cætera bona ad quæ tenentur. Sed vagantes inutiliter, & turpiter expendunt bona pauperum & Chriſti. Iſti non videbunt Chriſtum in fine,nec erunt commenſales,nec in menſa ſuæ gloriæ:quia non fuerunt capellani, & miniſtri Chriſti re:ſed ſolum nomine. Iſtis dirigetur illud Eſa. 61. Vos ſacerdotes Dei vocabimini,miniſtri Dei dicetur vobis. Nota modum loquendi vocabimini,& dicetur vobis,quaſi dicat non miniſtri,& ſacerdotes re:ſed ſolum nomine. Si vis plus dilatare habes plus de hoc,& hanc auctoritatem expoſitam in illo ſermone. Induamur arma lucis. Quære ſi vis igit,vt ſimus nos miniſtri Chriſti non ſolum honore,& nomine,ſed re,& opere,vt in nobis locum habeat, illud Apoſt. 1. Corint. 4. Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Talibus enim loquitur Chriſtus, illud Io. 12. Si quis mihi miniſtrat me ſequatur,& vbi ſum ego illic,& miniſter meus erit. Si quis miniſtrauerit mihi honorificabit eum pater meus. Quod nobis concedat,&c.

SERMO LXXV.

De Beato Petro Apoſtolo, & pro quolibet eius Feſto.

Pſal.104 COnſtituit eum dominum domus ſuæ. In vulgari prouincialico dicitur tale prouer. hoſtes ſõt venum,& ſeigñrs deuenum. Hoc eſt hoſpites, & aduenæ venerunt, & domini facti fuerunt. Eſt ſenſus qđ aliquando contingit aliquos venire in aliquam domum,ciuitatem, vel regnum,qui ſunt extranei hoſpites,& peregrini,& tamen fauente fortuna,& eorum probitate,& ſtrenuitate interueniente efficiuntur ibi domini,& magiſtri.Ita videmus in operibus naturæ ſæpe in domum aliquã contingit gallum extraneum apportari,& quando ſunt ibi alij pulli, vel galli pugnant contra hoſpitem,& extraneum,&quando nouiter apportatur eſt ſtrenuus,& fortior viribus,& probior,alios ſibi ſubiicit,& dominatur. Et qui prius fuerat hoſpes,& extraneus finaliter ſua probitate omnium efficitur magiſter rector,& dominus. Ita vidi frequenter quod legimus fuiſſe factum. Gen. xi. Cum enim Ioſeph aduena,& hoſpes intraſſet Aegyptum adeo ſe ibi habuit virtuoſe, & nullus ſimilis eſt inuentus. Ipſe enim ibi legitur fuiſſe caſtitatis amator,ſomniorum interpretator,eſcarum prouiſor,criminum indultor,patris venerator:regis procurator, gẽtis ſaluator. Ideo dixit ipſi Pharao,quia oſtẽdit tibi Deus omnia, quę locutus eſt: nunquid ſapientiorem te inuenire potero? tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet vno tantum regni ſolio te præcedam. Sequitur ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Aegypti. Ad propoſitum omnes Apoſtoli fuerunt in domũ Chriſti hoſpites aduenæ,& peregrini ab ipſo Chriſto vocati. verum eſt:quod a Deo probe,& virtuoſe ſe habuerunt, quod a Chriſto facti ſunt non ſolum ciues,& domeſtici. Iuxta illud Ephe. 2. Iam non eſtis hoſpites,& aduenæ:ſed eſtis ciues ſanctorum,& domeſtici Dei. Immo domini, & princi

pes

Digitized by Google

pes totius mundi ab ipſo Chriſto ſunt conſtituti. Vnde pſalmi Conſtituit eos Principes ſuper omnem terram. Inter iſtos autem primo hoſpites poſtea dominos & principes fuit vnus primus,& principaliſſimus Petrus Apoſtolus, qui nõ ſolum inter alios, immo ſuper omnes Apoſtolos princeps fuit qui licet hoſpes venerat ad domum. Et tamen princeps, & dominus propter ſuam probitatem effectus eſt: quapropter gallo comparatur,& per Ioſeph figuratur,quia ſicut gallus ſingularem habet intelligentiam in horis diſcernendis diei,& noctis. Ita vt quærat Iob 38. Quis dedit gallo intelligentiam. Ita Beatus Petrus in hora noctis peccati ſingularem habuit de proprio errore intelligentiam, quando poſt trinam negationem gallo cantante ex Chriſto eum intuente exiuit foras,& fleuit amare. Math. 26. Habuit etiam ſingularem intelligentiam in horis diei.i.gratię,quando dixit Chriſto Matth. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui,&c. Et ſicut gallus non habet intelligentiam niſi a cœlo:ita nec Petrus niſi a Deo. Beatus es Symon &c. Idem figuratur etiam merito per Ioſeph, quia ſicut ille fuit eſcarum diſpenſator: ita Petrus verbi Dei maximus prædicator. Vnde poteſt ipſi competere illud quod Ioſeph dicebatur quia oſtendit tibi Deus omnia,quæ locutus es:quantum .ſ. ad fidei confeſſionem. Nunquid ſapientiorem te inuenire potero?certe non: ideo interpretatur agnoſcens. Tu eris ſupra domum meam, ſcilicet militantem eccleſiam, & ad tui oris imperium cunctus populus, ſcilicet Chriſtianus obediet: vno tantum regni ſolio te præcedam:quia ſcilicet ego dominus,tu Vicarius. Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Aegypti,ideſt huius mundi tenebroſi diſpenſatione tritici,ideſt verbi Dei per te ſaluandi,vt tibi illud dirigatur. Luc. 12 Fidelis ſeruus, & prudens,quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. Habemus ergo quod quamuis Beatus Petrus ſicut hoſpes,& aduena ad Chriſti domum fuit adductus: tamen propter ſuam probitatem per Chriſtum eſt ibi dominus conſtitutus, & hoc eſt Conſtituit eum Dominum domus ſuę: vbi deſcribitur fuiſſe a Chriſto in Eccleſia.

Pſal. 44

Eccleſia militãs comparatur ciuitati.

Poſitus, Suppoſitus, Impoſitus. } Conſtituit eum Dominum Domus ſuæ.

Oſtenditur autem { Poſitus, Suppoſitus, Impoſitus. }

Vt { Adeſſet myſterio, Præeſſet officio, Prodeſſet miniſterio. } Subſtituit eum Dominum domus ſuæ.

Habemus ergo Apoſtolorum Principem a Chriſto in Eccleſia ſingulariter.

Poſitum, Suppoſitum, Præpoſitum. } Vt { Adeſſet myſterio ſuperiori vocatione. Præeſſet officio altiori prælatione. Prodeſſet miniſterio vberiori gubernatione } [Conſtituit eum Dominum domus ſuæ.

Quantum ad primum quod militans eccleſia comparatur ciuitati per ſcripturam,vt in pſal. Hieruſalem,quæ ædificatur vt ciuitas. Ratio autem eſt,quia eodẽ modo eſt in ædificio corporali,& ſpirituali. In corporali autem ſic eſt,quod qñ ille qui eſt peritus magiſter artifex prudens ponit,& collocat magnũ lapidem in loco alto,vel in loco periculoſo,vt in portali,vel in capite,vel in angulo,& vtitur arte recta,tunc ędificium vadit bene.in talibus enim locis non ponuntur, niſi lapides

Digitized by Google

electi, lapides ſciſſi politi multis tunſionibus,& dolati, quando autem lapis magnus
& ponderoſus ponitur non per principalem magiſtrum:ſed per aliquem imperitū
ponitur contra artem,& contra regulam, ponitur indolatus,& indiſpoſitus: tūc eſt
in malum ædificij,& ruinam muro,& lapidi. Ita ſpiritualiter eſt de ciuitate eccle
ſiæ quæ ędificatur viuis ex lapidibus, iuxta illud Eph. 2. Superædificati ſuper fun
damentum Apoſtolorum. Magiſter enim huius ędificij peritus,& doctus eſt Chri-
ſtus. Ioh. 13. Vos vocatis me magiſter,& domine & bene dicitis:ſum etenim. Lapis
autem magnus eſt quilibet curatus, quilibet prælatus. Status autem prælationis
eſt locus altus,& eminens ſuper alios, porta autem ſunt ipſi pręlati, per quos popu
lus ingreditur eccleſiam. Sunt etiam angulus, quia in eis coniungitur Deus, & po-
pulus cum ſint medij. Quando igitur Chriſtus ponit magnum lapidem, ideſt ali-
quem pręlatum in alto regiminis in porta, in angulo, quæ ſunt loca periculoſa ec-
cleſiæ:& non ponit eos, niſi ſecundum artem debitam, ſcilicet ſecundum iuſtitiam
ſecundum merita cuiuslibet:& non ponit lapidem niſi politum ſcientia, dolatum
bona vita, ſciſſum experientia,& obedientia:tunc ædificium eccleſiæ vadit bene.
Tunc Hieruſalem ædificatur vt ciuitas, tunc verificatur illud quod cantat eccleſia.
Tunſionibus præſſuris expoliti lapides ſuis coaptantur locis per manum artificis,
quando autē non Chriſtus, ſed mundus, non Chriſtus ſed auunculus, vel alius con-
ſanguineus ponunt iſtum lapidem in pręlatione in porta in capite eccleſiæ, non ſe
Pſal.17 cundum regulam artificis, non ſecundum iuſtitiam, ſed ſecundum partialitatem,&
carnalitatem indebitam, aut ſecundum aliquam ſimoniam, tunc lapides non poli-
ti ſcientia, ſed pleni,& groſſi ignorantia non dolati a vitijs:ſed tortuoſi peccatis la
pidibus electis contemptis,& prętermiſſis ponunt in Eccleſia tunc eſt ruina eccle-
ſiæ muro,& lapidi, populo,& prælato totum cadit, & venit in terram intantum vt
Hier. lamentetur. Thre. 2. fluxitque antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt.
Pſal.17 Hæc eſt cauſa deſtructionis noſtræ ciuitatis ſpiritualis. Benedictus autem Petrus
fuit non ſolum in alto immo in altiori loco totius eccleſię per Chriſtum poſitus,
vtique papa ſummus non in cauda, ſed in caput pro eo dicente, Pſ. Conſtitues me
in caput gentium, non lapis impolitus ignorantia, non oblitus,& inſciſus mala vi-
ta, ſed multipliciter a Chriſto in vtroque examinatus, & perfectus inuentus tanq̄
lapis electus. Et ideo Petrus a Chriſto Petra eſt vocatus. Ipſe fuit poſitus,& collo-
catus per artem debitam:quia ſecundum iuſtitiam:non per ſimoniam, non partia-
litatem indebitam, quia per Chriſtum qui ipſi loquitur illud Hiere. 1. Ecce con-
ſtitui te ſuper gentes,& regna, vt euellas,& deſtruas,& diſperdas, & diſſipes,& ædi
fices,& plantes. Nota hoc eſt officium pręlati,& dicit. Conſtitui te ſuper gentes,
ideſt omnes minores:& regna, ideſt omnes maiores:vt euellas, & deſtruas omnes
malos,& omnia mala non nutrias, nec diſſimiles, nec in paruis, nec in magnis, qđ
eſt contra quoſdam, qui propter pecuniam in ſubditis mala diſſimulant. Alij autē
paruos corrigunt,& maiores non tangunt, ſimiles araneæ, quę paruas muſcas in
ſuam telam cadentes interimit:groſſas autem totam telam frangentes tangere nō
audet:& ideo hic dicitur. Super gentes regna, vt euellas,& deſtruas &c. Et ędifices,
& plantes. ſ. bonos,& bona, quod eſt contra illos, qui non bonos, ſed malos promo-
uent,& exaltant, ſimiles aquilę, quę amplius nutrit magis aptum ad prædā de pul-
lis:tales ponuntur hodie in officijs ad prædam ſubditorum. Hæc auctoritas latius
exponitur in illo ſermone. Reſpicite leuate capita. Si vis dilatare, quære ibi Beat.
Petrus fuit talis, vt ſcriptura loquitur. Nam ipſe malos tam minores, quam maio-
res diſſipauit:vt patet in anania,& zaphira, quibus mortem pręd ixit. Act. 5. Patet
etiam in Herode, Nerone,& Mago Simone, quos euellebat:bonos autem exaltabat:
vt patet in Clemente, Lino,& cleto,&c. vide in hiſtoria: hęc autem omnia fuerūt
in

Digitized by Google

in eo: quia a Chriſto fuit poſitus, non à ſanguine, vel a mundo: hoc ipſe confitetur per verbum Ps. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon montem: ſanctum eius prę: prę cius. Nota. dicit ſe regem a regendo, debetur autem cathedra, & ſolium ei, qui eſt rex terrarum in gentibus, & ei, qui eſt rex ſcholarum in ſcholaribus. Et quia Beatus Petrus fuit rector, & rex vtroq; modo: quia fuit rex terrarum per ſpiritualem iuriſdictionem rector ſcholarum per prędicationem, ideo propter hoc duplicem cathedram accepit. Primo cathedram doctoralem Anthiochiæ, & Biretum doctorale quantum ad tonſuram in die feſti cathedrę. Nota hiſtoriã in floribus ſanctorum. Et accepit cathedram regalẽ Romę in feſto mortis ſuę crucem ſolium, ſcilicet ſui doctoris, in quo accepit librum a Chriſto, & legebat in eo: ibi etiã recepit coronam gloriæ, quam de roſis, & lilijs angeli deferebant: vt habetur in legenda, vide ibi ſupra, ideo dixit. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo: & hoc fuit pulchre figuratum. 3 Reg. 1. vbi dicitur ſic Dominus rex noſter Dauid, i. Chriſtus Regem conſtituit Salomonem, ideſt Beatum Petrum pacificum, & pacifice regentem: quia Chriſtus vicarius in bonos debet eſſe non guerrificus, ſed pacificus. Sed & Salomon, ideſt Beatus Petrus pacificus: ſedet ſuper ſolium regni, ſcilic. Anthiochiæ quantum ad Cathedram ſcholarium: & Romę in cruce quantum ad ſoliuñ regni terrarum. Ideo dicitur Danie. 2. Danielem rex in ſublime extulit, & munera magna dedit ei: conſtituit eum ſuper prouincias principem, & prę fectum, & magiſtrum ſuper cunctos ſapientes. Nota. Beatus Petrus habuit a Chriſto triplicem gratiam ſingularem, ſcilicet in abſolutione peccatorum. Quodcunque ligaueris ſuper terram, &c. Ideo dictum eſt ei Danielem in ſublime tulit. Quid n. cœlo ſublimius, & tamen dictum eſt? Erit ligatum, & ſolutum & in cœlis. In coruſcatione miraculorum ita vt etiam ad eius vmbram ſanarentur infirmi. Nota miracula in vita eius: ideo dicitur. Et munera magna dedit ei. In auctorizatione verborum, ad ipſum enim pertinet ſublimatio doctorum, correctio errorum, declaratio dubiorum, directio deuiorum: confirmatio certorum, & ideo dicitur. Cõſtituit eum ſuper omnes prouincias principem prę fectum, & magiſtrum, ideo Petrus, & eius Vicarij propter has gratias ſingulares ſunt a Chriſto ſingulariter in capite ecclesię conſtituti. Beato Petro per ps hoc recognoſcente cum dixit. Tu autem domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

Pſal. 2

Quantum ad ſecundum nota quod rex non poteſt facere maiorem honorem filio, quam quod eum dimitat hęredem, & ſucceſſorem in regno: ſed quando eum dimittit non ſolum dominum regni, ſed omnium, qui in regno ſunt tam fratrum ſuorum, quam matris proprię nihil poteſt facere gratiæ vlterius. Hanc gratiam Chriſtus fecit Pet. quia non ſolum regni ſui eccleſię militantis eum ſucceſſorem, & hæredem inſtituit: immo omnium fratrum Chriſti, ſcilicet aliorum Apoſtolorum, & diſcipulorum, & genitricis proprie virginis Beatę in iuriſdictione ſpirituali totaliter dereliquit, vnde Chriſtus ad Petrum introducitur ſub figura Iſaac ad Iacob. Gen 27. cuius benedictio fuit hæc. Det tibi Deus de rore cęli, quantum ad ſufficientiam gratiarum ſpiritualium in ſacramentis. Et de pinguedine terrę abundãtiam frumenti, vini, & olei, quantum ad ſufficientiam temporalium in decimis, & primitijs, quas ſine miſericordia extorquemus. Seruiant tibi populi quantum ad ſubiectionem omnium conuerſorum ex gentibus. Et adorent te tribus quãtum ad ſubiectionem conuerſorum ex iudæis. Eſto dominus fratrum tuorum quantum ad Apoſtolorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ quantum ad ſucceſſionem cardinalium archiepiſcoporum, & quorumlibet prælatorum. Qui benedixerit tibi ſit ille benedictus quantum ad obedientiam omnium ſubditorum. veniat ergo Ioãnes Euãgeliſta in medium, quia eſt ipſe ille diſcipulus, quem diligebat Ieſus: ergo

Digitized by Google

nunquid tu eris Petro ſubiectus an erit exemptus? Quære a Chriſto de Petro nũquid rex noſter erit aut ſubiiciemur ditioni eius? Reſpondit Ieſus Ioanni: Dominũ tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui. Et tibi fili mi vltra quid faciam? Gen. 27. Veniat Iacobus frater domini petat idipſum. Idẽ Chriſtus reſpondebit. Dominum tuum, &c. ſic de ſingulis poteſt fieri poetria. dilata, vt voluetis de ſingulis Apoſtolis, ſed nunquid ego exempta ſum? dicit virgo Maria Mater beatiſſima, eadem eſt reſponſio. Dominum tuum, &c. ex quo ſoluitur deuotorum illa quæſtio curioſa, cui Deus ſignum maioris amoris oſtẽdit an Petro, quia Petro Ioannem, & Virginem, totamque eccleſiam ſuam commiſit, & dimiſit: Ioanni vero ſolam virginem dereliquit: cui autem minus dimittitur minus diligit: ergo Beato Petro Chriſtus plus honoris conferre non potuit, quia ipſi omnia & eius iuriſditioni ſubiecit, ideo dicit. ps. Gloria, & honore coronaſti eum domine. gloria, ſcilicet in morte, & honore in vita. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, nec aliquis excipitur: quia omnes ſubieciſti ſub pedibus eius: oues. ſ. quantum ad cornutos prẹlatos: & boues, quantum ad reges coronatos. Inſuper, & pecora campi quantum ad minores ſubditos. volucres cẹli quantum ad bonos, & iuſtos & piſces maris quantum ad peccatores malos, & iniuſtos: qui ſcilicet perambulant ſemitas maris huius mundi. ergo concludendo vobis Beate Petre dicimus Domine dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Pſal. 8

Quantum ad tertium nota, quod dominus recedens à patria, & omnes claues domus ſecum deferens oſtendit ſe non habere magnam fiduciam in ſuo Vicario, vel baliuo. Sed quando omnes claues ipſis dimittit non ſolum domus, ſed omnium theſaurorum, & omnium ſecretorum tunc oſtendit ſe gerere de illis fiduciam, & confidentiam pleniorem. Si quæratur, quid eſt eccleſia? Reſponſio datur Gen. 28. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli. In hac domo ſunt multæ diuitię, & theſauri meritorum, & præmiorum. Vnde pſalm. Gloria, & diuitiæ in domo eius. Chriſtus igitur recedens a mundo, & ad cœlum aſcendens non ſecum claues tulit huius domus: immo clauigerum totius domus ſuperioris cœleſtis, & inferioris terreſtris necnon, & omnium theſaurorum Petrum dabo claues vt aperiat, & nemo claudat: claudat, & nemo aperiat. Tibi inquit dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cẹlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Ideo vocatur clauiger æthereus: ad hunc enim ſolum, vel eius commiſſarios pertinet ligare, & ſoluere: excludere, & introducere: pœnitentias imponere, & indulgentias dare tanquam ianitori, & clauigero omnium theſaurorum, & totius regni cœlorum. Figuratus per Ioſeph. Gen. 39. vbi dicitur quod præpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domum. ergo dicamus ei ianitori cœli pulſantibus aperi: quia quilibet noſtrum elegit ſecundum illud Pſalm. Abiectus eſſe in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum: quia beati qui habitant in domo tua Domine. Ideo dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ad quam &c.

Pſal. 111

SER-

SERMO LXXVI.

De feſto Euchariſtiæ: vel pro feria quinta in Cęna Domini.

MIſit ſaturitatem in animas eorum. In vulgare dicitur tale prouerbium. *Pſal. 105.* Mal'è quell'opra, che non ci ciba, ne copre. Prouerbio. Hoc eſt dictu. Malum eſt illud opus quod non paſcit aut retribuit. Cum enim nullus teneatur proprijs ſtipendijs laborare: oportet cibum vel ſtipendium vel vtrumque laborantibus dare: alioquin malus labor eſſet laborantibus & inanis Sed quando opus bene paſcit laborantem:& vlterius dat bonam mercedem: ille labor eſt optimus laborantibus & operanribus. Hæc eſt differentia inter opus Dei,& diaboli:opus bonum & malum: quod opus diaboli opus peccati nec paſcit nec mercedem niſi malam retribuit,quod non ſatiet non paſcat. Pſal. Eſurientes & ſitientes anima eorum in ipſis defecit. q; non mercedem niſi malam retribuat. Ro. 6. Stipendium peccati mors, ideo malum eſt illud opus: quia nec paſcit nec mercedem reſtituit. Opus autem Dei bonum paſcit & mercedem reddit: quia ille qui cõduxit operarios, ſcilicet Deus vtrumque eis conſtituit. De cibo quidem Matthæi. 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo. De mercede autem. Lucæ 10. Dignus eſt operarius mercede ſua. Deus igitur nolens nos ſtare ocioſos miſit omnes operari in vineam ſuam, ideſt in eccleſiam. Et quia iſtud opus eſt bonum voluit vt mercedem daret & vlterius paſceret, de mercede quidem habetur. Mat. 20. quia conuentione facta cum operarijs ex denario diurno miſit illos in vineam ſuam. Iſte denarius eſt merces æterna de qua Mat. 5. Gaudete quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Vt autem eſſemus magis voluntarij ad bene operandum voluit Deus nobis cibum dare non vtique panem ordeaceum & vinum acetoſum ſed panem frumenti: & vinũ vuæ meraciſſimum, quia corpus & ſanguinem proprium. Vnde Pſal. Adipe frumenti ſatiat te. Hoc autem fecit, vt idem. Pſal. teſtatur Vt eruat a morte animas eorum:& alat eos in fame. *Pſal. 147.* Vnde Chriſtus figuratur in Salomone. 2. Paralypome. 11. qui dixit operarijs dabo cibaria tritici: quia ſuis fidelibus in hac vita bene laborantibus dat carnem propriam in tritico & ſanguinem in vino in euchariſtiæ ſacramento, de quibus Pſal. Beati omnes qui timent dominum qui ambu. in vj. eius. Labores manuũ tuarũ, quia mãducabis bene eſt & bene tibi erit. ergo opus diaboli & malum eſt peſſimi laboris: quia non paſcit niſi mercedem conſtituat: opus autẽ Dei & bonum eſt magni dulcoris & optimum: quia mercedem ſoluit in patria: & Chriſti corpore & ſanguine nos ſatiat in via. Et de hoc loquitur verbũ aſſumptũ. Miſit ſaturitatem &c. vbi Pſal. circa hoc ſacramentum deſcribit certum.

Efficiens, Recipiens, Reficiens } Miſit ſaturitatem in animas eorum. { deſcribitur autem certum. } Efficiens, Reficiens, Recipiens,

Ex parte. { Largientis, Nutrientis, Indigentis, } Miſit ſaturitatem in animas eorum. { Igitur in hoc ſacramento habemus.

Largiens, Nutriens, Conueniens, } Efficiens, Reficiens, Recipiens, { Immenſæ bonitatis, Extenſæ vbertatis, Oſtenſę ſanctitatis, } Miſit ſaturitatem in animas eorum.

Quantum ad primum nota quod infirmi, & debiles per cibum conſueuerunt curari dupliciter. Primo per cibum. Secundo per verbum, per cibum autem ſpecialiter quando habent cibũ non vſitatum, ſed ſingularem, & extraneum: quia cibo vſitato aliquando tędiantur, ſed quando cibus eſt ſingularis, & extraneus inuſitatus, & a magno domino miſſus, tunc prouocantur infirmi amplius ad ſumẽdum. Vnde conſueuit dici quod comedant amore mittentes. Quando autem cibus eſt extraneus, & a magno domino, vt a rege miſſus, ſi ſit delicate, & munde, & manibus dominæ, vt reginæ paratus conſueuerunt homines ad comedendum fortius prouocari. Sed dato quod eſſet cibus extraneus a Rege miſſus a Regina paratus: ſi tamen eſſet cibus contrarius, & contra regulam, & legem medicinæ adhuc non libenter conſumeretur: ſed ſi eſſet cibus ſecundum medicinæ regulas paratus, tunc eſſet optimus ad ſumendum: quando autem cibus eſt non ſolum extraneus, & a magno rege miſſus, & reginę manibus præparatus, ſed etiam ſecundum medicinæ regulas pręparatus: & eſt ſanatiuus, & infirmitatis expulſiuus: quis non libentér ſumeret talem cibum? Omnes iſtas conditiones habet cibus ſacramentalis Euchariſtiæ, ſecundum Apo. Ad Gal. 4. vbi deſcribit ſic. Miſit Deus, ecce mittentem maximum filium ſuum, ecce cibum extraneiſſimum, factum ex muliere, ecce reginæ manibus præparatum, factum ſub lege, ecce ſecũdum medicinæ regulas ordinatũ, vt eos, qui ſub lege erant redimerent, ecce finem ſalutis optatũ. Ergo fatuus eſt, qui talem cibum non recipit a Deo miſſum, cuiuslibet infirmitatis curatiuum. De hoc
Pſal. 106 enim ſcripſit pſ. Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Et in hoc innuitur ſecundum, per quod conſueuerunt homines ab infirmitate curari. ſ. per verbum: quia experimentatores conſueuerunt in panis buccella ſcribere aliquod verbum per quod buccella ſumpta curarentur infirmi. Ita ſpiritualiter, Deus enim nos volens a noſtris peccatis curare in buccella panis ad probationem verborum ſacerdotis ſcribit verbum ſuum, quia ibi eſt veraciter filius Dei, verbum patris: & quantum ad diuinitatem, & quantum ad humanitatem: & hęc buccella panis Euchariſtię curat omnem frigiditatem febris ſpiritualis. Vnde pſ. qui dixerat. Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Modum miſſionis, & curationis alibi declarauit dicens. Mittit criſtallum
Pſal. 147 ſuam ſicut buccellas ante faciem frigoris eius, quis ſuſtinebit. Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Expone, nota dicit mittit criſtallum ſuam, ideſt hoſtiam conſecratam: quæ idcirco criſtallus dicitur: quia ſicut criſtallus ſanctuarij continet intus reliquias præcioſas de corporibus ſanctorum. Ita hoſtia conſecrata intus continet Corpus Chriſti pręcioſum ſicut buccellas: quia per buccellas a diuerſis ſumitur. Gen. 18. Ponam buccellam panis in ore veſtro ante faciem eius: quis poterit ſuſtinere frigus peccati. Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea, ideſt peccata, flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ, ſcilicet lacrimarum, & gratiarum. Ita recte confitetur alibi idem pſalm. in perſona
Pſal. 17 digne ſumente. Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis. Nota dicit, accepit me, & non ſumpſi eum: quia iſte cibus eſt ille, qui dixit Beato Auguſtino. Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuę: ſed tu mutaberis in me: in quo differt ab alijs cibis corporalibus, qui mutantur in ſumentem. Ideo hoc dicitur, Miſit de ſummo, & accepit me. In hoc autem cibo, quia eſt viaticum dantur duo comites, duo ſocij ſumentibus, ſcilicet miſericordia ad delenda peccata in commiſſis, & veritas ad aſſequenda præmia in promiſſis. Vnde idem Pſalm Miſit Deus miſe-
Pſal. 56 ricordiam ſuam, & veritatem ſuam ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Quantum ad ſecundum, nota quod præſens Eccleſia vocatur locus paſcuę in

Digitized by Google

Pſalm. In loco paſcuæ ibi me collocauit. Nos autem dicimur oues paſcuæ in pſ. Nos autem populus eius, & oues paſcuæ. Sicut enim in paſcuis eſt. differentia paſtus, quia quædam paſcua habent paſtum ſterilem, paruum, & non ſaturatiuum ouium. Alia paſcua habent fertilem cibum, & ſaturatiuum ouium. Ita in mundo eſt quidam paſtus, qui non ſatiat oues Chriſtianas, paſtus, ſcilicet rerum temporalium diuitiarum, honorum, & huiuſmodi: immo augeret recte appetitum, & deſiderium: ſicut enim in paſcuis ouis nunquam ſatiatur: immo quod eſt mirabile ſecundum naturales, & experientia docet cum tota die ouis fuerit in paſcuis auidius, & guloſius rodit, & deuorat in ſero, quam in mane: & quando iubetur exire paſcua quam quando intra de mane, ſeu in meridie. Sic in mundo multi Chriſtiani cupidi, auari, ambitioſi nunquam ſatiantur: immo auidius deuorant, & congregant, acquirunt, & laborant lucrantur per vſuram, & accumulant in ſero ſenectutis: immo in nocte mortis: quia tunc relinquunt filijs, & nolunt emendare vitam ſuam: nolunt plus ad pias cauſas facere legata quam fecerunt in mane iuuentutis, vel meridianę ætatis. Cum enim homine ſeneſcente cætera vitia ſeneſcant ſola auaritia iuueneſcit. Vnde miratur Eccleſiaſtes 4. Vnus eſt & ſecundum non habet: non filium, non fratrem: & tamen laborare non ceſſat: nec ſatiantur oculi eius diuitiis, nec recogitat dicens cui laboret. Cauſa autem inſatiabilitatis eſt eadem in oue, & in homine. Secundum enim Philoſophum. Quis habet duos ventres vnũ maiorem, & alium minorem: modo quamdiu ouis comedit in paſcuis cibus deſcendit in vnum ventrem ſolum: & alius remanet vacuus, quouſq; ouis ruminet: ideo ouis non ſatiatur. Sic homo habet duos ventres maiorem, ſcilicet appetitum, ſenſitiuum: & minorem appetitum intellectiuum ſiue mentis, bona autem temporalia intrant ventrem maiorem, ſcilicet appetitum ſenſitiuum: ideo replent ventrem corporis, & aliquando nimis, quia faciunt torſiones: ſed non deſcendunt, nec replent appetitum mentis: & ideo non ſatiant. Vnde omnibus temporalibus non ſatiantibus dicitur Leuit. 26. Comeditis, & non ſaturabimini, & Eccleſiaſtes. 1. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. Solus autem Deus ventrem, & appetitum cordis, ſeu mentis poteſt ſatiare. Vnde ipſe ſalus eſt cibus animæ ipſam ſatians. Vnde pſalm. Confiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum, quia ſatiauit hominem inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis. Et quia in ſacramento altaris eſt Chriſti humanitas, & eius diuinitas, ideo dicitur panis cœleſtis hominem totum ſatians, & ſaturans: quia ratione diuinitatis aſcendit ad ventrem maiorem mentis: & rationes accidẽtium ad ventrem corporis minorem: ideo totum hominem ſatiat, & ſaturat. Vnde pſalm. Panẽ cœli ſaturauit eos. Sed vota ſicut corporaliter tria ſunt impedimenta, quæ tollunt ſumptionem delectabilem cibi corporalis ne debite ſumatur, & homo ſaturetur. Ita ſpiritualiter in hoc cibo: impedit autem ſumptionem delectabilem cibi corporalis, & ſatietatem. Primo affluentia ciborum: quando enim homo habet varia, & multa cibaria diuerſos cibos, & fercula non poteſt comedere delicata potiſſime vbi ſunt, & pręcedunt multa groſſa: ſed quando habet modicum, & illud delicatum comedit homo auide, & ſatiatur. Ita ſpiritualiter homo quando habet rerum, & diuitiarum temporalium ſuperfluitatem, quæ cibaria groſſa non diſtribuit, non dat pauperibus, eſt ferculorum copia, coram mente auarorum, non poſſunt comedere non pñt cõicare: remordet eos conſcientia hoc nimis habuiſſe ab illo: & illud ab alio, &c. & ſic perdunt voluntatem cõicandi: ſed illi, qui parum habent, vel ſi habent diuidunt: & ſunt pauperes, vel ſpiritu, vel mente, & re, vel ſola mente parum abundant, quia vel eſt aliorum, vel ipſi parum diligunt, tales hoc cibo ſpũaliter ſaturantur. Pſ. Edent pauperes, & ſat. & lau. de qui. re. eũ in ſe. ſe. vi. cor.

Eccleſia pa-ſcens vocatur loc⁹ paſcuæ.

Pſal. 106

Pſal. 21

corũ. Ecce de pauperibus. Sequit̃ de diuitibus. Manducauerunt & adorauerunt oẽs pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes. Nota autem ꝙ Chriſtum ſumentes in hoc pane vel ſunt ſacerdotes qui conſecrant vel alij qui ab eis communicant: & quia tam ad hos quam ad illos ſumentes requiritur liberalitas & volũtaria pau-
Pſal. 131. pertas. Ideo alibi ſcripſit. Pſal. Pauperes eius ſaturabo panibus hoc in generali. Sacerdotes eius induam ſalutari. ecce quantum ad conſecrantes. Et ſancti eius exultatione exultabunt, ecce quantum ad alios communicantes.

Secundo deſcipientia ſaporis, aliquando enim eſt homo ita indiſpoſitus quod nihil deſiderat nihil appetit comedere: in nullo inuenit ſaporem: & tunc homo nõ poteſt comedere nec ſatiari cibo etiam quantumcunque delicato: quia in nullo inuenit ſaporem. Ita ſpiritualiter, aliqui ſunt ita accidioſi & pigri quod nullum bonum opus ſapit eis: in nullo bono opere inueniunt ſaporem, nec in opere iuſtitiæ reddendo Deo honorem, nec in opere miſericordiæ reddendo proximo amorem, nec in opere munditiæ reddẽdo ſibi vitæ virorem. Et ideo quia iſti non ſapiunt quæ Dei ſunt non habent famem bonioperis, non ſaturabuntur in iſto cibo.

Contra iſtos dicitur Lucæ ſexto. Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Alij autem qui continue eſuriunt & ſitiunt bene operari: opera virtutum facere: ſapiunt omne bonum opus: & iſti inueniunt ſaporem inhoc cibo, & ſatiantur. Sicut enim non eſt ita bona ſalſa ad ſapide comedendum panem corporalem ſicut fames corporalis, ita non eſt, ita bona ſalſa ad comedendum panem iſtum ſpiritualem ſicut fames & ſitis, id eſt appetitus & deſiderium bene operãdi. Tales enim ſaturantur hic in via: & tandem in patria. Mat. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam quoniam ipſi ſaturabunt.

Tertio impedit ſumptionem cibi delectabilem, negligentia laborum. Ocium enim & negligentia tollunt appetitum & virtutem comedendi. Econuerſo exercitium & labor corporalis vigorant virtutes & reddunt ſapidam comeſtionem. Ita ſpiritualiter vacare ocio & delectabilibus tollunt appetitum & ſaturitatem huius cibi, ſed laborare, pẹnitentiam facere, ieiunare &c. excitant appetitum & reddunt cibum iſtum ſapidum vt homo ſatietur. Iſa. 53. Pro eo quod laborauit anima eius videbit & ſaturabitur.

Quantũ ad tertiũ nota ꝙ gratia non tollit naturã ſed perficit: ideo quo ad aliqua opera gratię aſſimilantur operi naturæ, In natura autem ita inuenimus ꝙ quando cibus ſumitur ipſa mittit vnicuique parti corporis iuxta ſuam cõditionem de alimento, vnde ſubtiliora & meliora mittit ad caput & ad oculos. Groſſiora ad partes alias groſſiores. Ita fit in opere gratiæ. In hoc enim ſacramento aliquid eſt corporale, vt panis accidentia: & hæc vadunt in ventrem & corporalem ſubſtantiam. Aliquid eſt ſpirituale vt ipſe Chriſtus & eius diuinitas quæ ſunt cibus animæ non corporis: & hæc vadunt ad animam & ipſam ſatiant. Pſal. ergo volens oſtendere quod hoc ſacramentum eſt cibus & ſacietas animæ principaliter: non dixit abſolute. Miſit ſaturitatem: ſed in animas eorum, & ideo Eſa. 55. Comedite bonum & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Nota, delectabitur, hoc eſt contra illos qui non delectantur in cibo iſto, nec placet eis communicare. Ratio autem quare non delectantur in hoc cibo eſt hæc: quia columbo ſatiato ceraſa ſunt amara: quando enim columbus eſt plenus non ſapiunt ipſi ceraſa; nec alius cibus: qui tamen placeret ſi non eſſet plenus. Ita ſpiritualiter, quia quorumdam anima eſt plena diuerſis peccatis malis & vitijs non delectantur in hoc cibo: ſicut plenus malis humoribus vel malis cibis non delectatur in bonis ſed abominatur. Ideo dicitur Prouerbiorum 27. Anima ſatiata calcabit fauum.

Ideo

Ideo debet homo eſſe ieiunus,& vacuus non ſolum corporali cibo,ſed etiam ab omni peccato:quia cum peccato comedens non delectatur:ſed peccat, & moritur. Eze. 3. Anima,quæ peccauerit,ipſa morietur. Si autem quæras,quæ poteſt eſſe ratio quod homini ieiuno,& vacuo a peccatis ſit cibus iſte vita, & delectatio:pleno autem peccatis ſit mors,& afflictio. Reſponſio. ſicut infirmus de gula, plenus apoſtemate,bibens vinum grecum purum, vel comedens caponem groſſum ſe interficit non ratione cibi,qui bonus eſt,ſed ratione ſui qui indiſpoſitus eſt : quia ille cibus eſſet ſano optimus. Ita hoc ſacramentum pleno peccatis eſt mortale: vacuo autem & ſano eſt,& vita,& vitale, Vnde de vtriſque ſcripſit pſal. Manducauerunt,& adorauerunt omnes pingues terrę in conſpectu eius cadent omnes,qui deſcendunt in terra. Ecce mors malorum. ſequitur vita bonorum. Et anima mea illi viuet. Ad quam vitam, &c.

SERMO LXXVII.

De Feſto Cathedræ Sancti Petri Apoſtoli: & generaliter pro quolibet eius feſto.

EXaltent eũ in eccleſia plebis in cathedra . Scriptura ſacra hoĩes vocat apes,in. ps.Circundederunt me ſicut apes. Hæc aũt triplici ex cauſa feſtum hodiernum cathedrę ſancti Petri tangere videtur. *Pſal. 106*
Prĩa eſt ex parte noſtri. Sicut .n. apes vt ſcribunt philoſophi ſub vno rectore exiſtentes offenduntur,lęduntur,& moriuntur a tribus ſ.a vento,fumo,& fętore. Ita homines ſub B. Petro Chriſti Vicario,& eius ſucceſſoribus Chriſto ſeruientes læduntur,& moriuntur tribus plagis , tribus peccatis maxime regnantibus in hoc mundo ſcilicet,vt enim dicitur Apoc. 9. Ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum,ſuperbiæ,ſcilicet vento,fumo, auaritiæ, & fætore luxuriæ. Secunda ratio eſt ex parte Beati Petri. Scribunt enim Philoſophi,quod rex apum non pungit,nec lędit alias apes ſubditas:ſed caret aculeo: & ſi haberet , ac vti vellet non permitteretur ei. Ita ſpiritualiter,rectores populi Chriſtiani B. Betrus,& eius ſuccęſſores,ac vicarij non debent ſubditos lędere pungere , nec vti aculeo ſuper eos per oppreſſiones extorſiones:ſed debent eſſe pij, manſueti, & ſuaues in ſubditos:& hoc figuratum,& oſtenſum eſt in B. Petro. Mat 18. Cum enim Petrus videret ſe ſummum futurum pontificem , quamuis vellet vti manſuetudine tamen petiuit a Chriſto an liceret ſibi vti aculeo in ſubditos:vnde dixit Chriſto. Domine quoties peccabit in me frater meus:dimittam ei vſq; ſepties, quaſi vellet dicere:nunquid ſaltem poſt ſeptimam veniam potero rigorem exercere , aculeum habere,& pungere?Chriſtus reſpondit.Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuageſies ſepties, in quo numero omnem incluſit numerum , ſecundum Auguſtin. libro de verbis Domini . Vtinam rectores populi Chriſtiani hodie non portarent aculeum:non pungeret,non læderent:non excoriarent ſubditos. Non credo quod vnquam bulla Petri ipſi valuerit duos de. & tamen hodie non dicam de bulla:ſed vix de multorum curia poteſt haberi modicum ſigillum de cera , niſi præuia pecunia, & excorticata paupere burſa,& quod peius eſt non ſolum multi rectores portant aculeum in ſubditos : immo omnes miniſtri baliui iudices aduocati notarij, & alii aſſiſtentes,vnde magis videntur examen veſparum, quam examen apum. Non fuit talis Petrus. Immo dixit Act. 3. Argentum, & aurum non eſt mihi quod autem habeo tibi do.

Tertia ratio eſt ex parte vtriuſq;. Scribunt enim naturales, quod apes naturaliter ſuum regem, & rectorem cognoſcunt, honorant, & venerantur: & in ſuis aluearijs ei domum ſpecialem fabricant, & cathedram ſingularem, & ibidem collocant ſicut in ſolio regali. Ita fuit factum hodie Beato Petro per eius fideles ſubditos antiochiæ. Nam eccleſia fabricata ei cathedram, & ſacerdotale ſolium coaptantes eũ ibidem ſedere fecerunt, & in cathedram papalem exaltauerunt, de quo hodie eccleſia ſolemnizat, vt figuratum ſit. Ioſue 3. Quod ipſi factum fuit hodie a populo, & a Chriſto, dicitur enim ibi ſic. Dixit dominus ad Ioſue. Hodie incipiã exaltare te coram omni Iſrael, vt ſciãt, quia ſicut cum Moyſe fui ita, & tecum ſum. Tu autem præcipe ſacerdotibus, qui portant arcam. Sicut enim Ioſue poſt Moyſen exaltatus eſt ſuper totum populum Iudaicum: ita Beatus Petrus, & quilibet eius ſucceſſor poſt Chriſtum exaltatus eſt ſuper populum Chriſtianum: & ſuũ eſt præcipere cæteris ſacerdotibus, qui portant arcam, ideſt eccleſiam. In cuius ſignũ hodie eſt ſuper cæteros in cathedra, exaltatus, de qua exaltatione feſtum facimus, & verbum aſſumptum loquitur. exaltent eũ, &c. In quibus verbis Petrus Beatus deſcribitur a Chriſto. honorem triplicem recepiſſe. Fuit namq; per Chriſtum promotus ad

Apoſtolatum, Principatum, Doctoratum.	Exaltent eum in eccleſia plebis, & in cathedra.	Fuit autem honor eius.	Prælatus, Principatus, Doctoratus.

In	Societate, Sublimitate, Dignitate.	Tanti	Collegij, Pontificij, Solij.	Exaltent eum in eccleſia plebis in Cathedra.

Etenim Beatus Petrus fuit exaltatus ad	Apoſtolorum, Prælatorum, Doctorum.

Altius	Conſortium, Faſtigium, Triclinium.	Exaltent eum in Eccleſia plebis in cathedra.

Quantum ad primum nota, quod Chriſtus fecit ſicut ſicut faciunt magni Barones, qui aliquando ædificant vnam magnam Eccleſiam cum alto campanili, & ipſam eccleſiam cum alto campanili munientes diuerſis campanis factis eas examinant, & meliores ponunt in altiori loco totius campanilis, & illam, quæ altius, & melius ſonat ponunt in loco altiori, vt amplius audiatur. Ita fecit Chriſtus, non enim Eccleſiam de mortuis lapidibus: ſed de viuis lapidibus ſuis. ſcilicet fidelibus Eccleſiam, ſcilicet militantem propriis manibus ipſe conſtruxit quæ creſcit in templum ſanctum in domino, in cuius ſementum eſt ſanguis propius, quem pro hoc ædificio fudit in paſſione. Campanile autem huius Eccleſiæ eſt ſtatus prelationis, in quo ponuntur prælati tanquam campanæ ad populum vocandum ad Deum. Chriſtus igitur volens iſtud campanile munire fecit diuerſas campanas fecit Petrum, & alios Apoſtolos ad preſidendum: ad prædicandum. Sed antequam eos in ſtatu prælationis poneret eos examinauit, quæ examinatio facta fuit. Math. 16. Quando Chriſtus diſcipulos interrogauit, quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt, & ſatis bene ſonuerunt.

Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Helyam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Ecce iſti non multum ſonant alte. Hic non ſonat Petrus groſſa campana. Non enim reſpondent, nec dicunt eum eſſe niſi hominem, ſonet ergo, & pulſetur groſſa campana Petrus, videamus ſi altius ſonabit, pulſet Chriſtus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Omnes tacent alij: ſed reſpondens Petrus dixit.

Tu

Digitized by Google

Tu es Chriſtus filius Dei viui. O quam clarus, quam dulcis, quam altus ſonus groſſæ campanæ, qui non ſolum ſuper terram quantum ad Chriſti humanitatem auditur: ſed ſupra cœlos penetrans clara fidei voce eius diuinitatem apertiſſime confitetur. Ideo Chriſtus eius ſonum altiorem, & meliorem cęteris agnoſcens nõ ſolum eum in campanili cum alijs campanis, ideſt apoſtolis poſuit: immo ſuper omnes principem Apoſtolorum omnium collocauit. Beatus es inquit Symon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, &c. Ideo merito propter tantum ſonũ Chriſtus Petrum ad Apoſtolorum collegium: immo ad eorum Principatum exaltauit. Ideo videtur Chriſtus quantum ad hæc de Beato Petro dicere. illud, pſ. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea. Sed dices contra, quia hæc non videntur vera, quod ſcilicet Beatus Petrus ita bene ſonuerit: immo videtur ſonum peſſimum præ cæteris habuiſſe, & ideo non debuit exaltari. *Pſal.* 88

Quia Matth. 26. legitur quod ad modicum tractum, ad modicum verbum vnius ancillæ peſſime ſonuit, quia Chriſtum negauit: quod non legitur de aliquo aliorũ Apoſtolorum. Reſpon. ſi ad pulſationem ad verbum vnius ancillæ iſta Campana male ſonuit, non eſt mirum, quia non dicam de vna Ancilla: ſed communiter mulieres neſciunt pulſare campanas, & ideo non eſt mirum ſi ancilla pulſante Petrus male ſonuit, quia Petrum pulſare neſciuit, immo nec ad eam pertinuit. dices forte contra fortius quia non ſolum Petrus fuit pulſatus ab ancilla, & a muliere: ſed a viris circunſtantibus, & tamen eis etiam pulſantibus, & dicentibus. Tu ex illis es, nam loquela tua te manifeſtum facit. Peſſime ſonuit, quia cępit deteſtari, & iurare, quia non nouiſſet hominem, ergo peiorem ſonum cæteris Apoſtolis reddidit, qui etiam ter dominum ſuum negauit. Non ergo cęteris altius debuit exaltari.

Reſpondeo, quamuis aliqua campana ſit bona, & bonum, & optimum ſonum reddat, tamen non bene, ſed male ſonet poteſt dulciter contingere; vno modo quando ab exteriori impeditur, vt ſit in hyeme, & frigore quando nix cadit ſuper campanas faciunt raucum ſonum donec ſi nix liquefacta, & in aquam reſoluta. Alio modo quando ab interiori impletur, vt ſi campana impleretur aqua, vel eſſet intra aquam, & tunc pulſaretur non redderet bonum ſonum, vel non totaliter clarum do nec eſſet ab aqua extracta Item duobus modis fuit Beatus Petrus campana bona bis a ſono bono impedita. Primo ab exteriori tempore paſſionis, quo tempore frigus erat. Tunc enim cecidit nix timoris ſuper eum, & effectus eſt raucus, & non bene ſonuit: ſed dominum ſuum negauit: ſed Chriſto eum reſpiciente oculo dilectionis tanquam igne ſui amoris calefacientem reſoluta eſt nix timoris in aquam doloris contritionis, & humiliationis, vnde egreſſus foras fleuit amare, & tunc propter humiliationem, propter niuis in aquam lachrymarum reſolutionẽ ſonum clarum recuperauit, quare meruit exaltationem. Ideo dicitur Eccl. 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet.

Secundo fuit impeditus ab interiori. Mat. 14. Quia cum veuiret ad Hieruſalem ambulans ſuper aquas cum cępiſſet mergi clamauit. Domine ſaluum me fac. Modica fidei dubitans. Sed extractus per manum de aquę clarum ſonum recuperauit. Et propter has duas cauſas raucus fuit, ſed continue a Chriſto liberatus, ideo potuit non obſtantibus his a Chriſto: præ cæteris exaltari, quantum ad hæc duo ſimili eius perſona pſ. Viſus eſt loqui cum dixit. Impulſus euerſus ſum, vt caderem. Hoc quantum ad pulſationem ancillæ, & aliorum qui abſtabãt tempore paſſionis. Et dominus ſuſcepit me dolentem, plorantem, & flentem. Fortitudo mea, & laus mea. do. & fac. eſt mihi in ſalutem. Oculos ſuę miſericordiæ mihi dirigendo, dextera domini fecit virtutem. Me merſum in fluctibus maris erigendo. Vnde & Gre. in collecta. Deus, cuius dextera B. Petrũ ambulãtẽ in fluctib⁹ ne mergeretur erexit. *Pſal.* 117

Digitized by Google

Dextera Domini, exaltauit me, Apoſtolorum principem faciendo, dextera Domini fecit virtutem, mihi ſonum fidem, & prædicationem reddendo: Non moriar, ſed viuam, vlterius non peccando. Et narrabo opera Dñi, ſemper bene ſonando, Deũ laudando, & prædicando. Si vis ad mores deſcendere, dic quomodo aliqui exaltantur, & eleuantur in mundo, quia videntur bene vel grate ſonare, & cantare. Vt aduocati vel adulatores in magnorum curijs. Sed iſti exaltãtur in altum ſicut fumus qui quanto altius aſcendit, tanto citius à vento diſpergitur, & in modico euaneſcit. Ita tales a modico vento aduerſantis fortunæ deijciuntur, & euaneſcunt. Ita exaltauit Rex Aſſuerus Heſter 3. Aman, qui paulopoſt ſuſpenſus fuit. Ideo de talibus
Pſal. 30 dicit pſalm. Vidi impium ſuperexaltatũ ſicut Cedros Libani, tranſiui, & ecce non erat quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius talibus dirigitur illud. Eſa. 14. Quõ cecidiſti de Cœlo Lucifer qui mane oriebaris, qui dixiſti in corde tuo: ſuper aſtra cęli exaltabo ſolium meum. Veruntamen ad infernum detraheris. Ergo tu quicunque cuſtodi innocentiam, & vide ęquitatem, quia tibi dicitur de Chriſto per pſal.
Pſal. 36 Exaltabit te vt hęreditate capias terram, cum perierint peccatores videbis.

2 Nota ꝙ regnum cęlorum comparatur theſauro in ſcript. ſacra. Mat. 13. Simile eſt reg. cęl. theſauro. Huius autem ratio eſt, quia qñ per Dñm aliquis theſaurus
Innocentia primi parẽ. cõparatur claui. preciosus eſt alicui committendus, de cuius fidelitate plene non conſtat, conſueuerunt fieri duæ claues quarum vna Dominus ſibi retinet. Aliam diſpenſatori committit. Hoc modo homine creato fuit ipſi tradita quædam clauis innocentiæ: vt poſſet theſaurum, ideſt reg. cęl. intrare. Aliam clauem retinuit ſibi Deus, ſcilicet auctoritatem potentiæ; vt nec cum innocentia homo poſſet intrare, nec cum auctoritate Diuina, nec potentia Diuina rumperet ſine innocentia humana. Vnde oportebit vtramque clauem concurrere: ſed quia homo laſciuiens per paradiſum manum ad fructum vetitum eleuauit. Ideo tunc ipſi clauis de zona cecidit, & tunc peccando amiſit innocentiam, & quaſi amiſſa claue factus eſt ipſi impoſſibilis regni cæleſtis ingreſſus. Vnde Eſa. Chriſto in perſona humani generis non potentis intrare, quia portas frangi oportebat dicit. Vtinam rumperes cælos ſicut fit de porta clauſa, claue perdita: quia vero clauis innocentiæ irreparabiliter erat amiſſa venit filius dei, & quaſi faber ferrarius: immo clauiger ęthereus pro claue innocentiæ coaptauit
Pœnitentia claui cõparatur. clauem pœnitentiæ: fecit contra clauem pp ꝙ in principio ſuæ prædicationis producebat clauem pnīæ: dicens. Mat. 3. Agite pnīam appropinquabit. n. reg. cęl. Sed filius B. Petro tanquam fideli diſpenſatori ſecundam clauem contulit, ſcilicet auctoritatem potentiæ, quia clauis prima cōis erat, & requirebatur ſcd̃a clauis, ſ. potentiæ ex parte Dei: vt per primam intraret cum alijs, per ſecundam aperiret excluſis, dedit ergo ipſi Deus qui ad ipſam clauem pnīæ ad reſurgẽdum poſt lapſum quo ad alios clauem potentiæ ad dimittendum pctm̃. Et hoc habet. Mat. 18. Vbi Chriſtus dicit petro. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, ideſt pctã non præualebunt aduerſus eam. ſ. pp clauem pnīę quo ad primum. Et quodcumque ſolueris, &c. pp clauem potentiæ quo ad ſecundum. Et tibi dabo claues regni cęlorum quo ad vtrumque: pp hoc ergo Beatus Petrus habuit in Eccleſia principatum, quia ei, & eius ſucceſſoribus, & nulli alij niſi quantum per eos committitur auctoritas iſta. clauis hęc eſt a Chriſto collata. Si vis vltra moraliter procedere dic quod prima clauis quæ eſt cõmunis fuit B. Petro, & eſt cuilibet peccatori neceſſaria. ſ. pœnitentia, quia ſicut puer pōt per ſe cadere: ſed non reſurgere, ſic homo per ſe poteſt peccare: ſed nō a pc̃to reſurgere. Vñ Oſeæ 13. Perditio tua Iſrael tantummodo ex me auxilium tuum. Iſtã clauẽ vr̃ recepiſſe, qñ Luc. 22. Poſt peccatum abnegationis egreſſus fleuit amare. Et tunc etiã quilibet noſtrum recepit quando contritus, & dolens ſuum peccatum amare gemit.

Eſt

Digitized by Google

Eſt autem ſciendum, quod ad hoc quod clauis pęnitentiæ poſt peccatum Regnũ Cœlorum aperiat ſunt in ea tria puncta neceſſaria, Vulgariter, Trois mortoiſes. Scilicet, primo compunctio amarioris doloris. Cuius ratio eſt: quia cum maximus dolor cauſetur ex diuiſione, & ſeparatione duorum coniunctorum ſumme conuenientium. Cum Dei, & Animæ coniunctio ſit ſumme conueniens, & delectabilis eorum ſeparatio debet eſſe ſumme doloroſa. Tre. 1. Iccirco ego plorans ploraui, & oculus meus deducens lachrymam quia longe factus eſt a me conſolator conuertens Animam meam Sed ſicut membrum aridum non ſentit ſeparationem a corpore ſic peccator non dolet de tali ſeparatione. Non fuit talis Petrus ſed econtra. Tunc hoc pũctum habuit cum egreſſus foras amare fleuit. Secundo affectio ferventioris amoris, ſicut enim virga violenter flexa ad vnam partem cum dimittitur plus accedit ad oppoſitam. Sic Anima quæ a Deo fuit per culpam ſeparata debet Deo per amoré ardentius iuhærere. De iſta dilectione Beatus Petrus examinatus fuit per Chriſtú. Ioann. vltim. Symon Ioannis diligis me plus his, quaſi dicat, præ alijs debes diligere, quia præ alijs tibi peperci. Feruor autem iſtius dilectionis apparuit. Ioann. 20. Quia Petro, & Ioanne venientibus ad monumentum, Petrus primus intrauit quam Ioannes, qui tamen Ioannes primus venerat frequenter enim qui vltimo veniunt poſt culpam ſunt feruentiores quam innocentes. Tertio acceptio grauioris laboris. Sicut enim infirmus propter ſanitatem conſequendam libenter bibit potionem amaram quam ſanus non biberet. Sic ex quo Homo peccauit debet gratis opera laborioſa ſubire. Iob 6. Quæ primus nolebat tangere anima mea nunc præ dolore cibi mei ſunt Hoc autem apparuit in Petro qui priuſquam peccaret timuit ambulare per mare. Matth. 16. Sed poſtquam peccauerat vt audiuit Ieſum eſſe in littore, tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare. Ioan. vltim. Per mare autem pœnitentia intelligitur. Ergo Beatus Petrus bene fuit per Chriſtum in Eccleſia exaltatus, & per collationem clauis pœnitentiæ quam poſt lapſum habuit, & clauis potentiæ quam ſuper cunctum populum præ omnibus obtinuit. Et de hoc poteſt intelligi illud. Eccl. 15. Exaltabis illum apud proximos ſuos. Et in Eccleſia apperuit os eius, & impleuit illum ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, & ſtola Gloriæ induit eum. Iucunditaté, & exultationé theſaurizauit ſuper eum. Et hæc omnia recognoſcit Beatus Petrus per verba. Pſalm. Non auertit faciem ſuam a me, ſupple cum eum negarem, & cum clamarem ad eum exaudiuit me, ſcilicet cum in maris fluctibus ambularé Et apud te laus mea, cum te Dei filius confeſſus ſum dixiſti Beatus es Symon, & cætera. In Eccleſia magna ſupple vtramque clauem ſum aſſecutus, & pœnitentiæ, & potentiæ. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum omnium mihi ſcilicet ſubditorum.

Anima virga comparatur.

Pœnit. Mare dicitur.

Pſal. 87

Quantum ad tertium. Nota qnod hæc eſt differentia inter Diuinam ſcientiam, & Humanam, inter ius Diuinum, & Humanum, inter Theologiam, & Humanas ſcientias, quòd in alijs ſcientijs a Diuina ſcholares, & Baccalarij aſcendunt Cathedram Doctorum, & legunt in ea: ſed in ſcientia, & Schola Diuina, & Theologia nullus aſcendit Cathedram ſui magiſtri donec ſit Doctoratus, & Magiſtratus: nec legit in ea. B. Petrus non didiſcerat cum Chriſto Humanas ſciẽtias ſed Diuinas: immo quia antequam ad Chriſtum veniſſet ſapiebat ea quæ Hominum, & mundi Chriſtus eum doctorare noluit: nec incathedrare: ſed repleuit. Matth. 16. dicens. Vade retro Sathanas, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt: ſed quæ Hominum. Sed poſtquam in diuinis inſtructus licentiatus, & Doctoratus fuit, & Chriſtus ſibi. Matth. 16. Teſtimonium perhibuit. Beatus es Symon Bariona, &c. Ei ſuam ſcholam ſuos Diſcipulos ſuam Eccleſiam in ſua Cathedra erudiendam regendam, & docendam commiſit. Ioan. vlt.

Paſce

Digitized by Google

Paſce agnos meos:paſce oues meas. Ideo hodie in huius ſignum in Cathedra eū ſedere fecerunt,propter quod poteſt dicere.Illud Ezech.28.In Cathedra Dei ſedi. Quia autem Beatus Petrus fuerit bonus Doctor,bonus Magiſter in Theologia. Apparet in bona eruditione ſcholarium multiplici,& efficaci aggregatione ipſorum, quia manifeſtum ſignum eſt quod Doctor ſit ſufficiens, & excellens quando multi Doctorem ſequuntur, & bene proficiunt. Ita fuit in Beato Petro:quia vt legitur. Act.5. Ad eius Doctrinam augebatur credentium multitudo virorum ac mulierū: ita vt in plateis eijcerent infirmos,& ponerent in lectulis, vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam ipſorum, & liberarentur. Currebat autem multitudo vicinarum Ciuitatum afferens egros,& curabantur. Cauſa autem efficaciæ eius Doctrinæ fuit hæc.Bonus Doctor docens alta,& ſubtilia facit Diſcipulos proficere quando altas ſubtilitates eis oſtendit groſſis ſimilitudinibus, & exemplis. Ita fecit Petrus,quia ſubtilia, & difficilia quæ verbis docebat:ſua bona vita,& ſuis operibus bonis ſubditis oſtendebat credenda, & agenda. Iſte erat bonus Doctor in bona Cathedra.Non de illis de quibus dicitur.Matth.23. Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribę,& Phariſęi,quæ dixerint vobis facite. Secundum vero opera eorū nolite facere.Dicunt enim,& non faciunt.Hæc eſt Cathedra peſtilentiæ,quam beatus Petrus fugit,ſicut in Pſalm.ſcriptum eſt. Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum,& in via peccatorum non ſtetit,& in Cathed.peſti.non ſedit. Sed in lege Domini voluntas eius.

Ad hanc beatitudinem,&c.

SERMO LXXVIII.

De Feſto Conceptionis, vel Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.

Pſal. 108 TV Domine feciſti eam. Scriptura Sacra Deum Patrem vocat auem:vt Turturem.Cant.2.Vox Turturis audita eſt in terra noſtra. Ratio autē eſt duplex. Vna eſt quoniam ſicut certo tempore anni in Terra vox Turturis auditur, & Turtur etiam abſcondita in voce cognoſcitur: ita Dei filius qui dicitur Verbum,& vox Patris certo tempore a patre diffinito quando ante erat apud patrem in Cœlo auditus eſt in Terra qui Deum patrem abſconditum nobis prædicauit,& cognoſcere fecit.Ad Gal.4.Vbi venit plenitudo temporis:miſit Deus filium ſuum factum ex muliere,factum ſub lege. Sequitur.In corda veſtra clamantem,Abba pater.Secunda ratio eſt. Quia Turtur volens prolem propriam educare domum conſtruit nidum facit, vbi reponat pullum ſuū, quæ quidem domus,& ſi ſit de Terra lignis,& paleis,tamen ſemper intus ponit aliquid delicatum,& pulchrum ne pullus lædatur,pungatur,anxietur vel maculetur. Ita fecit Deus pater cum non haberet niſi vnicum filium volens ipſum in hunc mūdum mittere, & in noſtra Humanitate paruulum incarnatum nutrire, & educare domum ſpecialem:nidum ſingularem,primus ipſi conſtruxit qui nidus, & quæ domus fuit Virgo Beatiſſima quam nouem menſibus corporaliter Chriſtus inhabitauit. Et licet hæc domus ille nidus fuerit de Terra,& paleis,ideſt de carne, & oſſibus de noſtra Humanitate ſicut vna mulier alia:tamen in ea fecit Deus ſingulare quod ne Dei filius modo aliquo poſſet auxiliari,pungi vel lædi:quia hoc non poſſit eſſe niſi per peccatum aliquid pulchrum mundum delicatum contra peccatum intra

nidum

nidum poſuit gratiam,ſcilicet ſuam copioſam ſtatim ab inſtanti conceptionis,quę non ſolum maculam culpæ originalis quam vt quælibet mulier alia contraxit ab ea purgauit.Immo ab omni culpa actuali,deinceps immunem conſeruauit. B.Ego puto quod copioſior ſanctificationis benedictio quam in alijs ſanctis in ea deſcenderit,quæ non ſolum illius ortum ſanctificaret:ſed & vitam ab omni peccato deinceps immunem conſeruaret. Quod alteri nemini natis mulierum creditur eſſe donatum. Hoc autem fecit ſolus ipſe Deus cuius, & non alterius eſt gratiam ſuam conferre. Hoc prædixerat Pſalm. Et enim paſſer inuenit ſibi domum, & Turtur nidum vbi reponat pullos ſuos. Et ne quis dubitet domum hanc debere intelligi de Beata Virgine:ſpiritualiter ſubiungit. Beati qui habitant in Domo tua Domine. Hoc autem ſatis figuratum eſt. 4. Reg.3. Cum Salomon vellet habere ſolium in quo ſederet ad regendum populum,dicitur ibi:quod fecit Salomon Thronum de Ebore grãdem,& veſtiuit eum auro fuluo nimis. Quis eſt iſte Salomon niſi Dei filius pacificus,de quo ipſemet ait? Ecce pluſquam Salomon hic,quid eſt autem Thronus niſi Virgo Beata in qua Dei filius ſedit nouem menſibus? Quid autem eſt iſte Thronus Eburneus,niſi quia puritate,& Verginitate candiſſimus?Sed veſtiuit eum auro fuluo nimis quia Virginem Gratia ſanctificante cum omnibus virtutibus ſtatim a principio ſuæ Conceptionis pleniſſime induit,& veſtiuit. Ideo dicit pſalm. Sanctificauit Tabernaculum ſuum altiſſimus. Scilicet per gratiæ,& virtutum infuſionem: Deus in medio, ſcilicet Chriſtus, non commouebitur propter peccati Originalis expulſionem,& actualis præſeruationem. Adiuuabit eã Deus mane diluculo,quia hoc fuit factum ſtatim ab eius Conceptionis principio. Sequitur Dominus virtutũ nobiſcum,quia per eam venit ad regendum populum ſuum. Ideo Pſalm. Vidẽs Virginem Beatam domum Dei Sanctam habitaculum Sancti Spiritus præparatam a ſolo Deo ſua gratia ſanctificatam, quod ipſe fuerit eius artifex. ex cauſa mirabili artificio. Ideo in Verbis propoſitis recognoſcit. Tu Domine,&c. Vbi tria ſumma deſcribit,quia ſummum.

Pſal.83 / Pſal.45

Operarium / Operatorium / Sanctuarium. } Tu Domine feciſti eam. } Deſcribitur autem.

Operarium / Operatorium / Sanctuarium. } Excedentis poteſtatis / Perficientis integritatis / Excellentis dignitatis } Tu Domine feciſti eam.

Habemus ergo in huius Domus Dei. } Operario. / Operatorio. / Sanctuario.

Poteſtatem / Integritatem / Dignitatem } Præcipuam / Continuam / Deifluam } Tu Domine feciſti eam.

Quantum ad primum notandum,quòd in his quæ communiter accidunt non eſt neceſſarium excedens, & ſingularis poteſtas:ſed in his quæ raro vel numquam accidunt,& quaſi videntur impoſſibilia:vt de nouo fiant requiritur actor ſingularis virtutis,& poteſtatis. Verbi gratia ad hoc. Quod planta quæ eſt Roſarum producat Roſam non requiritur:vt plãtator Roſarij ſit ſingularis poteſtatis:ſed ad hoc quod Roſarium produceret Cedrum vel palmam requiritur,quod plantator Roſarij eſſet ſingularis virtutis,& poteſtatis. Ita in propoſito ad hoc quod vnum Roſarium vna perſona producat aliam Roſam:ideſt quamcunque perſonam communem non eſt neceſſaria virtus niſi communis. Sed ad hoc quod vna mulier producat Roſam, & Palmam ideſt Hominem, & Deum quod videbatur, & eſt ſecundum Naturam

impoſſi-

impoſſibile. Requirebatur operarius infinitæ virtutis. Et ideo quia Virgo Beata fuit illud Roſarium, quod produxit Palmam, & Cedrum Dei filium, & Hominem, & Deum neceſſaria fuit Diuina virtus excellens ad eam plaſmandam, & faciendã. Ideo dicit pſalm. Tu Domine feciſti eam, &c. Alibi in Pſalm. A Domino factum eſt iſtud. Et eſt mirabile in oculis noſtris. Vtique duplex mirabile, quia in Conceptione Virginis ſupra Naturam ſterilis fœcundatur. Nota quomodo parentes erant ſteriles, & in ea fœcundati fuerunt vide hiſtoriam in floribus ſanctorum. Nox media vt dies illuminatur: quia exiſtens ipſa in medio noctis ſilentio; id eſt in Matris vtero, & ipſa in vmbra originalis peccati concepta ſtatim per ſanctificantem gratiam illuminata fuit. A Domino factum eſt iſtud mirabile, & non ab alio. Ideo pſal. Cantate Domino Canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Quantum ad ſecundum nota. Quod Mercator ſapiens veniens ad nundinas ſuas merces volens explicare, & vendere. Primum quod facit cogitat de bono opertorio, & illud cum diligentia ordinat, & diſponit: vt in eo poſſit ſe, & ſua ponere, defendere, cuſtodire, oſtendere, & vendere. Ita ſpiritualiter Dei filius venit in hunc mundum ſicut mercator. Vt Auguſtinus dicit: Habens venale Regnum Cœlorum vtique, in quo ſunt multa iocalia precioſa, multæ precioſæ merces. Vt igitur hic mercator poſſit omnia bona ſua omnes virtutes explicare diſpoſuit vnum opertorium, fecit pulcherrimam domum, ſuam matrem; Virginem Glorioſam in qua poſuit omnem perfectionem, & gratiam, pingendo diuerſas perfectiones, & diuerſa ſigna diuerſarum virtutum, ſicut pinguntur in opertorijs diuerſa ſcuta. Et ibi primũ quod explicauit. Fuerunt tres lapides precioſiſſimi: ſcilicet tres perſonæ Trinitatis, & vnus lapis, ſcilicet vna perſona: ſcilicet filij fuit in illo opertorio in auro incaſtrata: id eſt in Virginis vtero incarnata, & ante iſtud opertorium nullum aliud potuerat ad hoc idoneum inueniri. Ibi Deus explicauit merces omni potentiæ, quia fecit fœcundam ſterilitatem, matrem Virginem, Deum Hominem, Verbum carnẽ, quis vnquam in alio opertorio iſtam inuenit permutationem, ibi explicat merces pietatis, & miſericordiæ. Exinaniuit enim ſemetipſum formam ſerui accipiens: vt ſeruos redimeret, & fratres faceret, &c. filios naturaliter ſclauos, &c. Dic de mirabilibus mercibus: vt placuerit quas ibi mirabiliter explicauit. Et ideo iſtud opertorium non alius niſi ipſe fecit, & perfecit Eſa. 12. Cantate Domino quoniam magnifice fecit: annunciate hoc in vniuerſa Terra. Exulta, & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui factus Iſrael. Veniant obſecro ad nundinas iſtas omnes Sancti, & Sanctæ Dei: dicant mihi in cuius opertorio ſunt hæc magnalia Sanctus Iſrael in medio infinitus in ventris centro paruulo. Sol in Stella: Cœlũ, in Terra, mare in fonte pater in filia nuſquam alibi niſi in iſto beato opertorio poſſent hæc reperiri. Ideo Cantate Domino Canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Xp̃us Mercator dicit.

Quantum ad tertium. Nota quod Beata Virgo Chriſto Soli comparata per Scripturam Luna vocatur. Pſalm. Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta. Quia vt dicunt Doctores, Luna habet triplicem conditionem in reſpectu ad Solem. Nam ipſa primo in principio ſuæ creationis, ſtatim a Sole fuit illuminata. Ipſa vlterius ſecundo eſt collatrix luminis recepti inter omnia corpora Cœleſtia modo largiori. Quamuis igitur venus ſit receptrix, & collatrix ſolaris luminis: tamen Luna, quia modo largiori hoc habet ſingulare. Tertio quod in nullo, & a nullo Cœleſti corpore Sol eclipſatur niſi a Luna. Quando enim Luna ſe ponit inter nos, & Cœlum ex oppoſito Solis, & Sol intrat oppoſitionem ad Lunam: tunc Sol licet non in ſe tamen quo ad nos eclipſatur. Ita ſpiritualiter Beata Virgo immediate a ſua creatione lucem a Sole Dei filio ſanctificationis recepit. Secundo ipſa ſuper omnes creaturas fuit receptrix perſonæ filij Dei, & largiori modo: quia non ſolum

Maria virgo Luna vocatur.

per

Digitized by Google

per Gratiæ receptionem: ſed perſonæ incarnationem. Et ideo modo ampliori,& perfectiori Dei eſt nobis collatrix,& allatrix,quia genitrix veri Solis. Ideo tertio in nullo alio corpore Diuinitas perſonæ filij Dei eſt eclipſata,ideſt occultata,& incarnata niſi in hac ſola Luna:in qua tanquam media inter nos, & Deum ſe ponens Dei filius diuitias ſuæ claritatis occultauit. Et ideo ipſa nobis Solem verum eclipſans Deum nobis protulit, & hominem quia inquantum humanatum intantum eclipſatum. Ideo ipſam dixi ſanctuarium deifluum vel deifluæ dignitatis. De hac. Apoc.21.Claritas Dei illuminabit eam,& Lucerna eius eſt Agnus, & ambulabunt gentes in lumine eius,& Reges Terræ afferent gloriam.

Ad eius gloriam,&c.

SERMO LXXIX.

De Feſto Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

DOminus a dextris tuis. In noſtro vulgari prouerbio dicitur ſic. Qui promet,& point narent:ſes parolles en vain deſpent. Hoc eſt recte illud Prouerb.25.Nubes,& Ventus,& Pluuiæ non ſequens vir glorioſus, & promiſſa non complens. Hoc pro tanto dico quod multum diſtat,& permagna eſt differentia inter Dei,& Diuinas,& mundi,& mundanas promiſſiones: quia mundi, & mundanorum promiſſio: eſt mentiri fallere,& deceptio.In Pſalm. Diminutæ ſunt veritates a filijs Hominum,Dei vero, & Diuina promiſſio eſt fieri facere,& executio.Ipſe dixit,& facta ſunt in pſalm.Mundus namque & mundani in ſuis promiſſionibus de vento in verbis ſeruiunt, & in facto deficiunt Iuxta illud vulgare prouerbium.De grandes parolles,& petit faict. Præmittunt enim,& promittunt mirabilia,'& ſequitur in facto: deficit. Nota de illo qui amico ſuo multa pro eo,& pecuniam,& alia traditurum frequenter promiſerat,& cũ fuiſſet per amicum ſuper promiſſis requiſitus vt traderet reſpondit ſe nullo modo facere poſſe.Tunc ille:quare ergo mihi promiſiſti tam frequenter?& alius. O Domine. Souffrem que on vous honnore.Suſtineas quod verbo honoreris.Hoc redarguebat. Pſalm.Amico,ſcilicet in promiſſis mentiri,& vento vano paſcere. Filij Hominum vſquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Ideo mihi ſic videtur eſſe de promiſſoribus mendacibus ſicut de ſue ſeu porca. Scribunt philoſophi, quod ita dicunt experti quod porca pregnans quando eſt gracilis, & multum tenuis multos parit porcellos; quando vero eſt multum groſſa ventroſa, & lata, videtur quod debeat plurimos porcellos parere, tunc habet ſolum vnum vel duos aut nullos,& quanto inflatior tanto ſterilior. Ita de multis quanto ſunt inflatiores,abundantiores verbis tanto defectuoſiores in factis. Vt dicit ille verſificator de talibus mendoſis.Sæpe minus faciunt Homines qui multa loquuntur. Quia igitur inter Verbum,& factum debet eſſe ſtatera, & compenſatio recta inter dicere, & facere,promittere.& complere,& in multis. Hoc non eſt dixit.Pſalm.Mendaces filij Hominum in ſtateris:vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Hoc habemus non ſolum in figura:immo in re geſta.2.Mach.Nam 11.Cap. legitur. Quod Antiochus Rex poſt multa bella cum Iudæis promiſit inducias, & ſecuritatem. Vnde ſcripſit ſic.Damus dextras ſecuritatis vt Iudæi vtantur cibis,& legibus ſuis, & nemo illorũ moleſtiam patiatur de his quæ per ignorantiam geſta ſunt. Non ſic autem compleuit,quia vt immediate.12.Cap. legitur. Ioppite de parte regis rogauerunt Iudæos aſcendere

Pſal. 109

*Pſal.*11

*Pſal.*4

*Pſal.*61

Digitized by Google

aſcendere ſcaphas, ideſt naues. Et illis acquieſcentibus pacíſque cauſa nihil ſuſpectum habentibus cum in altum proceſſiſſent ſubmerſerant non minus quam ducentos. Ita facit mundus. Applica. Sic factum eſt etiam in Chriſto. Cum enim Chriſti paſſio immineret Petrus promiſit cum cæteris Apoſtolis Chriſto mirabilia. Matt. 26. Si oportuerit me, mori tecum, non te negabo. Similiter, & omnes Diſcipuli dixerunt, cum autem venerunt ad opus quilibet venit, & defecit. Vnde omnes relicto eo fugerunt: immo quod fuit peius Petrus ter ipſum negauit; propter quod Chriſtus dicebat illud. Pſalm. Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me. Ideo pſalm. Iratus, & videns quod non ſolum ad imperfectos immo ad perfectos, ad Chriſti Diſcipulos ſe extendit vana promiſſio mendacium, & deceptio: in ira ita concluſit. Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Non ſic autē eſt de Deo, & Diuina promiſſione, & hoc habetur pulchre. Numerorum 23. Cum enim Rex Balac a Propheta Balaam peteret quid locutus eſt Dominus. Reſpondit. Non eſt Deus quaſi Homo vt mentiatur nec vt filius Hominis vt mutetur. Ad propoſitum Symeon Deum orans vt poſſet videre Chriſtum Domini promiſſum, & reſponſum accepit a Spiritu Sancto non viſurum ſe mortem niſi videret Chriſtum. Lucæ 2.

Pſal. 141

Igitur hodie Chriſto oblato in Templum venit & Symeon, & inuenit Chriſtum: in vlnas ſuas accepit eum, & in ſua dextera geſtauit ipſum. Pſalm. Igitur Prophetico præuidens Spiritu Diuinum promiſſum Symeoni impletum Chriſtum in brachijs, & dextera Symeonis collocatum per verba aſſumpta Symeonem ſic alloquitur. Dn̄s a dextris tuis. Vbi nota quod quantum innuunt verba. Pſalm. Iſtud promiſſum diuinum erat per.

Fidem cognoſcibile Spem eligibile Charitatem eligibile	In vi	Creatoris. Directoris. Saluatoris.

Is Sanctus Symeon ſecundum iſta hodie Chriſto exſoluit triplex debitum, quia debitum.

Cognitionis Electionis Dilectionis.	Dominus a dextris tuis.	Exſoluit autem modo valde vtili, quia debitum.

Cognitionis Electionis Dilectionis.	modo	Timorato Regulato Præmiato	Dominus a dextris tuis.

Fuit autem ſecundum verba promiſſa in facto per

Fidem creatoris Spem directionis Charitatem Saluatoris.	Timorata cognitio Regulata electio Præmiata dilectio.	Sed	Enimag. prat. ſalu.

&	Specularis Exemplaris Singularis	Dominus a dextris tuis.

Quantum ad primum. Nota quod ſicut facilior, & magis debitus modus veniēdi ad Dominū eſt per portam Ciuitatis, & Domus. Ita veniēdi ad Chriſtum per fidē quæ eſt porta, & aditus veniendi ad ipſum Quæramus igitur ante Chriſti Aduentum ab iſto ſancto quomodo ipſe ad Chriſtum venit: quomodo Chriſtū quem deſiderat Dominum ſuum quem expectat videbit? Reſpondet quod per fidem. dicens illud pſalm.

Credo

Digitized by Google

Credo videre bona Domini in Terra Viuentium. Hoc Sanćte Symeon ſi credis ſi tenes pedem in porta fidei. Expecta Dominum viriliter age. & confor. cor. tuum, & ſuſtine Dominum. Verum ait expectaui, & ſuſtinui quia reſponſum accepi non viſurum me mortem niſi viderem Chriſtum Domini. Et ideo dico cum pſalm. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino. Et tantum ſuſtinui, & iuxta Verbum ſuum expectaui quod hodie inueni vidi, & tenui: quia Dominus meus iuxta ſuum promiſſum intendit mihi; vnde dico cum pſalm. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Eſt autem ſciendum quod cognitionem Symeonis habitam per fidem de Chriſto hodierna die vocaui diuidendo timoratam, & ænigmaticam, & ideo dicitur hic Dominus. In hoc enim nomine Dominus includitur poteſtas quæ debet timeri, & Diuinitas quæ deſideratur videri, & ideo dicitur hic Dominus, & non Deus.

Primo quidem quia ex quo creditur Dominus quis exiſtens ſeruus ſuum Dominum non timebit, & potiſſime ſciens voluntatem Domini quam nom implebit. Vt dicitur. Luc. 12. Seruus faciens voluntatem Domini ſui, & non ſciens vapulabit plagis multis. Vnde Symeon Dominum ſuum, & agnouit, & timoratus timuit. Sed de nobis non ſic qui hodie venimus ad Templum, & cum luminibus venimus ad ipſum, & tamen lumen habentes in manibus nec videmus nec cognoſcimus, nec timemus, nec diligimus: vnde conqueritur ipſi qui hodierna die ſe venturum promiſerat. Malach. 3. dicens. Et ſtatim veniet ad Templum ſanctum ſuum Dominator quem vos quæritis. Et dicit per eundem. Malach. Cap. 1. Si ergo pater ego ſum vbi honor meus, & ſi Dominus ego ſum vbi eſt timor meus. Ad iſtam autem conqueſtionem reſpondet. Pſalm. Dicens ſic quod maleficus videns gladium in vagina iudicis ſtare iacere, & nõ moueri nec euaginari: nec iudicem nec gladium eius timet. Sed quando videt gladium euaginatum in manu iudicis contra maleficum vibratũ ad mortem ad decapitationem approximatum tunc reus formidat, & timet; immo tunc iram, & ſententiam iudicis per mortem gladii experitur. Sic Spiritualiter in hoc mundo in præſenti vita Deus tenet gladium ſuæ ſententiæ in vagina: non eum oſtendit non exercet non datur ſemper executioni: ſed Deus diſſimulat expectans pœnitentiam peccatorum, & non vult eum ferire percutere, & decapitare. Nolo ait mortem peccatoris ſed vt conuertatur, & viuat. Sed in morte in iudicio tam particulari cuiuslibet quam omnium vniuerſali Deus gladium ſententiæ extrahit, & euaginat tunc ferit, & percutit, & impœnitentem peccatorem ſententiat mucrone iuſtitiæ atque damnat. Et hæc eſt cauſa quare peccatores non timent Dominum in hac vita: cum tamen ex hoc plus timeri deberet. Hæc omnia deſcribit. Pſalm. Et quoad bonos timentes, & quoad malos præſumentes dicens. Iuſtum adiutorium meum qui ſaluos facis rectos corde. Quantum ad timentes. Sequitur. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vaſa mortis. Hoc quantum ad negligentes, & præſumentes hoc eſt recte illud prædictum per eum. Deuteronom. 32. Loquens peccatoribus non timentibus dicens: Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ. Sequitur. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudiciũ manus mea reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Ergo debet Dominus iſte agnitus timore formidari non obſtante quod hac in vita gladium inuaginatum teneat, & non teneat euaginatum nec vibret. Ideo dixit pſalmus.

Timete Dominum omnes Sancti eius: Beati enim omnes qui timent Dominum, &c. Secundo vlterius vocaui hanc cognitionem Symeonis enigmaticam, & ſpecularem, quia in hac vita per fidem, & ipſe quam nos videmus nunc per ſpeculum,

&

& in enigmate:ſed tandem facie ad faciem:& ideo dicitur hic dominus, per hanc enim dictionem dominus patet in Chriſto humanitas, & latet diuinitas. Humanitas quidem patuit Simeoni oculo corporali exteriori,& diuinitas oculo intellectuali interiori:& ideo clare non dicitur Deus,ſed velatè, & ideo dicitur dominus. Sicut enim granum latet in ſpica,& palea,& intra ſpicam,& paleam ad tactũ granum cognoſcitur . ita Chriſti diuinitas ſicut granum frumenti latebat in humanitate,ſicut in palea,& in ſpica:ſed ad tactum fidei cognoſcebatur. Ita legimus Ioa. 20. quia Thomas dicentibus apoſtolis, vidimus dominum, ipſe clauſit portam,& noluit intrare per fidem,ſed ſolam ſpicam credebat dicens:Non credam,ſed Chriſto veniente,& dicente quod palparet ſpicam,& granum inueniret. Infer digitum tuum huc,&c. ſtatim ſpicam,& granum agnouit. Vnde exclamauit ſpicam, & granum,dominus meus,& Deus meus. Ita vtrũq; cognouit ſanctus Simeon : ideo dicitur hic dominus:ergo ne ſancte Simeon vidiſti Chriſtum domini? vidiſti iuxta promiſſum Spiritus ſancti. Intraſti ne per portam fidei,& ciuitatem Dei?certe ait cum pſ. Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum:in ciuitate Deĩ noſtri:quia vidi Dominum,& Deum. hæc omnia,quod ſcilicet ſanctus Simeon habuerit de Chriſto cognitionem timoratam ſpecularem, & enigmaticam, pulchre ad hoc propoſitum oſtendit Lu. 2. & recitatur in Euangelio hodierno.vnde dicit quod Simeon erat iuſtus,& timoratus. In cuius ſignum ſe ſeruum vocauit,& Chriſtum dominum:& de timendo gladio prædicauit. Nunc (inquit) dimittis domine ſeruum tuum in pace. Et ſequitur. Et ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum. Et iterum. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. In quibus omnibus in recognitione ſerui domini,& gladij habemus manifeſte cognitionem timoratam:quod autem habuit ſpecularem,& enigmaticam oſtendit:quia penetrauit per humanitatem ad diuinitatem. Vnde ait. Viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum . Lumen ad reuelationẽ gentium:& gloriam plebis tuę Iſrael,ergo poteſt dicere ſanctus Simeõ illud Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem:& ſalua facta eſt anima mea. Hæc cognitio timorata:quo ad primum:ſpecularis,& enigmatica: quoad ſecundum de Chriſto hodie debet eſſe in nobis:in iſto enim puero eſt diuinitas latens, & eſt humanitas patens,& eſt poteſtas excellens:quæ tria ſignificantur per candelam quam portamus: quia ibi eſt filum latens per quod diuinitas,ibi cera patens, per quod humanitas: ibi ignis ardens per quem excellens poteſtas deſignatur. Ex quibus datur intelligi quod Chriſto debemus timorem ratione potentis poteſtatis:& fidem ratione latentis diuinitatis,hęc ſimul exſoluebat, pſ. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, *Pſal. 26* ecce fides,quem timebo:ecce timor:ergo timeat dominum omnis terra : quia beatus vir,qui timet dominum.

Quantum ad ſecundum ſciendum quod dextera a dando dicta eſt. Nam vt dicit Iſidorus. Dextera pignus pacis datur. vnde ad Gal. 2. Dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis. Siniſtra autem a ſinendo,& ſuſtinendo dicta eſt ex eo,quod rẽ ſuſtineat,& per dexteram ſibi ſinat.Hęc eſt autem natura brachij dextri,& ſiniſtri: quod illa,quæ cor diligit brachia diligant,& in amplexum eorum volũtarie ſe extendant:& quod a corde amplius diligi ſentiunt,plus cordi applicant intm̃,vt totũ dilectũ toti amanti cordi imprimerent ſi valerent:verum eſt quod differenter:quia brachium ſiniſtrum rem amplexatam ſuſtinet,& ſuſtentat, dextrum applicat conſtringit,& approximat. Ita fuit in ſancto Simeone,& corporaliter, & ſpiritualiter ipſe ſumme Dei filium diligens, quem ſumme deſiderauerat eo habito ſtatim in amplexus hodie ruẽs more nutricum puerum in vlnas accepit ſiniſtra ſuſtinendo, & dextera amplexando:& ad ſe quem ſumme diligebat,ſumme ſtringendo, & hoc qui-

quidem corporaliter,ſed inſuper etiam ſpiritualiter,quia ſiniſtra,in qua eſt cor ſignificat ad Deũ charitatem,& amicitiam:dextra,in qua eſt operatio ſignificat ad proximum æquitatem,& iuſtitiam, & iſtis duobus brachiis ſiniſtra charitatis ad Deum,& dextra æquitatis ad proximum amplexabatur Chriſtum,vnde dictũ eſt, Cãt.2.Leua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me debem⁹ hodie Chriſtum amplexari charitate,& amicitia,quo ad ipſum:iuſtitia,& ęquitate, quo ad proximum,ſed ſic eſt de Chriſto ſicut de puero: puer enim inter amplexus ſum me timet puncturam,vel acus, vel alterius rei pungentis exiſtentis in pectore amplexantis:& in punctura ſtare non poteſt, ita de Chriſto, Chriſtus enim ſumme horret puncturam pectoris,ideſt conſcientiæ per peccatum mortale quodlibet remordentis,& quamuis omnem puncturam peccati horreat ſingulariter tamen iniuſtitiæ,quæ fit ad pauperem proximum,in cuius perſona ipſemet pungitur:vt quando fit iniuſtitia,& oppreſſio proximo,odio,rancore,inuidia,ira, vindicta,precio, prece ſuſceptis muneribus,vel tollendo proprium,vel non reddẽdo debitum: quia iſta pungunt Chriſtum,& ipſe punctus finaliter in iudicio pungit eos, vnde dixit, pſal.Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates ſunt:dextera eorum repleta eſt munerib⁹. Hæc eſt pungens,& lacerans dextera non aſtringens,nec amplexans, de qua. pſal. Dextera eorum iniquitatis. Iſti in iudicio non ponentur ad dexteram, ſed ad ſiniſtram:nihilominus a Dei dextera percutientur:cum enim contra iuſtitiæ dexterã peccent per dexteram iuſtitiæ punientur:de eo autem loquitur,pſal.Iuſtitia plena eſt dextera tua. Et ideo dextera inueniat omnes qui te oderunt.Pones eos vt clibanum ignis, &c. In huius ſignum ſanctus Simeon, in Euangelio hodierno iuſtus deſcribitur,qui Chriſtum in dextera ſua ſuſcepit Luc.2. Homo iuſtus, & timoratus. Ideo quantum ad ipſum tunc per corporalem præſentiam quoad nos: nunc ꝑ deuotionem,& gratiam,quod eum ſuſtinentes debeamus eſſe iuſti per dexteram ad proximos prædixit. Eſa. 48. Suſcipiet te dextera iuſti mei. Faciamus ergo, vt pſalm.qui dixit. Prouidebam dñm in conſpectu meo ſp, qm̃ a dextris eſt mihi.

Pſal. 25

Pſal. 15.

Quantum ad tertium nota quod Chriſtus diligentes ſe diligit: & ſicut curialis dominus ſuos dilectores prēmiat,& remunerat. Et quia ſanctus Simeon Chriſtum non ſolum præſentem,& habitum:ſed abſentem,& futurum ſumme diligens ardẽter deſiderauerat,vnde dicebat: putas videbo? putas hic me inueniet? &c. Idcirco Chriſtus eum ſumme dilexit eum ſumme remunerauit: quia viam vitæ ad paradiſum,quæ ante Chriſtum nunquam aperta fuerat, ei per ſe aperiendam oſtendit ſui præſentia quod aliis prophetis,& patriarchis non fecerat:eum lætificauit ſua perſona propria per ſuam diuinitatem ipſum tandem beatificandum, & ſuis delectationibus coronandum: & ad ſuam tandem dexteram ſicut ipſe in ſua eum dextera portauerat collocandum oſtendit. Ideo hęc tria ipſa ſanctus Simeon per pſalm. Chriſto confitetur. Notas feciſti mihi vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo delectationes in dextera tua vſque in finem. Nota autem, quod ſic eſt de peccatore Chriſtum amplexante ſicut de homine in periculo exiſtente. Sæpe enim contingit, quod homo exiſtens in periculo ſubmerſionis ſuo proprio conatu ſuis brachiis de gurgite exire non poteſt:ſed quando inuenit aliũ, ad quem recurrat, quem amplectatur, qui ſua dextera eum alleuet, & extrahat tunc illius virtute ſaluatur. Ita ſpiritualiter peccator in culpa eſt in periculo ſubmerſionis: propriijs autem viribus aquam, & gurgitem peccati exire non poteſt, ſed quando ad Chriſtum recurrit, & ipſum brachio amicitiæ, quo ad Deũ, & brachio iuſtitiæ quoad proximum amplectitur per Chriſtum a ſubmerſionis periculo liberatur.

T Ita

Digitized by Google

Ita dicit pſalm. Brachium eorum non ſaluauit eos:ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui quando complacuiſti in eis. Hoc fuit figuratum. Mat. 14. Petrus enim in aqua exiſtens, & propriis viribus exire non valens cum cepiſſet mergi clamauit dicens: Domine ſaluum me fac, & ſtatim Chriſtus extendens ei manum liberauit eum. Vnde Greg. in collecta. Deus cuius dextera Beatum Petrum ambulantem in fluct. ne mergeretur erexit, &c. Ita facit Chriſtus hodie peccatoribus ad eum clamantibus, & per pœnitentiam recurrentibus, & tentationes dęmonum fugientibus. Applica. Ideo dixit. pſal. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuā, & ſaluum me fac dextera tua. Hoc idem, pſ. expertus quia de aquis peccatorum a Deo per ſuum clamorem liberatus qui dixerat: Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Tandem per pœnitentiam exauditus, & manum diuinam liberatus dixit: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. Non moriar ſed viuam. Sequitur. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem. Ad quam, &c.

Pſal. 22

SERMO LXXX.

De feſto Euchariſtiæ: vel de Cęna Domini.

Pſal. 110

MEmoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator dominus: eſcam dedit timentibus ſe. Prouidus paterfamilias ſuis domeſticis conſueuit de alimento, & eſca tanquam de principaliter neceſſarijs ſollicite prouidere. Ita tempore famis fecit Patriarcha Iacob. Gen. 43. vbi dicitur, Conſumptis cibariis, quæ detulerant de Aegypto dixit filijs ſuis: reuertimini, & emi te pauxillum eſcarum, ne ſufficit habere eſcas niſi ſecundum diuerſitatem, & conditionem domeſticorum habeatur diuerſitas cibariorum: quia vt dicitur Matth. 15. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Ideo ſapiens pater familias prouidet de alimentis iuxta conditionē ſuæ gentis vnicuique ſecundum propriam conditionem. Ita fecit Noe habens enim diuerſa in Arca animalia iuxta omnium conditionem de Dei pręcepto poſuit diuerſa cibaria. Gen. 6. Tolles ex omnibus eſcis, quę manducandi poſſunt, vt ſa. tam tibi, quam illius in cibum. Ita videmus in operibus naturæ, quia mater lacte nutrit paruulos: pane cibat adultos, & hac forma idem faciebat ille pater famiias Paulus: quia lacte nutriebat paruulos: pane paſcebat adultos. Vnde dicebat. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Chriſto lac potum dedi non eſcam. Hæc ideo dixerim, quia Dei filius ille paterfamilias, qui habet multos domeſticos, operarios, miſſos in vineam ſuam ipſe habet duplicem domum: vna eſt magna domus, in qua habet domeſticam familiam omnem corporalem creaturam. Hæc domus eſt iſte mundus ſenſibilis, quem inhabitamus: quia ergo omnis creatura viuens in hac domo indigebat nutrimento dixit. pſalm. Omnia a te expectant: vt des illis eſcam in tempore. Et hanc dedit Deus a mundi principio. Vnde Gen. 1. Loquitur Deus Ade. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementum vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terrę: vt habeant ad veſcendum. Alia eſt domus ſingularis eius camera, ſcilicet militans non dico catholica: ſed generaliter omnium hominum eccleſia, in qua ſpecialiter ſunt certa, & ſingularia animalia, ſingularis cibi, quia non ſolum ſunt ibi animalia ad onera portanda: immo ſunt ibi aues ad cantandum.

Pſal. 103.

Sicut

Digitized by Google

Sicut communiter conſueuerunt tenere magni domini in cameris ſuis oportuit quod Deus tam animalibus,quam auibus de pabulo prouidere: per animalia,& iumenta onera peccatorum portantia intelligo Iudæos,& infideles. per aues cantantes intelligo Chriſtianos,& cunctos fideles Chriſto Deo ſuo cantantes. Iſtis ergo Deus prouidit ſpiritualiter. ſicut auibus animalibus inuenio prouiſum corporaliter, & naturaliter. Deus enim ita prouidit quod animalibus, & iumentis de fęno, & herba terreſtri prouidit. Sed ſpecialibus auibus, & ſingularibus de rore cęleſti, vt pullis coruorũ:de quibus ſcribunt Doctores quod cum in principio ſunt in pluma alba parentes nigri eos degeneres reputantes dimittere volunt: & tunc Deus eos paſcit rore cœleſti. Ita Dei filius prouidit omnibus iudæis, paganis,& omnibus infidelibus de pane corporali,tanquam iumentis de herba, & fœno corporali. Sed Chriſtianis fidelibus tanquam pullis albis per innocentiam, & baptiſmalem gratiam,relictis a iudæis,& paganis,a quibus orti ſumus prouidit de rore cęleſti, ſcilicet Euchariſtiæ Sacramento. Ita dixit pſalm. Produxit montibus fęnum, & herbam ſeruituti hominum, & conſequenter diſtinguit in ſpeciali. Qui dat iumentis eſcam ipſorum quantum ad iudæos,& ſarracenos, & pullis coruorum inuocantibus eum,quantum ad fideles,& Chriſtianos. Et hoc figuratum eſt. Exo.16. Quoniam cęteris populis infidelium a Deo paſtis pane corporali,& terreſtri:ſolus populus iſraeliticus Deum in deſerto inuocans paſtus eſt manna, & rore cœleſti. Ita & nunc cæteris populis infidelibus paſtis pane corporali;ſolus Chriſtianus populus Deum ſuum Chriſtum dominum in deſerto huius mundi inuocans paſcitur pane cœleſti. Ideo dixit, pſalm. Oculi hominum in te ſperant: & tu das eſcam illis in tempore opportuno.ſequitur. Prope eſt Dominus timentibus eum: nec mi- *Pſal.* 144
rum:quia eſt in hac eſca in corpore. Sicut igitur Deus a principio omnibus creaturis prouidit generaliter modo mirabili de eſca omnibus, & poſtea ſingulariter ſingulis. Ita in fine nouis pullis nouiter in nido fidei ſuæ poſitis eum inuocantibus de noua eſca mirabili modo prouidit quando hoc ſacramentum,& ſe in eo ſumendum inſtituit:& hoc dicunt verba propoſita memoriam fecit, &c. In quibus verbis, pſ. deſcribit huius ſacramenti.

Figuram, Naturam, Culturam	memoriam fecit eſcam dedit timentibus ſe.	poſuit enim Dei filius huius ſacramenti.	Figuram, Naturam Culturam.

In	Prodigijs præcedentibus myſteriis exiſtentibus, idoneis ſumentibus.	Ideo dicit	memoriam fecit, eſcam dedit ergo ſm̃ hęc timentibus ſe.

Figura præcedentium prodigiorum, Natura ſuccedentium myſteriorum, Cultura ſumentium idoneorum.	eſt	Admirationis oſtenſæ, Operationis immenſę, Trepidationis intenſæ.	Memoriam fecit, eſcam dedit timentibus ſe.

Quantum ad primum ſciendum quod inter omnia mirabilia noſtræ fidei ſunt illa quæ de hoc ſacramento prædicamus,& credimus quod ſcilicet in hoſtia conſecrata ſit Chriſtus realiter homo,& Deus quod ſumendo ipſam Chriſtum ſumamus, & huiuſmodi, vt ergo Deus ad credendum omnia quæ ſunt in hoc ſacramento veraciter facilius nos induceret quantumcunque ſint mirabilia præmiſit diu ante alia mirabilia his ſimilia,vt reliquis mirabilibus fidem præberent facta mirabilia. Ideo dicit Memoriam fecit mirabilium ſuorum,&c.

Digitized by Google

Mirabilia autem in hoc Sacramento, quæ videntur difficilia ad credendum poſſunt reduci ad ſex: quæ inueniuntur præceſſiſſe ordinationem huius ſacramenti in rerum natura, & in ſcriptura, & ordinando illud ſacramentum, & Deus fecit memoriam mirabilium ſuorum, & hæc per ordinem diſcurramus.

Primum mirabile eſt de panis conuerſione, & tranſubſtantiatione, ponit enim fides Catholica quod in hoc Sacramento conuertitur ſubſtantia panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Chriſti. Eſt ergo mirabile quomodo hoc poſſit fieri: & ad hoc dicendum quod faciliter diuina virtute, & quod hoc poſſit fieri oſtendit Deus per aliud mirabile quod præceſſit in natura, & ſcriptura. In natura quidem quia videmus quod granum ſeminatum in terra attrahit terram ad ſe, & conuertitur in herbam: deinde in ſpicam, & vltimo in granum. Ita facit vitis, quia trahit a terra humorem aqueum, & conuertit in vuam: deinde conuertit in vinum. Multo ergo fortius poteſt hoc facere virtus Dei in Chriſto panem, & vinum conuertendo in ipſum.

Ad hoc certum eſt quod virtus cęleſtis vapores eleuatos a terra conuertit in naturam aliam, quia aliquando in pluuiam: aliquando in pruinam: aliquando in niuem, aliquando in grandinem: aliquando in lapidem: aliquando in ignem, vt in fulgure: & etiam aliquando in animalia viuentia, vt in ranas. Et recitat etiam Albertus, quod aliquando in pluuia cecidit vitulus: ergo ſi hanc conuerſionem poteſt facere virtus cœleſtis corporalis multo fortius in Chriſto ſpiritualis: illa non mirantur homines, quia frequentia: quę tamen ſunt mirabilia hæc mirantur homines: quia noua. Quando igitur Chriſtus conuerſionem panis, & vini in ſuum corpus, & ſanguinem inſtituit, ſuorum mirabilium, quæ erant in natura Memoriam fecit.

In ſcriptura etiam hoc mirabile legimus: quia Exodi 7. legitur quod in manu Moyſi virga in colubrum: & coluber in virgam alternatis vicibus ſunt conuerſa. Si ergo in manu ſacerdotis veteris legis hæc mirabilis conuerſio facta fuit: quare hæc conuerſio fieri non poterit in manibus ſacerdotis nouę legis. Ad hoc legitur Exodi 7. Quod Moyſes ſacerdos veteris legis omnia flumina Aegypti conuertit in ſanguinem. Vnde pſalm. Et conuertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorum ergo multo fortius poteſt hoc facere Chriſtus, & Sacerdos alius nouæ legis quod conuertat panem in Corpus, & vinum in Sanguinem. Dices forte frater tunc ille Sacerdos non faciebat hoc virtute verborum ſicut modo. Reſpondeo, & dico quod immo: legimus enim Numer. 20. quod deficiente aqua dicit Dominus ad Sacerdotes Moyſen, & Aaron. Loquimini ad petram, & illa dabit aquas. Et ad verbum eorum ſecundum pſalm. Conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. *Pſal.* 103

Facilius autem videtur panem in Corpus, & vinum in Sanguinem, quam petram in aquam conuertere. Chriſtus etiam Ioannis ſecundo. Solo verbo conuertit aquam in vinum. Quod ergo mirabile fecit in illo conuiuio ſimile facit quotidie in hoc Sacramento: ergo in inſtitutione huius Sacramenti, & eius confectione Deus fecit memoriam mirabilium ſuorum: quæ ſimilia præceſſerant in operibus naturæ, & in verbis ſcripturæ. Ideo Pſalm. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter: tu es Deus, qui facis mirabilia: notam feciſti in populis virtutem tuam.

Secundum mirabile eſt de Corporis Chriſti ſumptione; quia ſumitur, & non conſumitur. Si enim eſſet mons Olympus deberet eſſe voratus, & conſumptus Chriſtus totiens, & a tot manducatur. Certe hoc eſt mirabile, ſed diuina virtute poſſibile, & nihilominus præceſſit in natura, & ſcriptura aliquid ſimile,

vbi

Digitized by Google

vbi intelligendum quod filius Dei in ſcriptura vocatur ſcientia, & ſapientia patris. Ecclesia.24. Ego ſapientia in excelſis habitaui,&c. Fons. Eccle.Primo fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis:& lumen in pſalm. Exortum eſt in tenebris lumen. vocatur autem ſapientia,& ſcientia,qnia hæc ſunt huiuſmodi naturæ, quod dicta non decreſcunt. vnde totam meam ſcientiam poſſem alteri dare ea tota in me remanente. Fons etiam continue aquam tribuit, & in ſeipſo non diminuit. aqua de fonte continue ſumitur, & fons non conſumitur. *Pſal.* 111

Ita etiam videmus de mari quod ſemper fontes,& flumina egrediuntur a mari, quia mare eſt fons omnium fontium fluuiorum, & aquarum, & tamen mare non conſumitur,nec diminuitur. Ita in propoſito filius Dei ſapientia, & ars Patris lumen de lumine Deus verus de Deo natus fons totius entitatis, & mare infinitæ bonitatis exiſtens veraciter in hoc Sacramento quotieſcunque, & a quocunque ſumptus nunquam tamen conſumitur. Vnde cantamus. Sumit vnus ſumunt mille tantum iſti quantum ille, nec ſumptus conſumitur. Hoc mirabile legimus in ſcriptura, quia tertij Regum decimoſeptimo legitur quod Helyas, & mulier vidua comedebant de farina hydriæ,& de oleo, quod erat in lechito: & tamen hydria farinæ non defecit,& lechitus olei non eſt diminutus iuxta verbum Domini: per farinam hydriæ Corpus Chriſti in pane:per lechitum olei Sacramentum in conſecratione vini intelligo, quæ ſicut tunc ſumpta non conſumebantur in illorum conuiuio: ita nec nunc Corpus, & Sanguis Chriſti in iſto Sacramento, hoc idem fuit factum per Chriſtum, quia de quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiauit quinque millia hominum: Mat. 14. Et tamen illa ſumpta non fuerunt cóſumpta: immo collegerunt duodecim cophinos fragmentorum, qui ſuper erant his qui manducauerant. ergo ſicut tunc in illo conuiuio Chriſtus fecit: ita facit nunc in hoc Sacramento. Ideo dicebat Iob.5. Ad Deum ponam eloquium meum qui facit magna,& mirabilia numero.

Tertium mirabile eſt quod Chriſtus dicitur eſſe in cœlo, & nihilominus in hoc Sacramento. dicitur eſſe in vno altari,& in alio:& generaliter in omnibus locis in quibus Hoſtia conſecratur. Quomodo Corpus Chriſti poteſt eſſe in tot locis? Reſpondetur quod eſt mirabile,& tamen diuina virtute poſſibile:& huius rei proceſſit exemplum in natura,& in ſcriptura. In natura quidem quia videmus quod idem verbum manet in mente,& in ore dicentis:& in aure, & mente cuiuslibet audientis in diuerſis locis.ita Dei filius,qui dicitur verbum patris poteſt eſſe. In ſcriptura,quia habetur Apoc.vlt.quod Ioannes vidit fluuium aquæ viuę ſplendidum tanquam criſtallum procedentem de ſede Dei:& ex vtraq; parte fluminis lignum vitę afferens fructus duodecim. ergo Ioannes vidit vnam ré.ſ. lignum vitæ in duobus locis:quia ex vtraq; parte fluminis:alias non eſſet idem lignum in vtraq; parte vt ait Hiero. ſuper verbo illo,pſ.1. Erit tanquã lignum &c. vbi eſt hæc ſententia: non dixiſſet lignum afferens,ſed ligna afferentia. Iſte fluuius eſt largitas diuinorũ donorum gloriæ,& gratiæ. In vna ripa huius fluuij eſt paradiſus qui irrigatur ripa gloriæ. Alia ripa eſt præſens mundus,qui irrigatur ripa gratiæ. Lignũ vitæ eſt Chriſtus,qui eſt in vtraq; parte:quia in dextera patris in paradiſo:& in hoſtia conſecrata per Sacramentum in hoc mundo, ergo fieri poteſt vt Corpus Chriſti ſit in locis pluribus:in cœlo,& in terra:in locis pluribus,vt in ſacrificijs diuerſis, & pluribus altaribus. Verba autem Hiero.loco prædicto, ſed interpolatim ſunt iſta. Legimus in Apo. Vidit thronum poſitum,& arborem,ſecundum flumen,& ex vtraque parte ripę ipſam arborem de aſſumptione corporis dicitur ſaluatoris, & de medio throno fons egreditur gratiarum: niſi enim crediderimus Incarnationem Chriſti non acciperemus iſtas gratias. *Chriſtus lignum eſt vita.*

Et arbor inquit vna, non dixit arbores, ſed arbor vna. Si arbor vna eſt, quomodo ex illa, & ex iſta parte ripę eſt? Si enim dixiſſet vidi arbores fieri poterat, vt aliæ
11 eſſent in alia parte: & alię ex alia. Nunc tota ex vtraque parte eſſe dicit: vnus fluuius egreditur hoc eſt gratia Spiritus ſancti: tamen fluuius iſte duas ripas habet: & in vtraque parte arbor plantata Chriſtus, afferens fructus duodecim Apoſtolorum: peruenimus ad fructum eius. Ad hoc idem propoſitum eſt illud. 1. Reg. 18. Quia illa mulier ſuſcitauit Samuelem, & apparuit in hoc mundo: & tamen realiter erat in limbo. Diuerſo ergo modo eſſendi fuit Samuel hic, & ibi. Cõſimiliter Chriſtus eſt in cœlo localiter & in hoſtia ſacrata modo eſſendi diuerſo. Idem legimus Act. 9 quia Paulus erat in hoc mundo, & tamen fuit neſciens an in corpore an extra: ſuperius in tertio cœlo in illo triduo quo ieiunauit: vnde ipſe confitetur ſe fuiſſe raptũ vſque ad tertium cęlũ. Si igitur Saulus fuit in terra ſimul, & in cælo: quare Chriſtus non poteſt eſſe in cęlo, & in ſacramento? Idem legimus de Beato Ambroſio licet non ſit in canone ſcripturæ, quod fuit ſimul Mediolani vbi celebrabat: & Turonis vbi Beatum Martinum ſepeliebat. Ideo dicebat pſ. Quoniam magnus es tu: &
Pſal. 85 faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.

Quartum mirabile eſt quomodo corpus Chriſti poteſt in tam parua hoſtia contineri: & non ſolum in tota hoſtia, ſed in qualibet parte eius minima ab aliis diuiſa. Reſponſio eſt. Licet ſit mirabile tamen Deo poſſibile: & huius inuenimus ſimile in natura quia videmus quod ſol, qui eſt maior tota terra recipitur & videtur in paruo ſpeculo, & qualibet eius parte ſi diuidatur: vidimus etiam aliquando quod fulgur recitaturque a Doctoribus: calcaria poſuit in amphora rem maiorem tranſire per rem minorem, ſcilicet per collum amphoræ. Vidi etiam oculis meis humano artificio cabiam ligneam cum viua auicula intra ventrem amphoræ ęxiſtentẽ, quæ fuerant (vt videbatur) impoſſibilia talia per collum amphoræ intraſſe, & mihi miſſa fuerunt in monte peſſulano. Vidi etiam ouum groſſius collo amphoræ, qđ per humanum artificium fuit in ventrem amphorę introductum. Ergo ſi iſta poteſt facere virtus creata inferior: nunquid multum maiora poteſt facere virtus increata ſuperior? Sicut igitur diuinitas tota fuit in virginis vtero: ita totum corpus eſt in hoc ſacramento. huius habet figura. Apoc. 1. vbi Io. vidit in medio ſeptem candelabrorum ſimilem filio hominis: habentem in dextera ſua ſeptem ſtellas. Septem candelabra ſunt ſeptem eccleſię ſacramenta, in quorum medio eſt Chriſtus filius hominis, quia poſitis in vna parte ſacramentis, baptiſmi: confirmationis: & pęnitentię, & ab alia ordinis matrimonij, & vnctionis extremę remanet in medio Chriſtus in Euchariſtiæ Sacramento. Sicut ergo in illa viſione Chriſtus magnus eſt in hoc Sacramento in pane paruo. Quia autem tunc Chriſtus maior eſſet illo, in quo erat candelabro Patet: quia ipſe habebat in dextera ſeptem ſtellas, quarum quælibet erat maior omnibus ſeptem candelabris. ergo tunc vidit Io. rem maiorem in minori: filium hominis magnum in paruo medio candelabro, quem & nũc videmus fide magnum in paruo Euchariſtiæ Sacramento.

Quid eſt autem quod in dextera habebat ſeptem ſtellas, niſi quod ſicut Chriſtus habet ſeptem ſtellas, ideſt ſeptem articulos fidei ex tempore ſiniſtræ humanitatis: ita habet alias ſeptem ſtellas, ideſt ſeptem articulos fidei ex tempore dextræ diuinitatis? Viſio ergo filij hominis magni in medio paruo candelabro fuit viſio Chriſti magni in paruo Euchariſtiæ Sacramento. Ideo dicebat Pſalm. A domino
Pſal. 115. factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris.

Quintum mirabile eſt, quod Hoſtia in hoc Sacramento frangitur, diuiditur, dẽtibus teritur, & tamen corpus Chriſti non læditur, non frangitur, ſemper integrũ remanet, permanet, & illæſum perſeuerat. Reſpon. eſt, licet ſit mirabile tamen Deo

Digitized by Google

Deo poſſibile. Exemplum eſt ſimile in natura: imagine quippe in ſpeculo exiſtente ſi frangitur ſpeculum non frangitur imago, & in quot partes ſpeculum frangitur in tot ſine læſione remanet, & reſultat imago. Ita in Hoſtia poteſt fieri de Chriſti corpore virtute diuina huius figura habetur. Exod. 3. Vidit enim Moyſes viſionem hanc magnam, ſcilicet quod rubus arderet, & non combureretur videbatur ignis in rubo ardere, ac ſi deberet rubum frangere, comminuere, & incinerare: & tamen ab igne non lædebatur, non frangebatur, non vorabatur, non minuebatur, nec incinerabatur. Sic nec Chriſti corpus in comedentis ore, a dente læditur, frangitur, nec vorando cōminuitur: ſed ſicut rubus in igne: ita Corpus Chriſti illæſum, & integrum remanet in ore ſumentis in ventre, & dente. Ideo dicebat. Pſ. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. *Pſal. 97*

Sextum mirabile eſt. quomodo quilibet ſumens, & communicans totum Corpus Chriſti ſumit, & ita ſumentes partem minimam ſicut totam ſumens hoſtiam. Reſponſio eſt: quia ſicut totum verbum loquentis eſt in vna aure, & in qualibet tam parua, quam magna æqualiter. Ita illud ſacramentum continet totum Chriſtum: & communicans ſumit ipſum totum æqualiter, & hoc figuratum eſt. Exod. 16. vbi legitur, quod quilibet de manna habebat æqualiter, vnde plus colligens, non plus habebat in mane: ſed putreſcebat. Ita in hoc Sacramento quilibet ſumit Corpus Chriſti æqualiter, & qui plus in maiori quantitate crederet inuenire non eſſet niſi putredo incredulitatis, & infidelitatis. Ideo Eccl. 11. Mirabilia opera altiſſimi ſolius, & glorioſa, & abſconſa, & inuiſa opera illius. Id eſt ſic non videntur ad ſenſum licet viſa ſint in ſcriptura, & natura ſecundum intellectum, ergo Chriſtus inſtituendo hoc mirabile Sacramentum fecit memoriam ſuorum mirabilium, *Pſal. 92* tamen præceſſerunt in ſcriptura, & natura credibilium. Ideo dixit Pſ. Mirabilis in altis dn̄s: credibilia tua teſtimonia facta ſunt nimis.

Quantum ad ſecundum nota, quod Dei filius fecit vt vir magnificus, vidi aliquando quod iſti viri magnifici: vt oſtendant amicis, & inuitatis ſingularem amicitiam dant eius ferculum ſpeciale, & vidi quod dabant paſtilla, in quibus erant intrinſecus carnes viuæ, vt columbæ, & aliæ aues, quę paſtilla aperta aues oſtendebant & cito auolabant. Ita fecit Dei filius nobis inuitatis ad ſuam cœnam: ſenam fecit paſtillum, in quo poſuit auem viuam ſeipſum, quod paſtillum Euchariſtiæ Sacramentum nobiſ clauſum remanet in hac vita, ſed cum poſt hanc vitam nobis aperietur in patria tunc videbimus auem viuam Dei filium Chriſtum verum cum ala diuinitatis, & cum ala humanitatis. Hæc eſt natura huius Sacramēti ſicut illius paſtilli, quia comeditur panis apparentia, & remanet auis integra, quæ apparet finaliter lucide extra. Hoc figuratum fuit in manna, quia manna durauit per deſertum filij Iſrael, & tunc non comedebant carnem viuam, vt videbāt, ſed in ſapore interius in mente eis manna carnem ſapiebat.

Sed poſtqbam intrauerunt terram promiſſionis defecit manna, & comederunt carnes viuas, & de terrę fructibus: vt dicitur. Ioſue. 5. Ita quamdiu ſumus in deſerto, & via huius mundi durat Euchariſtia habens interius ſaporem Chriſti in mente non extra ſentitur in ore: ſed in cœleſti patria ceſſabit Hoſtia, & videbitur caro Chriſti viua, quæ nos totaliter humanitate, & diuinitate ſatiabit. Hoc fecit ergo Dei filius, vir magnificus ſuis fidelibus in cęna panem, & carnes dando, paſtillum de carnibus intra panem, quæ carnes viuæ poſt apparebunt. Ideo Sapi. 16. Bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem eſcam eis parans orthigometram, id eſt auem cothurnicem viuam, quia cum illa dedit manna ſicut nunc dat cum pane ſui corporis carnem veram. Sequitur infra, pro quibus Angelorum eſca nutriſti populum tuum, & pa-

ratum de cęlo panem dediſti eis. Hoc idem figuratum eſt. Exod.16. quia ſimul cũ manna cum pane cœleſti dedit Deus ſuo populo carnes, aues viuas. Vnde dicitur ibi Dabit vobis domin⁹ veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate. Carnes quippe Chriſti viuæ ſunt in ſacramento realiter, & panis apparenter. Sed carnes dantur veſpere quia poſt mortem videbimus carnem viuam, panis autem mane, quia in hac vita ſolum videmus Hoſtiam, ideſt panis apparentiam. hoc idem fuit figuratum. Exo.12. Quia carnes agni comedebant cum panibus. Edent carnes, & azimos panes. Iſta duo pſ. coniunxit Panem Angelorum manducauit homo, &c. Pluit ſuper eos ſicut puluerem, & adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum. Sed nota quod dicitur. Eſcam dedit, quam.ſ.ſe. vnde ſubiungitur timentibus ſe q; non eſt referendum ſolum ad timentes: immo ad dantem, quia in hoc ſacramento dans eſcam dedit non quamcunq; eſcam ſed ſe. O Chriſti Clementia, quia primo dedit ſua omnia. Ro.8. Quomodo cum illo non omnia nobis donauit. Secundo dedit ſuos, quia ad Gal.4. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. Tertio dedit ſe. Sed quomodo? vtiq; multis modis, qui deſcribuntur pariter in hoc verſu. Arra cibus medicina comes pax hoſtia Chriſtus. Dedit ſe in arram noſtræ hæreditatis ne exhæredaremur patria. Ideo Pſal. Dediſti hęreditatem timentibus nomen tuum

Pſal.60 Domine. Cibum noſtræ ſatietatis ne deficeremus in via. pſal. Dedit eis petitionem ipſorum & mi.ſa.in.animas eorum. Medicina noſtræ infirmitatis vt ſanaremur a culpa in Pſ. Qui das ſalutem regibus, qui redemiſti Dauid ſeruum tuũ de gladio

Pſal. 143 maligno eripe me, &c. Comitem noſtrę ſocietatis ne deſolaremur męſtitia. Vnde Io.3. Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum nõ pereat, ſed habeat vitam æternam. Hoſtiam noſtræ iniquitatis. Ad Galat.1. Gratia vobis, & pax a Deo Patre, & domino Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam. Pacem noſtræ felicitatis, quia ipſe poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te. In Pſ. Ideo dicebat ipſe Io. 12. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, pacem daturum ſe ingeminat, quia in præſenti dat pacem per gratiam, & in futuro per gloriam. Et ideo dixit alibi. pſ. Gratiam, & gloriam dabit dominus. de his cantamus in hymno ſe naſcens dedit ſocium, conueſcens in edulium, ſe moriens in precium, ſe regnans dat in præmium. De his omnibus ſcripſit, pſ. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in domino Deo ipſius. Ecce arra noſtræ hęreddtatis. Fiat iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus. Ecce cibus noſtrę ſatietatis.

Pſal.145 Dominus ſoluit compeditos, ecce medicina noſtrę infirmitatis. dominus illuminat cœcos, ecce comes noſtrę ſocietatis. Dominus erigit eliſos. ecce hoſtia noſtræ iniquitatis. dominus dirigit iuſtos. Ecce pax noſtræ felicitatis.

Quantum ad tertium, ſciendum, quod non eſt cibus in mundo ita ſapidus, nec delicatus, qui non ſit ſapidior ſi cum debita ſalſa ſumatur, & in ſalſam debitam intingatur maxime in ſalſam cum acuitate. Iſte cibus eſt multum ſapidus, & delicatus: ſed eſt ſapidior quando comeditur cum ſalſa debita, & ei proportionata. hæc eſt ſalſa viridis trita, in qua debet eſſe gingiber calefaciens, & acetum acuens. hæc ſalſa viridis trita eſt cogitatio eius paſſionis, quia ſumens debet hunc cibum intingere in cogitatione illa quomodo fuit piſtatus, & tritus propter nos in cruce. In hac ſalſa debet eſſe gingiber amoris calefaciens, & confortans, & acetum timoris acuens, & prouocans, & quando fuerit iſte cibus cum hac ſalſa hæc tria continente, ſcilicet meditationem paſſionis cum admixtione amoris, & timoris: tunc eſt cibus ſapidiſſimus, & hoc fuit figuratum. Exo. 12. In agno Paſchali, quia debebat ſecundum præceptum Dei totum a capite vſque ad inteſtina vorari. Ita debet vniuerſaliter tota Chriſti Paſſio meditari. Debeat etiam aſſari, & hoc ſignificat

amo-

amorem calefacientem & cum lactucis agreſtibus manducari & hoc ſignificat timorem acuentem. Sic ſumptus iſte cibus eſt ſuauis dulcis & ſapidus. hanc dulcedinem ſentiunt ſolum timentes eum & non præſumentes Hanc admirabatur Pſalm. quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quam abſcondiſti timentibus te. *Pſal. 30.* Hæc ergo eſt debita cultura huius ſacramenti vt conficientes & recipientes ſint timentes, & ideo dicitur hic quod hanc eſcam dedit timentibus. Eſt autem ſciendũ, quòd ſalſa diuini timoris in hoc ſacramento ſumentibus & conficiẽtibus quatuor bona facit. Eſt enim omnium bonorum deſideriorum efficax cõpletiua, quia quicquid homo deſiderat cum Dei timore in hoc ſacramento ſpiritualiter inuenitur. vnde de pauperati gratijs & virtutibus hic ditantur, Famelici bonis ſpiritualibus hic ſatiantur, & breuiter optata donantur. Et homo figuratum eſt in manna, de quo dicit Hiero. quod ſecundum voluntatem vniuſcuiuſq; ſic ſapiebat in ore. Et Sapien. 16. Panem de cœlo paratum dediſti eis omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Ideo Pſal. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Beatus vir qui ſperat in eo. Timete dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Omnium petitionum & orationum efficax exauditiua, quia hoc ſacramentum cum timore ſumptum vel oblatum valet ad orationes exaudiendas, tam pro viuis quam pro defunctis, & ideo in miſſa fit oratio pro vtriſque. Et hoc figuratum eſt in immolatione agni paſchalis. Exodi. 12. Per cuius ſumptionem liberati ſunt filij Iſrael de Aegypto, propter quod dicit Pſal. Voluntatem timentium ſe faciet & deprecationem eorum exaudiet & ſaluos faciet eos Omnium nociuorum & inimicorum efficax repulſiua. *Pſal. 144.*

Cum timore enim Dei ſumptum iſtud ſacramentum repellit dæmones hominibus inſidiantes: quia in hoc ſacro myſterio ſecundum Auguſt. aſſiſtunt ſanctæ excubiæ angelorum, dæmones repellentes. Quando autem timore Dei poſtpoſito aliquis præſumens accedit, illum diabolus inuadit, & hoc oſtenſum eſt in Iuda qui ſine timore Dei communicauit, & ſtatim poſt buccellam introiuit in eum diabolus. Io. 14. Sed cum timore accedentibus aſſiſtũt angeli ſancti a dæmonibus protegentes, quod figuratum eſt: Exod. 12. Quando ſanguis agni paſchalis protexit filios Iſrael Deum timentes in Aegypto vt in nullo læderentur, a deuaſtante angelo primogenitis ægyptiorum non timentium ſed præſumentium ab angelo interfectis. Ideo dixit Pſal. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos, ſcilicet omniũm deuotorum & deuote ſuſcipientium. Cum Deo efficax coniunctiua: quia ſicut cibus coniungitur cibato per duo, ſcilicet amorem conſeruationis vitæ, & timorem mortis futuræ. Ita Chriſtus per hæc duo nobis in hoc ſacramento debet coniungi & amorem vitæ ſpiritualis conſeruandæ, & timorem mortis ſpiritualis euadendæ, & ſic nobis coniunctus dat hic gratiam, & poſt in alia vita gloriam. *Pſal. 33.*

De hoc Pſal Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius vt inhabitet gloria in terra noſtra. Ergo timeat dominum omnis terra, quia beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum: quia manducabis beatus es & bene tibi erit.

Ad illam benedictionem &c.

Ser-

SERMO LXXX.

De Beato Laurentio Martyre.

Pſal. 111. DIſperſit dedit pauperibus. In noſtro vulgari prouincialico dicitur tale prouerbium. Qui ne dóne ce qui l ayme, ne recoit ce quel deſire. Hoc eſt dic tu, qui non dat ꝙ amat non recipit quod optat. Vnde verſus. Non capit optatum qui non largitur amatum. Et iterum. Qui non dat quod amat recipit non ille quod optat. Et vt tua chara tibi: ſic mea chara mihi. In dando autem rem amatam ad habendum optatam eſt neceſſaria magna prudẽtia: quia ita & taliter quas poſſet dare rem amatam quam poſſidet habitam propter illam quam deſiderat habendam, ꝙ vtraque careret habita, ſcilicet & habenda, & ideo oportet circa hoc cautius negociari ne perdatur vtraque. Hanc autem ſapientiam ſuper danda re habita pro habenda quidam deſcripſit pulchris verſibus quos in aula cancellarij cuiuſdam principis ita legi.

Tu nihil es niſi des, ergo tibi conſulo ſi des. Reſpicito cui des, eſt quia rara fides. Certe in hoc eſt neceſſaria maxima prudentia, ſcilicet bene reſpicere cui homo rem dilectam habitam propter deſideratam habendam largiatur. Verum eſt ꝙ in hoc ſe habent differenter ſapientia Dei & mundi & modo contrario. Rationẽ autem apoſtolus aſſignat. primæ Cor. 3. dicens. Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Sapientia ſi quidem humana ſic ſe habet quod non reputat ſe habiturum quicunque mundanus ſapiens rem quam optat per rem quam amat eam diſpergendo in populum: ſed magis congregando in theſaurum: illi vero emittẽdo. Prouerb. 10. Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt: immo mundani reprætendunt & verberant hominem largum, ſicut ruſticus verberabat aſinum quando adhærendo ligno fregerat ſaccum & ſparſerat bladum dicendo. Adhæſiſti arbori fregiſti ſaccum, ſparſiſti triticum, ſtultiſſime. Ita mundani verberant & derident nõ congregantes: ſed ſpergentes. Ita habetur de Thobia cap. 1. quem irridebant parentes, vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Et vxor ſimiliter, vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modo apparuerunt, non donando in proximum: ſed magis fœnerando in lucrum. Ideo ille mundanus ſapiens refertur a Chriſto. Luc. 19. Fuiſſe ſerui ocioſi reprætenſor, quare non dediſti pecuniã meam ad menſam, & ego vtique cum vſuris exegiſſem illam, non miniſtrando in ſubſidium pauperum: ſed cumulando in obſequium diuitum: diuites enim conſueuerunt remunerare, non pauperes: & talia dilexit populus meus. Ideo dicitur Prouerb. 18. ꝙ donum dilatat viam ejus: & ante principes ſpatium ei facit. Immo plus habet mundana ſapientia, non offerre pauperibus ſeu afferre. quia Eccl. 13. Venatio leonis onager in eremo. Sic paſcua diuitum ſunt pauperes. Habet ergo mundana ſapientia iſta ad habendam rem optatam, quod non vtatur re amata poſſeſſa & dilecta pro acquirenda re non habita, eam diſpergẽdo in populum: ſed congregando in theſaurum, non donando in proximum: ſed fœnerando in lucrum, non miniſtrando pauperibus ſed cumulando diuitibus. Sed Reuera mentita eſt iniquitas ſibi, quia dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Rom. 1. Etenim hæc mundi ſapientia ſtultitia eſt apud Deum. Vnde vt ſcribit Apoſtolus 1. Cor. 1. Perdidit Deus ſapientiam ſapientium, & ſtultitiam fecit Deus ſapientiam huius mundi. Ratio eſt in propoſito. quantum ad hanc materiam: Nonne eſſet maxima ſtultitia igne ſuppoſito paleas congregare, & ſuper ignem accenſum continue congregando

do apponere? vtique, quia finaliter combureret congregationem & palearum aggregationem. Ita ſpiritualiter paleæ dicuntur diuitiæ quas modicus vẽtus diſpergit, nec habent ſtabilitatem, ignis eſt ardor auaritiæ: ergo congrega, & non diſpergas vſurpes & non dones largire diuitibus non pauperibus vt cõgreges & plus habeas. Pro vero paleas diuitiarum igni auaritiæ accumulans: vt totum combureret. Matth. 3. Paleas autem comburet igni inextinguibili: ergo quia ſapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum, quæ ſtulta ſunt huius mundi elegit Deus. 1. Cor. 3. Ipſe enim dat per amata quæ ſunt optata mundo contrario modo, quia per amata dat deſiderata, non ſi quis congreget in theſaurum: ſed magis ſi diſpergat in populum. Cuius figura habetur. per Chriſti parabolam. Luc. 12. Quia ille diues qui volebat cõgregare & non ſpargere, damnatus eſt per vocem ſibi dicentem. Stulte ac inſipiens hac nocte repetent animam tuam a te. quę aut congregaſti cuius erũt? Ideo concludit conſequenter Chriſtus ibidem ſic. Qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues. Ideo ipſe Thob. 1. dicebat Deum daturum vitam ęternam ſpargentibus eleemoſynas. Vnde irridentibus eum & dicentibus, vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas faciebas? Reſpondeo: Nolite ita loqui qui vitam illam expectamus quam Deus daturus eſt his qui vitam ſuam nunquam mutant ab eo nõ ſi quis vſuret in lucrum: ſed magis ſi donet in proximum. Cuius figura habetur. Tho. 1. Qui dabat eleemoſynas ſpirituales in proximum quia monita ſalutis dabat eis & temporales: quia gabelo egenti dedit decem talenta argenti, & ex hoc a Deo habuit facultatum reſtitutionem, vt ibi dicitur cap. 1. Et oculorum illuminationem, vt dicitur cap. 11. & filios a dæmonibus liberationem, vt dicitur cap. 8. Ideo dixit Chriſtus. Luc. 7. Mutuum date nihil inde ſperantes & erit merces veſtra multa. Non ſi quis donet, in obſequium diuitum: ſed magis ſi donet in ſubſidium pauperum. Cuius figura habetur. Luc. 15. de diuite epulone qui faciebat conuiuia ſplendida diuitibus & ſuis fratribus non pauperibus, quia mendicus Lazarus erat ad ianuam, micas deſiderans: & nemo illi dabat, ideo damnatus eſt, quia ſepultus eſt in inferno & depauperatus: quia non potuit habere aquæ guttam de lazari digito.

Ideo Eccl. 29. Conclude eleemoſynas in ſinu pauperis & hæc exorabit pro te. Hæc omnia Chriſtus docuit. Non ſolum ſub figura: ſed ſub docta ſcriptura. Matt. 19. quando dixit. iuueni petenti. Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?

Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſauros in cęlis. Certe bona theſauraria vbi nec erugo nec tinea demolitur, nec fures effodiunt nec furantur, vt in propoſito loquamur. Beatus Laurẽtius martyr egregius poſſidebat amata: quia corpus proprium dilectum ſpiritum. Theſaurum Eccleſiæ magnum. Sed non habebat optata, ſcilicet regna cęleſtia: vt ergo illa haberet optata dedit omnia quæ habebat amata: ſed ſecundum Dei non mundi ſapientiam, quia non congregando in theſaurum: ſed ſpargendo in populum, non vſurando in lucrum: ſed donando in proximum, non miniſtrando in obſequium diuitum: ſed in ſubſidium pauperum. Et hoc eſt quod in verbis aſſumptis de eo ſic ſcripſit. Pſal. Diſperſit dedit pauperibus. Vbi deſcribit. Beatum Laurentium martyrem glorioſum, tanquam

Largum effuſorem,	Diſperſit		Diuerſis ſparſit.
gratum donatorem,	dedit pau	Ideſt	Non ad vſuram præſtitit.
Diſcretum prouiſorem,	peribus.		Non vt mundani diuitibus.

	Largum effuſorem,	
Ergo habemus iſtum ſanctum.	Gratum donatorem,	Quare ipſe diſtribuit.
	Diſcretum prouiſorẽ,	

Com-

Digitized by Google

Communiter. Vtiliter. Sagaciter.	&	Feruide, Placide, Lucide,	Diſperſit dedit pauperibus.	

Siquidem Beatus Laurentius martyr egregius fuit.

Effuſor feruidus. Donator placidus. Prouiſor lucidus.	Quia conferebat.	Communiter, Vtiliter, Largiter,	Et ſine perſonali.

Dimiſſione. Remuneratione. Acceptione.	Diſperſit dedit pauperibus.

Quantum ad primum ſciendum, ꝙ ſecundum Philoſoſum primo Ethi. omne bonum quanto communius tanto diuinius,& ideo bonorum largitor & eleemoſynarum diſtributor tanto facit bonum maius quanto diuidit in plures & communius. Et hoc oſtẽdit natura tripliciter. Primo in ſupremis: videmus enim ꝙ talis eſt lucis in ſupremis natura ꝙ non ſolum illuminat partem orientalem: ſed & occidẽtalem, non ſolum ſpargitur lux ad meridiem ſed etiam ad aquilonem & finaliter omnia illuminat & illuſtrat, per lucis largitionem intelligo eleemoſynarum ſpiritualium collationem quæ non ſolum dicuntur ſpargi ad orientem quantum ad attinentes ſed etiam ad occidentem quantum ad non attinentes non ſolum ad meridiem quantum ad amicos. &c. Ita fecit beatus Laurentius. Nam ſuas eleemoſynas ſpirituales omnibus communiter diuidebat. vnde legitur in vita eius ꝙ quandam mulierem a dolore capitis diurno manuum impoſitione curauit, duos cæcos & poſt plures alios ſigno crucis illuminauit Hippolyto, & multis alijs prædicans eos baptizauit. Sic iſte lucem ſuarum ſpiritualium eleemoſynarum in plures diuidit & ſparſit, vide in legenda, propter quod quæſtioni factæ. Iob. 28. Indica ſi noſti per quam viam ſpargitur lux. Ibique renaſcens girat per meridiem & flectitur ad aquilonem luſtrans vniuerſa. Applica. Secundo in medijs videmus enim ꝙ nubes in aeris medio ſpargunt lucem & pluuiam vtrunque ſimul non plus in vnum agrũ quam in alium: ita ſuper vnum granum ſicut ſuper aliud. Ita ſuper vnam ciuitatẽ ſicut ſuper aliam ſuper quamlibet indifferenter: ita debet fieri de eleemoſynis partim corporalibus & partim ſpiritualibus, quia communiter tam bonis quam malis, tam iuſtis quam iniuſtis dicunt diſtribui exemplo Dei. Qui pluit ſuper vnam ciuitatem & ſuper aliam & ſolem ſuum facit oriri ſuper iuſtos & iniuſtos: vt dicitur Mat. 5. Et ita fecit Laurentius in cuius ſignum dicitur de eo, ꝙ omnium pauperum pedes lauans omnibus eleemoſynas dedit. Sic dicitur Iob 37. Frumentum deſiderat nubes & nubes ſpargunt lumen. Tertio in infimis: arbor enim humorem terræ attrahens non producit nec ſpargit fructum in vno ſolo ramo: ſed in pluralibus nec in ramis ſolum partis dextræ: ſed & in ramis partis ſiniſtræ: nec ſolum ante ſed etiam retro & in circulum. Ita ſpiritualiter eleemoſynæ temporales de bonis temporalibus quæ homo acquirit dicunt diuidi circulariter vt homo det bona ſua ad partem dextram reſpectu amicorum, & ad ſiniſtram reſpectu inimicorum.

Ante reſpectu viuorum & retro reſpectu mortuorum: ita dicitur Dan. 4. in horum figura de arbore in qua erat eſca vniuerſorum. Excutite folia eius & ſpargite fructus eius. Sed lugendum quia hodie homines circa hmõi dupliciter deficiunt.

Primo quidam quia non ſpargunt ſed congregant & rapiunt. Iſti ſunt vſurarij & raptores falſi mercatores ſimplicium deceptores & baratatores. Iſtis Chriſtus dirigit. illud Mat. 25. Scio ꝙ homo durus es: metis vbi non ſeminaſti & congregas vbi non ſparſiſti. Iſti ſunt ſimiles veſpis aculeatis & venenatis, de quibus ſcribunt Phil. ꝙ quando poſſunt intrare aluearium apum mel ꝙ non collegerũt deuorãt &

apes

Digitized by Google

apes necant. Ita vſurarij intrant domum pauperum & paucum mel ꝙ pauperes collegerunt cum laboribus, ſcilicet temporalem ſubſtantiam de qua viuũt, totaliter ſugunt, non remanet granũ, vinum, veſtis, pecunia: & ſic pauperes interficiunt. Secundo circa hanc diſpoſitionem peccant homines, quia non ęqualiter ſed particulariter ſpargunt & diuidunt: tã bona ſpiritualia, quã temporalia, quidam enim ſolũ illuminant partẽ orientalem ſicut ſol in hyeme pro mouentes parentes carnales & non alios. Aliqui meridionalẽ & non aquilonarẽ ſicut ſol in æſtate promouẽtes ſolũ amicos & aſſeclas beneficos. Iſti non ſpargunt lumen: alij diuidũt male fructus acquiſitos in eleemoſynis quia non niſi ad partem dextram ad filios & amicos non niſi ante & non retro quia ſolũ ad viuos & non ad mortuos. Iſtos Deus diſperget, & de ſede diuitiarum ſuæ potentiæ deponet. Pſal. Diſperge illos in virtute tua & depone eos protector meus domine. Non fuit taliter congregator beatus Laurẽtius ſed ſparſor æqualis, non partialiter, non durus: ſed pius & miſericors, diuiſor & diſpenſator, & ideo quia fuit miſericors cum Deo miſericordiam inuenit, quia non fuit congregator, ſed ſparſor Deus eum non diſperſit quia non partialiter, ſed æqualis, ei Deus non nocuit ſed eum iuuit. Pſal. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo nequam nocebo in veritate mea. Ita etiam facit quilibet vir iuſtus, quia iuxta. Pſalmus. Nebulam, ideſt temporalem ſubſtantiam ſicut cinerem ſpargit. *Pſal. 58.* *Pſal. 147.*

Quantum ad ſecundum nota, ꝙ differentia magna eſt inter aquam fontalem & lacualẽ quia aqua fontalis eſt clara continue fluens eſt ſana pura & munda, aqua lacualis permanens turbida, putrida, mortifera & immunda. Ratio eſt, quia manet eadem in vno loco: ſed aqua fontalis continue venit & continue fluit: & ideo eſt viuificãtiua & purgãtiua. Sic ſpiritualiter aquę ſunt diuitiæ quia fluunt ſicut aqua, vnde Pſal. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Iſtę aquę in quibuſdam ſunt lacuales, quia ſuper ſtant in burſa vel in ãrca nunquam currũt ad pauperem, & iſtę ſunt peſſimæ, putridæ, fætidæ, & mortiferæ diuitibus finaliter. De hac Iaco. in ca. ſua. 5. agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt, aurũ & argentum veſtrum eruginauit & erugo eorum in teſtimonium vobis erit & mãducabit carnes veſtras ſicut ignis: theſaurizatis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ab iſtis petit Chriſtus, hanc aquam eleemoſynæ de illo puteo lacuali ſub figura mulieris ſamaritanæ. Io. 4. Da mihi bibere, hoc petit in quolibet indigente paupere. *Diuitiæ aquę ſunt.* *Pſal. 61.*

Aliæ ſunt fontes continue fluentes ad pauperes & iſtæ ſunt ſanæ mundificatiuę, quia mundant peccata: & dantium & recipientium, ita dixit Raphael angelus Thob. 12. Bona eſt oratio cum ieiunio: & eleemoſyna magis quam theſauros auri condere, quoniam eleemoſyna a morte liberat. Ipſa eſt quæ purgat peccata & facit inuenire vitam æternam. In hac quantum fluit tantum venit: immo plus, quia centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis. Ergo lacus non recipit plus de aqua nec ſibi vltra datur quia non dat. Sic Deus auaro non plus dat, nec de gratia nec de gloria: quia non dat de ſibi data ſubſtantia: ſed fonti bono homini eleemoſynario aquam datam, ideſt eleemoſynam dati, Deus dat & influit continue: quia & hic temporalem ſubſtantiam & ſuam etiam gratiam, & in futuro gloriam. Pſal. dicente. Gratiam & gloriam dabit dominus non priuabit bonis eos, bonis ſcilicet temporalibus.

Ideo dixit Chriſtus. Lucę 16. Date & dabitur vobis menſuram bonam & confertam & coagitatam dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis remetietur vobis. *Pſal. 38.*

Nota

Nota date & dabitur vobis:aliter non : Mihi videtur,quod aliqui ſunt ſicu olla quam habent vetulæ quæ vocatur denariola,vel olla cæca:quia habet vi foramen ſicut oculum,& tamen non videt,hæc eſt talis conditionis quod bene pecuniam recipit: ſed nũquam reddit: quia poſtquam adintrauit nihil poteſt exire.

Ita multi ſunt olla hæc cæca quia habent vnum oculum ſolum ad mundum,ad temporalia,pro vero cæcum quia non vident quid faciunt, non conſiderant futura,nihil de Deo iſti recipiunt,acquirunt:congregant:imburſant:reponũt,ſed poſtea nihil poteſt exire,nihil poteſt extrahi : ſatis excutiant prædicatores, ſatis commoueant pauperes,agitent tribulationes, totum eſt clauſum & manus & domus & burſa & arca.Iſtorum teneret porta oleum,arca vinum,manus milium.

O denariola, o olla cæca:quid facies de poſſeſſa pecunia ? per Deum oportet te reddere , quia ſi non dabis eo quod amicus & gratis dabis , inuitus malis gratibus tuis:faciet enim Deus de hac olla ſicut facit vetula,quia cum omnino vult recuperare pecuniam graui ictu percutit de olla in terram & tunc frangitur & malo ſuo rehabetur pecunia ſua.Ita facit Deus de auaro videns quod nulla cõcuſſione prædicantium pauperum petentium & huiuſmodi:auarus vult aliquid dare:Deus iratus de peccatore percutit graui ictu infirmitatis in terram & frangit ollam & vna pars vadit ad infernum & alia ad ſepulchrum , tunc malo ſuo rehabetur pecunia, hoc figuratum eſt.Nume 20. Quia dixit Deus Moyſi.Loquimini ad petram & illa dabit aquas,ideſt, ad aquarum dominum, & ille dabit eleemoſynas & cum petra, ideſt peccator non daret ad verbum prædicatorum percuſſit virga mortis bis ſcilicet durum peccatorem,quia in corpore & in anima & tunc egreſſæ ſunt aquæ, ideſt eleemoſynæ vel diuitiæ largiſſimæ. Sed qua obſecro virga?vtique illa de qua. Pſal. Reges eos in virga ferrea:& tanquam vas figuli confringes eos. De hoc Pſal. Simul inſipiens & ſtultus peribunt & relinquent alienis diuitias.vnde Iob 20.Diuitias quas deuorauit euomet nec inde habebit gentes nec gratias.

Ideo date & dabitur vobis.aliter frangemini.Ita patebat.Pſal.Da illis ſecundũ opera illorum & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum: ſecundum opera manuum eorum tribue illis,&c. quoniam non intellexerũt opera domini deſtruet illos. Ergo auari ſicut lacus non dant quare malę habebunt , largi ſicut fons dant & ideo bene habebunt.Et hoc totum Chriſtus. Matth.25.Non ſolum in figura:ſed in vera ſcriptura de diuino iudicio ita prædixit quia auaris, quia ſiniſtris erunt dicet. Ite maledicti in ignem æternum, eſuriui & non dediſtis mihi manducare: ſitiui & non dediſti mihi bibere, largis autem eleemoſynarijs qui a dextris eius erunt dicet.Venite benedicti &c.poſſidete,&c.quia eſuriui & dediſtis mihi manducare,ſitiui & dediſtis mihi bibere, tunc ſoluetur diſſormiter ſpiritum, quia ibunt hi in ſupplicium eternum. Iuſti autem in vitam æternam. Beatus Laurentius non fuit olla cæca & auarus:ſed donator & gratus largus & placidus. Dedit enim omnia quæ habuit:nihil ſibi penitus retinendo: quia primo dedit pellem ſuam flammi & ignibus, legitur enim in vita eius, quod Decius quia nolebat Chriſtum negare & idolas immolare laminas ardentes ad eius latera fecit apponi : poſtea nudum ſuper cratem ferream prunis ſuppoſitis fecit extendi & furcis ferreis vſque ad pendentia viſcera ſuper prunas accenſas comprimi.Tunc dixit Decio. Ecce miſer aſſaſti vnam partem gira aliam & manduca . Hoc eſt quod videtur Iob de eo dixiſſe cap.2.Pellem pro pelle & quicquid habet homo dabit pro anima ſua pellem ſcilicet aſſatam pro pelle aſſanda & giranda.

Secundo dedit carnem totam tormentis & carnificibus . Decius fecit eum primo fuſtibus:ſecundo plumbatis: tertio ſcorpionibus,per carnifices cędi:deinde in durum carcerem poni:& demum cũ furcis ferreis per carnifices in igne aſſari: quæ

Digitized by Google

omnia pro Chriſto ſponte dedit ſuſtituit & ſuſtinendum corpus carnificibus grate dedit: ideo loquitur ipſe illud Eſa. 50. Corpus meum dedi percutientibus: & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus domine Deus auxiliator meus. Ideo audita eſt vox de cœlo dum pateretur. Adhuc multa certamina tibi debentur.

Tertio dedit animam Deo & angelicis ſpiritibus & in vita & in morte per opera bona: vnde exiſtens in craticula quaſi iam per angelum eius anima eſſet in paradiſum qui ipſi videbatur apertus introducta dixit ad Chriſtum. Gratias tibi ago domine: quia ianuas tuas ingredi merui, & hęc dicens tradidit ſpiritum: ianuę autem principales paradiſi per quas intrauit ſunt eleemoſyna & martyrium: Ideo poteſt dicere illud Hiere. 12. Reliqui domum meam: quia ſecundum veritatem de Hiſpania venit Romam: dimiſi hæreditatem meam: quia illam dedit in eleemoſynis. Dedi dilectam animam meam, ſcilicet Deo tanquam gratam hoſtiam.

Quarto dedit corporalem ſubſtantiam miſeris & indigentibus. Hic nota quomodo acceptum theſaurum a beato Sixto diuiſit pauperibus. Vide in legenda: ipſe acceperat illud dictum Eccl. 14. Ante mortem bene fac amico tuo: & ſecundum vires tuas ex porrigens da pauperibus, ergo beatus Laurentius fuit bene liberalis pro Chriſto dans pellem ſuam flammis & ignibus carnem totam ſupplicijs & carbonibus: animam Deo & ſupremis ſpiritibus. Temporalem ſubſtantiam miſeris & indigentibus, & pro vero conuenienter: ipſe enim leuita fuit & diaconus: immo Romanæ Eccleſiæ archidiaconus: cuius eſt portare dalmaticam & ipſe eam portauit in rei veritate & ſecundum ſpiritualem ſignificantiam in liberalitate. Dalmatica enim veſtis diaconi habet iſtas conditiones, ſcilicet quia ipſa eſt diuiſa in lateribus. Ita fuit beatus Laurentius per aduſtionem flammæ. Aperta ſuperius, ita fuit beatus Laurentius per traditionem ſpiritus & animæ, extenſa in cruce alterinſecus, ita ille ſanctus per extenſionem ſuper ferrum craticulæ. Lata in manicis ad manus, ita iſte ſanctus per largitionem eleemoſynæ: in ſignum vero quod erat verus archidiaconus portans vere dalmaticam veſtem diaconi: habuit iſtam quadruplicem largitatem: ideo eccleſiam talem deplorans archidiaconum nunquam poſtea poſuit ſucceſſorem alium: & certe bene poteſt plangere & plorare.

O videat quilibet ſi habet & portat talem veſtem in modum crucis corpus dādo non ad ſupplicia flammæ & craticulæ: ſed ſaltem ad aſperitatem pęnitentiæ. Certe credo plures exponunt laſciuijs & vitijs quam pęnitentiæ & ſupplicijs. O domini qui lauatis caput & crinem & balneatis corpus & pellem ne dicam impinguatis veſtrum vultum & faciem: eſt ne iſta flamma quam Laurentius ſuſtinebat in pelle ſua? O qui & quæ laſciuitis in lintheaminibus & culcitra: eſt ne iſtud tormentum quod Laurentius ſuſtinebat in craticula? O peccatores fætidi luxurioſi & immundi eſt ne illa pœnitentia quam Laurentius ſuſtinebat in flamma? ideo quia Laurentio pro ſupplicijs & pęnitentia eſt data gloria in cœlo: tibi o peccator pro tuis vitijs delitijs & immunditijs dabitur gehenna in inferno. Apo. 18. Quantum ſe glorificauit & in delitijs fuit tantum date illi tormentum & luctum. Vide etiam ſi portas o tu auarę manicas latas ad manus per miſericordiam & eleemoſynam: vtinam per auaritiam dalmaticam non feceris cotardiam quæ habet manicas ſtrictas & ſutas ita quod nihil poſſit exire, vxor attulit acum & filij filium ad ſuendum manicas nolens dare eleemoſynas timore vxoris & filiorum.

O miſer diſſue & diſnoda manicas: quia niſi tu velis dare pauperibus ad manducandum eleemoſynam Deus te dabit & iam te ordinauit dæmonibus deuorādum in eſcam. Pſal 73 Dediſti eum, ſcilicet auarū eſcam populis ethiopum, i. dęmonū. Ideo contra iſta laudatur Laurentius per Pſal. Beatus vir qui non abijt in conſilio *Pſal. 1.*

impio-

impiorum, ſequendo delitias ſed pœnitentias & flammas,& in via peccatorum nõ ſtetit,ſequendo diuitias & auaritiam,ſed dando eleemoſynam. Sequitur. Et tanquam lignum ſupple in igne poſitum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ, ideſt tribulationum,vel aliter diuinarum conſolationum:quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Nota dicit non ſolum dedit ſed dabit: quia dedit pauperibus exiſtens in mundo: nunc dat deuotis ſuis ſeruitoribus exiſtens in paradiſo. Hic legenda dicit mirabilia de vita eius de prolongatione trabis de inuentione & multiplicatione panis: de reparatione calicis de ſalute iudicis & imperatoris &c. ergo iuxta. Pſal. Reuela ei viam tuam & dabit tibi petitiones cordis tui.

Quantum ad tertium nota quod homines dona largientes faciunt ſicut viatores qui iaciunt lapillos in aceruo vbi ſunt alij lapides: ſicut mercatores qui deponunt denarios in ſaccum vbi ſunt alij plures ſicut ſeruitores qui proijciunt aquam in lutum vbi ſunt aliæ fæces ita communiter mundus non dat pauperibus nihil habentibus immo ab eis aufert:ſed diuitibus plus habentibus: & hoc eſt mare irrigare, ſanguinem & oleum vngere impinguare. Mar. 4. Qui habet dabitur illi: & qui non habet etiam quod habet auferetur ab eo: in hoc errant laici & viri eccleſiaſtici. Vnde Pe. Rauennas in quodam ſermone ſic dicit:imperiti & omnino inutiles elegantioribus beneficijs & officijs ampliantur, diuitiæ accumulantur diuitibus: & non eſt qui reſpiciat pauperem & mendicum: helizæus vaſa vacua implebat & vaſis deficientibus dedit. Hodie vero contemnuntur vaſa vacua, & plena ſuperimplentur,ligna in ſyluas & aquæ in maria deferuntur, arenti terræ aqua ſubtrahitur:& terræ quæ non indigent irrigantur: hic eſt abuſus mundanorum. Iſti non habent retributionem a Deo:ſed qui dant pauperibus, vnde Prouerb. 19. Fœneratur domino qui miſeretur pauperis & viciſſitudinem ſuam reddit ei: hanc ſagacitatem habuit beatus Laurentius & prudentiam:fecit ſicut prudentes mercatores iſti habentes ire ad longas nundinas nõ valentes ſecum portare pecuniam vel ratione ponderis vel ratione timoris perdendi cadendo vel auferendo: vel ſpe maioris lucri recipiendi in termino: tradunt pecuniam ſuam ad menſam & cum litera recipiunt in termino:vadunt tũc liberi ab onere:expediti in itinere tuti ab inimico & ſecuri de lucro: ita fecit beatus Laurentius & debet facere quilibet vir iuſtus,iturus enim ad nundinas paradiſi pecuniam ſuam eleemoſynam dedit in menſa campſorum, ideſt pauperum apud quos eſt cambium de humana miſericordia pro Dei gloria dicente. Pſal. Iucundus homo qui miſeretur & commodat:quia gloria & diuitiæ in domo eius. Ex hoc beatus Laurentius martyr egregius iuit liberatus ab onere:expeditus in itinere,tutus ab inimico,ſecurus de præmio. Pro primo multi deprimuntur in infernum, pro ſecundo quo multi vinciuntur in peccatum, pro tertio quo multi ſpoliantur per mundum, pro quarto multi ſancti ducuntur in paradiſum: ſic ponentes in pauperes ſuam pecuniam ad menſam cambij ipſorũ habent literam illam certiſſimam. Mat. 5. Beati miſericordes quoniam miſericordiam conſequentur. Et illam Prouerb. 14. Qui miſeretur pauperis beatus erit:ergo non ad menſam diuitum ſed ad menſam pauperum depone tuum theſaurum. In prima eſt fraus & perditio, in ſecunda eſt lucrum & retributio. Chriſoſtomus ſuper Mat. Melius ſeruatur pecunia quæ in dextera pauperis collocatur hanc calumniator non extorquet:inuidus non criminatur,latro non aufert, fur nocturnus non deripiet,ſeruus fugam meditans non inuadet,ſed ſemper erit tuta ſemper integra ſemper ſalua. Ideo beatus Laurentius non poſuit in manu diuitum:non dicã offerendo ſicut multi fatui:immo nec requirendo ſed in manus pauperum. Vnde Decio Imperatori theſauros eccleſiæ requirenti & eos habere volenti reſpondit, Theſauros eccleſiæ quos requiris in celeſtes theſauros manus pauperum deportauerunt.

Digitized by Google

uerunt. Et oſtendit ei pauperes apud quos depoſuerat. Nota in legēda ad hoc pro beato Laurentio & pro nobis directe videtur fuiſſe locutus. Pſal. cum dixt. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperum in die mala liberabit eum dominus. Dominus conſeruet eum & viuificet eum & beatum faciat eum in terra & non tradat eum in animam inimicorum eius, hanc beatitudinem.

SERMO LXXXII.

De feſto Circunciſionis Domini.

LAudate nomen domini. Pſal. 112. Nomen alicuius principis redditur celebre famoſum & laudabile quia princeps eſt vel magnificus vel beneficus vel vtrūque magnificus faciens magna facta, beneficus largiens magnō dona. Ex iſtorum enim altero vel eorum vtroque mundus cōſueuit homines laudare & nomen talium honorare. Ita legimus. i. Re. 18. Cum enim vt in eodem lib. 17. legitur Dauid feciſſe factum maximum quia puerulus exiſtens interfecit Philiſtæum gigantem exprobrantem Deo cæli & agminibus Iſrael & dediſſe beneficium grande populo Iſraelitico & Sauli quia dedit eis victoriam & ſalutem de ſuis hoſtibus Philiſthæis. Et ex his duobus laudatus eſt & ſibi nomen celebre acquiſiuit, vnde vt dicitur 18. ca. Cū reuerteretur Dauid percuſſo Philiſtęo egreſſę ſunt mulieres de vniuerſis orbibus & Iſrael cantantes chorosque ducentes & dicentes: percuſſit Saul mille & Dauid decem millia: ideo concluditur in fine capituli: ſic & celebre factum eſt nomen eius nimis ergo ex magnificis & beneficis actibus hominum nomen redditur famoſum & laudabile, ideo dixit. Pſal. Confitebor tibi cū benefecēris ei. Ita videmus in auibus q̄ excitantur ad cantū vel quia vident magna & inſolita vt in vere flores in arbore vel quia habent delectabilia vt cibum vel alia in ventre. Spiritualiter Dei filius venit in hunc mundum nō aliter quā princeps magnificus & faciens magnalia: immo mirabilia: quod enim maius mirabile & magis magnum quam q̄ terra fiat cœlum, quā q̄ cęlum intret & exeat imperceptibiliter terræ centrum hoc factum eſt in aduentu filij Dei quando verbum caro factum eſt Deus homo & homo Deus: quando Dei filius intrauit virginis vterum & exiuit in mundum hæc ſunt facta incantatorum. Certe maius mater virgo & virgo mater intrauit & exiuit cœlum terræ centrum ſine fractura ſine læſura quia virgo concepit virgo peperit virgo poſt partum permanſit: & ideo cęlū terræ centrum imperceptibiliter exiuit: hęc ſunt facta maiora quā fecerat Dauid: ideo dicebat virgo beata. Lu. 1. Magnificat anima &c. Quia fecit mihi magna &c. Sed nihilominus venit ad proſtrandum Philiſtęum, i. diabolum velut alter Dauid quem in die paſſionis cruce tāquam paſtorali baculo proſtrauit: ideo omnia iſta. Pſal. in hoc puero conſiderans tam magnifica dixit. Omnes gentes quaſcunque feciſti venient & adorabunt coram te domine & glorificabunt nomen tuum: quoniā magnus es tu & faciēs mirabilia tu es Deus ſolus venit etiā Dei filius in hunc mūdū non aliter quam beneficus & largiēs magna beneficia. Quis enim princeps magis beneficus quam ille qui ſecretiorē precioſiorem & magis neceſſariū theſaurū vult pro ſuis expendere & non ſolum modicū immo totum: nec ſolum in fine & in morte immo in principio & a pueritia & ætate tenella? Talis fuit Dei filius quia ipſe in mundū veniens theſaurū precioſiſſimum non aurū & argentū ſed ſanguinē ſuum precioſiſſimum pro ſuis fidelibus eſt largitus. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis: ſed precioſo ſanguine agni immaculati Christi.

Pſal. 48

Iſte theſaurus erat Chriſto valde neceſſarius quia ſine eo non poterat viuere. Eſt enim ſanguis ſedes animę: & ita erat ei neceſſarius ꝙ ſtatim vt fuit expenſus in paſſione ipſe fuit mortuus, ſed ad oſtendendam charitatiuam ſuam magnificentiam de hoc theſauro in magis ſecreto loco poſito hodie cępit eleemoſynam facere de burſa videlicet quæ ſecretę portatur ad lumbare: vnde in die circuncibonis de ſecretiſſimo loco theſauri ſui ſanguinem ſuum fudit: nec iſtum theſaurum voluit expendendum & largiendum ſeruare in morte quo homo vltra non indiget: ſicut auari faciunt, qui bona temporalia pauperibus in morte dimittunt & nihil viuentes volunt dare: ſed quando portare non poſſunt: ſed in pueritia die. 8. ſuæ natiuitatis iſtum theſaurum voluit aperire: quia qui cito dat bis dat, vnde ipſe dedit bis & in principio & in fine: nec ſolum dedit de iſto theſauro modicum: immo in fine in morte dedit totum in cuius ſignum ꝙ nihil remanebat exiuit in fine ſanguis & aqua: ergo quis princeps vnquam magis magnificus & beneficus? Alij dant viliora, iſte precioſiora: alij ſuperfluum, iſte neceſſarium: alij modicum, iſte totum: alij patens, iſte latens: alij dant in morte, iſte in morte & in natiuitate: alij aurum & argentum, iſte ſanguinem proprium. Quare ergo eius nomen non ſit magnificum laudabile celebre & magnum: vtique Dauid in ſaluando populum fugando inimicū non fudit ſanguinem ſuum ſed alienum: ſed iſte in ſaluando genus humanum & fugando diabolum non alienum ſed ſanguinem fudit proprium. Ideo Zacharias cantauit Lucæ 1. Benedictus dominus Deus Iſræl quia viſitauit & fecit redemptionē plebis ſuæ. Salutem ex inimicis noſtris, propter hoc. Pſal. antequam veniret iſte beneficus: iſte eſſet theſaurus apertus: eſſet proſtratus inimicus clamabat. Vſquequo domine obliuiſceris in finem vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me. Sed habito iſto benefico largitore & liberatore ſtatim clamauit. Exultauit cor meum in ſalutari tuo, cantabo domino qui bona tribuit mihi & pſallam nominī domini altiſſimi, ideo idem. Pſal. ſolerti conſideratione cognoſcens quod puer natus octaua die ita circunciſus eſt magnificus faciens magnalia: & beatificus largiens multa: & magna munera vt collaudemus honoremus celebremus prædicemus eius nomen ſollicite nos inuitat dicens, Laudate nomen domini, in quibus verbis. Pſal. humanam mentem in Chriſtum:

Excitat,
Regulat,
Terminat, } Laudate nomen domini. } Hic ergo. Pſal. { Excitat,
Regulat,
Terminat,

Noſtræ. { Deuotionis affectum,
Intentionis aſpectum,
Operationis profectum, } Laudate nomen domini. } Ergo hic.

Excitatur,
Regulatur,
Terminatur, } Noſtræ. { Deuotionis affectus,
Intentionis aſpectus,
Operationis profectus,

Ad. { Recognitionem,
Elucidationem,
Limitationem, } Tanti. { Beneficij,
Miniſterij,
Premij, } Laudate nomen domini.

Quantum ad primū ſciendū ꝙ vulgariter dicunt Cathalani tale prouerbiū, celuy louer nous deuons, de qui le pain nous mengeons, hoc eſt dictu: illum laudemus cuius panem comedimus: vult dicere ꝙ illū debemus laudare a quo beneficia recipimus, vel quia recipimur ad eius domū, paſcimur de eius cibo induimur de eius indumento protegimur de eius auxilio, diuites efficimur de eius beneficio. Sic videmus in mundo ꝙ homines laudant ſuos dominos quando eos in hoſpitiū ſuū cum familiaribus recipiunt & domeſticis quando eos veſtiunt de eiſdem tuni

cis:

cis: quando miniſtrant de proprijs cibarijs q̃n præſeruant de periculis q̃n prouident de magnis beneficijs ex hac ratione Dei filius & eius nomen debet laudari a fidelibus chriſtianis quia omnes eos facere de domo ſua eccleſia cũ ſuis domeſticis: & hoc facit per ſacramentũ baptiſmi, illud enim ſacramentũ eſt porta eccleſiæ & eſt ſacramentũ intrãtiũ: ipſe etiã fecit eos de eiſdẽ tunicis quoad corpus & animã: quia ipſe non de tunica allata de operatorio paradiſi:ſed de tunica cõi generis humani voluit indui:in cuius ſignũ hodie in circuncisione tradidit demõſtra modicũ de carne ſua: in qua verificatum eſt illud quod in bonis pannis qui plus valẽt per drap quæ per la liſiere, i. valent plus in ſubſtantia quã in apparentia vt pateſceret eũ non precioſiori veſte indutũ: ſed cõi omnium hominum, & tradidit etiã eaſdẽ pelles & foderaturas quia infuſas virtutes & diuinã gratiã quæ fulciunt animã ipſe etiam ſuos fideles facit ſuos commenſales & de eiſdẽ cibarijs: quia de ſacramẽto ſui corporis eos paſcit præſeruat eos & iuuat in periculis quia Chriſti nomẽ inuocatum valet ad euaſionem periculorum & mortis infirmitatis. vnde Act. 3. de pau. claudo. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et protinus conſolidatę ſunt baſes eius & plantæ &c. Ditat largis donis & beneficijs: quia ſeptem Spiritus ſancti donis. Hæc omnia videns. Pſal. prædixit. Lauda Hieruſalem dominum: laudã Deum tuum, ſcilicet. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum. Ecce de receptione ad domum: benedixit filijs tuis in te. Ecce de receptione ad indumentũ, poſuit fines tuos, pacem & adipe frumẽti ſatiat te. Ecce de receptione ad cibũ, velociter currit ſermo eius. Ecce de liberatione quantum ad peccatũ. Non fecit taliter omni nationi. Ecce de liberatione quantum ad periculum. Non fecit taliter omni nationi. Ecce de ditatione ad beneficium, ergo quare a ſuis domeſticis iſte dominus & nomen eius non laudetur cuius recipimur familiares in domo, induimur ſimili veſtimento, paſcimur eodẽ cibo, præſeruamur a periculis auxilio, ditamur multiplici beneficio: Non ſic poſſunt ex iſtis laudari domini temporales. Ideo Pſalm. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te, ideo elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Alibi idem. Pſal. zelus domus tuæ comedit me, poſtea ſubiunxit. Laudabo nomen Dei cum cantico & magnificabo eũ in laude. Idcirco propter prædicta dicitur Papam Clementem quintum dediſſe decem dies de indulgentia laudantibus & benedicentibus nomen Dei: quia ipſe ad inuocationem & benedictionem nominis Dei in die ſuę coronationis papalis fuit a ruina parietis ſuper eum cadentis multis proſtratis alijs liberatus dicens illud. Pſal. Sit nomen domini benedictum: quã decem dierum indulgentiam dedit ſingulis deuote dicentibus benedictionem prædictam cum additione expreſſionis nominis Chriſti dicendo ſic: benedictum ſit nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in æternum & vltra. Pſal. 147.

Quantum ad ſecundum nota ꝙ debite regulamur in hac laude quod cum laudamus debemus non quemcunque aut qualiacunque laudare ſed nomen domini, & certo numero propter tria nomen enim Chriſti eſt quantum ad hominem famoſum in factis, quantum ad dæmones virtuoſum in bellis: quantum ad cæleſtes ciues copioſum in dominio, propter hæc tria dixit. Pſal. Confiteamur nomini tuo magno quãtum ad homines quoniam terribile: quantum ad dæmones & ſanctum eſt: quantum ad cœleſtes ciues procedendo de iſtorum quolibet intelligẽdum quo ad primum quod nomen Chriſti eſt famoſum in ſanctis: quo ad homines, nomen autem alicuius principis eſt famoſum apud homines ratione primo magnæ punitionis: reges enim in principio regni ſui conſueuerat aliquas ſingulares iuſtitias exercere vt cæteros terreant & ſibi nomen acquirant: ita videmus frequenter in Francia: ita etiam fecit. Pſal. 98

Digitized by Google

Salomon in principio regni ſui. 2. Regum. 2. Specialiter autẽ hæc iuſtitia conſueuit fieri de proditoribus regis vel regni: ita fecit Dei filius in principio enim regni ſui ſtatim in puncto natiuitatis ſuæ fecit terribilem iuſtitiam de proditoribus regni de inimicis reipublicæ: peccatores enim contra naturam ſubito omnes, & vbique extinxit in hora ſuæ natiuitatis per totum mundum: iſti ſunt cæci qui odebant animam Dauid: & impediebant ne Dauid ingrederetur arcẽ Syon: quia ſecundum Aug. Videns Deus in natura humana peccatum contra naturam fieri ſe re dimiſit incarnari: Iſtos abſtulit de terra Chriſtus ſicut Dauid 2. Reg. 6. Quantum ad hanc punitionem impoſuit ſibi nomen iuſtus. Hier. 26. Regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam: & hoc eſt nomen quod vocabunt eũ iuſtus dominus noſter. Secundo ratione magnæ remiſſionis: quando enim rex remittit omnes pęnas liberat incarceratos ſoluit vinculatos redimit captiuatos: conſueuit nomen famoſum habere, hoc fecit Chriſtus quia remiſit pęnas peccatorum & venit relaxare & a ſeruitute & poteſtate dæmonis & inferni vinculis liberare. Vnde ipſe eſt alter Cyrus rex Perſarum qui reſtituit & liberauit captiuos de Babilonia & miſit in Hieruſalem. 1. Eſdræ. 2. Hæc ipſe confitetur per Eſa. 61. Spiritus domini ſuper me ad annunciandum manſuetis miſit me vt mederer contritis corde & prædicarem captiuis indulgentiam de hoc Pe. Act. 9. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomẽ eius omnes qui credũt in eum. Et quantum ad hoc impoſuit ſibi nomen angelus. Mat. 2. Vocabit nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum, & de ho. Pſal. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & nomẽ domini inuocabo. Tertio ratione magnæ inuitationis ipſe enim fecit quatuor maxima conuiuia. Primum in deſerto, ſecundum in cænaculo, tertium in toto mundo, quartum in Paradiſo, primum fuit mirabile & particulare & fuit ſuorũ deuotorũ. Mat. 14. Et in hoc conuiuio ſatiauit de quinq; panibus & duobus piſcibus 5000. hominum. Secundum fuit mirabilius & magis generale: fuit omnium Chriſtianorum & hoc fuit in cæna quando ſacramentum ſui corporis & ſanguinis inſtituit: in primo dedit panes & piſces: hic dat panem & carnes: ibi cibi conſumpti & multiplicati fuerunt: hic cibus ſumitur & non conſumitur intactus remanet & nõ multiplicatus ibi panis non viuens & piſces mortui, hic panis viuus & carnes viuæ. Tertium conuiuiũ fuit mirabiliſſimũ & eſt generale omnium viuẽtium creatorũ. In iſto conuiuio dat piſces panem carnes herbas fructus: & cæteras iuxta creaturarum conditiones proprias eſcas: & ibi facit Deus mirabilium maximum quando de paruis granis de paruis ſeminibus creat ſegetes & eſcas magnas ab iſto conuiuio nulla repellitur creatura in hoc ſenſibili mundo viuens. Quartum conuiuium & vltimum eſt cęteris maius nobilius & mirabilius in quo ſunt maiora mirabilia: & eſt ſolum omnium beatorum in cęna gloriæ. In iſto enim conuiuio ſunt omnes eundem cibum comedentes qui nunquam deficit: & quilibet comedens ſine fame concupiſcit. Ibi cibus comeditur videndo & non ore nec dente terendo: ibi quicquid deſideratur inuenitur: ibi ſumitur & non conſumitur: ibi qui comedit nunquã eſurit, nunquã faſtiditur, hoc eſt illud conuiuium Heſter, i. ab Aſſuero, rege, i. Chriſto ſeptẽ diebus huius vitæ mortalis præparatum hoc faciet filius Dei tertio anno regni ſui: quomodo in anno naturę nec in anno gratiæ ſed in anno glorię qui eſt annus tertius regni ſui quod conuiuium faciet principibus & pueris regni ſui, vt oſtendat diuitias regni ſui. In hoc conuiuio faciet Deus maiora mirabilia quam in aliquo aliorum & hoc exprimitur in ipſo iſte ergo eſt ille homo de quo Lucæ 14. Homo quidam fecit cęnam magnam & vocauit multos quantum ad magnificentiam huius inuitationis impoſuit ſibi nomen Pharao in figura ſuper Ioſeph qui per eſcarum prouiſionem ſaluauit mundum, vnde dicitur Gen. 41. Ver-

Digitized by Google

Vertitque nomen eius & vocauit eum lingua ægyptiaca Saluatorem mundi: propter hæc tria dicit Deus pater iſti puero illud. 2. Reg. 7. Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra. Secundo nomen Chriſti quantum ad dæmones eſt virtuoſum in bellis: quod patet ex tribus; nomen enim Dei defendit propria: eſt enim ſicut turris quæ defendit habitantes in ea ideo Prouerb. 18. Turris fortiſſima nomen domini ad ipſam currit iuſtus & ſaluabitur. Hoc figuratum eſt Iudicum. 9. quando Abimelc. ideſt diabolus oppugnauit terram: & mulier, ideſt virgo beata emiſit fragmentum molę, ideſt filium: & illiſit capiti eius & quãtum ad hoc impoſuit ſibi nomen ciuitatis. Ezec. 48. Nomen ciuitatis dominus, ibidem, inuadit munita, diabolus enim capto peccatore ipſum munit ſeptem muris ſeu foſſatis, ideſt ſeptem mortalibus peccatis ne poſſit capi a Deo: ſed in nomine dñi ruunt muri ita murauerat magdalena ſed in Dei nomine ruerũt muri, vnde & Chriſtus de Magdalena eiecit ſeptẽ peccata, & hoc figuratũ eſt in Ioſ. 6. qñ Ioſue veniente muri Hierico corruerunt: & quantũ ad hoc impoſuit ſibi nomen. Eſa. 9. Vocabitur nomẽ eius admirabilis Deus fortis. Recuperat prædicta: quia ſicut auis quæ auolauit vocata & voce dñi audita redit ad manũ: ita in Chriſti noĩe peccatores qui de manu Dei ad manũ diaboli volauerunt: ad Deũ iterum reuocantur, ita recuperauit petrũ perditum, & hoc figuratũ eſt in Dauid qui recuperauit predam quã tulerant amalechitę. 1. Reg. 30. Et quantũ ad hoc impoſuit ſibi nomen aliud. Iſa. 8. Voca nomẽ eius accelera, ſpolia, detrahe, feſtina prædicari, ergo Chriſti nomen eſt virtuoſum contra dęmones. Vnde Marci vltimo. Dæmonia eijcient & propter dæmones bellãtes. Vnde propter hoc. Exo. 15. Omnipotens nomẽ eius currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare. Tertio nomẽ eius eſt glorioſum apud cęleſtes ciues in priuilegijs & in donis quibus nullus ſanctus ei æquiparatur: ipſe enim habet immunitatẽ omnis culpæ: quia peccatũ non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius: vnde hoc fuit in eo nouum & ſingulare ꝙ nec actuale commiſit nec originale contraxit: ideo quantũ ad hoc impoſuit ſibi nomen nouũ. Iſa. 52. Vocabitur tibi nomen nouũ qđ os dñi nominauit. Habet ſecundo vniuerſitatẽ & plenitudinẽ omnis gratiæ. Io. 1. Plenũ gratiæ & veritatis. De cuius plenitudine nos oẽs accipimus gratiã pro gratia: quantũ ad hoc vocatur oliua & oleũ, oliua. Hie. 11. Oliuã vberẽ pulchram fructiferã vocauit dominus nomen eius. Oleũ. Cant. 1. Oleũ effuſum nomen tuũ. Habet tertio ſublimitatem & dignitatẽ deitatis ſibi coniunctæ. Et quantũ ad hoc habuit nomen Emanuel, ideſt nobiſcũ Deus. Iſa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ & vocabitur nomen eius Emanuel, hoc figuratũ eſt in lamina aurea ſummi ſacerdotis in qua erat nomen domini ſanctũ tetragrammaton. Ergo quia nomẽ Chriſti eſt famoſum inter hoĩes, virtuoſum cõtra dæmones, glorioſum ſuper cęleſtes ciues, dixit quo ad hæc tria Apoſtolus ad Phil. 2. Deus exaltauit illũ & dedit illi nomẽ qđ eſt ſupra omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium quoad cæleſtes ciues, terreſtriũ quoad hoĩes, & infernorum quoad dæmones: ergo non reſtat niſi vt dicamus illud Hiere. 14. Tu in nobis es domine & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos ne derelinquas nos.

Quantum ad tertium nota quod non omne nomen eſt laudabile & laudandum ſed nomen domini. Ratio eſt, iſte dominus & eius nomẽ laudatur & benedicitur in hoc mundo qui omnes paſſus & malas vias reparat vel facit ſuo nomine reparari per totum regnum vt libere poſſit homo venire ad ipſum & potiſſime paſſus periculoſos in quibus priores male receperunt & mortiferos in quibus omnes præcedentes perierunt. Ita eſt de Chriſto mundus iſte habebat ante eius aduentum ita malum iter & viam ita malam tot malos paſſus periculoſos & mortiferos eundo ad Deum quod homo nullus vnquam poterat peruenire ad ipſum

vnus malus paſſus erat auaritiæ, alius ſuperbiæ, alius inuidiæ: & ſic de alijs, vnus tamen generalis paſſus erat non ſolum periculoſus ſed mortifer ſcilicet paſſus originalis culpæ, & ita mortifer & peſſimus quod quamuis aliqui ſancti viatores alios paſſus cum difficultate tranſirent: paſſum tamen originalis culpæ nullus vnquam tranſire potuit quin frangeret ſibi collum & omnes deſcendebant in paſſu illo in foſſatum: quia per mortem in infernum. Sed Chriſtus voluit iter totum reparare:& primo voluit peiorem paſſum,ſ.originalis culpæ aptare & vt perfecte pararet eadem arte vſus eſt qua docti per Deum fuerant ſancti patres antiqui: ſuſcepit enim in carne circuncisionem lege decretã quæ contra originalis culpæ caſum ordinabatur. Sed videns ꝙ ſanguinis effuſio non reparabat totaliter: fluuium aquæ baptiſmalis poſt ea in die epiphanię adiunxit:vt per ſanguinem agni immaculati & per aquam baptiſmi liberaremur & exiremus de morte & inferno ſicut filij Iſrael de Pharaone & ægypto & ſic paſſum illum totaliter reparauit: omnes etiam paſſus peccatorum per virtutes oppoſitas reparauit: quia auaritiam per liberalitatem:immunditiam per caſtitatem: inuidiam per charitatem:& ſic de alijs in tantum ꝙ nunc per viam reparatam poſſumus ire de virtute in virtutem donec videamus Deum deorum in Syon. Ideo dicit. Pſal. Benedictus dominus die quotidie: proſperũ iter faciet nobis Deus ſalutariũ noſtrorũ: Deus noſter Deus ſaluos faciendi & dñi domini exitus mortis: ergo laudemus nomen dñi omnes qui vadimus ad eũ ad illam ciuitatem in qua magnus dominus, iuxta. Pſal. doc. Iuuenes & virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomẽ eius ſolius magnus enim dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri. Ad quam &c.

SERMO LXXXIII.

De conuerſione beati Pauli Apoſtoli.

Conuertit petram in ſtagna aquarum. Pſal. 113. Deus in ſuis operibus mirabilis: nã ea quæ ſunt quaſi incredibilia Deus tamen fecit mirabilia. vnde Pſal. Tu es Deus qui facis mirabilia. Quis enim crederet ꝙ lupus poſſet conuerti in agnum:tempus grandinans fiat ros fęcundans, ſaxum durum & forte fiat flexibile & molle?certe multum eſt mirabile: & tamẽ hoc factum eſt quando de Saulo factus eſt Paulus: perſecutor factus eſt prædicator, lupus agnus, tempeſtas chriſtianos lapidans, ros eccleſias fæcundas. Ideo Deus ſicut alia mirabilia ita & iſta vt credamus videamus & intelligamus:præmiſit in operibus naturæ & in geſtis ſcripturæ. Inter cętera autem mirabilia hoc Deus poſuit in natura:quia eſt vnus lapis precioſus. Sidonius appellatus huius naturę ꝙ quamuis ſit durę naturę tamen conuertitur in aquam vt perpetuis diſtillent lachrymis & ſemper ab illo lapide aqua fluat: hoc mirabile naturæ eſt exemplum operis gratiæ in Paulo quia quamuis ipſe fuerit lapis duriſſimus contra Chriſtum & ſuos tamen Chriſtus hanc petram conuertit in aquam doctrinæ ſapientiæ ſalutaris, vnde perpetuis diſtillat lachrymis verbis ſermonibus & doctrinis quæ continue per totum mundum in eccleſia prædicantur. A domino ergo factum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris. in Pſal. iſtud mirabile præmiſit Deus in geſtis ſcripturæ per modum figuræ. Numerorum. 20. vbi narratur quod deficiente aqua populo Iſraelitico & ſitienti Deus dedit ipſi aquam: Moyſes percuſſit virga bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſſime ita vt populus biberet & iumenta.

Sidonius lapis cuius natura ſit.

Silex duriſſimus contra Chriſtum fuit Paulus quem nullus ſermo nulla prædicatio

catio

Digitized by Google

catio nulla compaſſio ad Chriſtum ad diſcipulos poterat emollire: immo contra eos iuerat furijs inuectus & propter eius perſecutionē vix aliquis prædicare Dei verbum audebat. Iam enim Stephanum lapidauerat pro alijs prædicatoribus capiendis literas acceperat & ideo iam populus verbum ſitiebat vnde & Ananias dixit. Domine audiui de viro hoc quanta mala fecerit ſanctis tuis. Ideo Deus volens potum aquæ verbi Dei non ſolum illis ſed futuris abundanter largiri iſtum ſilicem durum perſecutorem percuſſit bis virga, quia duplici percuſſione: quia vna in corpore, & altera in mente. vnde proſtratus eſt in via tam fortiter percuſſus: & tunc conuertit petram in aquas multas, quia in epiſtolas doctrinas & prædicationes multas, vnde poteſt ſatis bibere populus clericorum & litteratorum & iumenta laicorum & illitteratorum. Et hoc opus mirabile Dei in verbis aſſumptis. Pſal. recitat dicens. Conuertit petram in ſtagna aquarum: vbi deſcribit ipſe Pauli.

Duritiam obſtinationis, Clementiam reuocationis, Efficatiam operationis,	Quia.	Petrā conuertit in ſtagna aquarū, &c.	Fuit namque magna.
Oſtinationis duritia, Reuocationis clementia, Operationis efficacia,	In	Perſecutore, Saluatore, Prædicatore,	Petram conuertit in ſtagna aquarum, &c.

Quippe habuit ipſe.	Saulus, Chriſtus, Populus,	Mirabilem, Supermirabilem, Multiplicem,	Crudelitatem. Benignitatem. Vtilitatem.
In	Proſequendo, Miſerendo, Audiendo,	Petram conuertit in ſtagna aquarum, &c.	

Quantum ad primum ſciendum, quod Paulus & quilibet exiſtens in peccato ante conuerſionem Petræ a ſcriptura ſacra propter rationes & conditiones lapidis quatuor comparatur quæ conueniunt. Paulo & cuilibet peccatori.

Primo habet petram ſterilitatem in fructu. Ratio eſt, quia oculo videmus quod ſemen proiectum ſupra petram aut non naſcitur nec pullulat quia non habet humorem, aut ſi naſcitur & pullulat, tamen nunquam fructum facit nec granum aliquod portat. Sic de peccatore. Semen enim eſt verbum Dei. Lucæ 8. Hoc ergo ſemen proiectum in lapidem in petram, cor durum obſtinatum multorum peccatorum perditur, etiam non pullulat nullum ſignum meliorationis apparet, prædicamus contra immundos & luxurioſos, proijcimus verbum de ſeruanda virginitate, puritate, caſtitate, & vere nihil proficimus heu male & turpiter egerunt hodie: peius & turpius agent cras: prædicamus de liberalitate contra auaros vt male non acquirant & ablata reſtituant, eleemoſynas faciant, & vere nihil proficimus: omni die ſunt homines auariores magis turpes & tenaces tantum poſſet pauper reportare a petra, ſicut ab auarorum burſa. Si tamen aliquando verbum ſeminatum quo ad aliquid pullulet & naſcatur, incipiunt aliquando bene agere, bene facere, ſtatim areſcit: ſtatim ceſſant & dimittunt, hoc eſt verbum Chriſti. Lucæ 8. Aliud cecidit ſupra petram & natum aruit: quia non habebat humorem.

Nota quod ſemen ſeminatum in petra quantumcunque pullulet tamen areſcit & non fructificat quoniam non habet humorem. Ita quando verbum prædicatoris ſeminatur in corde lapideo peccatoris, & ſi pulluler & opus bonum faciat: tamen non fructificat: id eſt non fert fructum gloriæ meritorium ſine humore charitatis & gratiæ. Ideo dicit, quod illud quod cecidit ſupra petram natum aruit:

Digitized by Google

quia nō habebat humorem. Eſt autem mirabile de quibuſdam peccatoribus quia duriores & peiores ſunt petra. Ratio eſt, quia cum petra ſit duriſſima tamen non ſolum duris ictibus martellorum cauatur: immo re molli, quia aquæ gutta cauat lapidem: non ſic eſt de quorundam peccatorum cordibus: quia nec guttis plurimis & ictibus verborum iteratorum cauantur in ſermonibus, vulgariter, rien ne peut lhomme emolier. Immo nec duris ictibus malleorum a Deo immiſſorum, vt ſunt perſecutiones, tribulationes, paupertates mortes propinquorum infirmitates propriæ, &c. poſſunt conuerti, poſſunt ad Deum trahi.

Ideo dicitur Hiere. 5. Percuſſiſti eos & non doluerunt: hoc eſt ſignum hominis mortui, attriuiſti eos & renuerunt accipere diſciplinam: hoc eſt iumenti ſignum, ſicut aſini indurauerunt facies ſuas ſupra petram & noluerunt reuerti. Iſti ſunt peiores Paulo quoniam & ſi Paulus exiſtens in peccato non portauit fructum meritorium vitæ æternæ. Item ſi ad guttas, prædicationum & ſermonum Stephani & aliorum Apoſtolorum cauari & conuerti non potuit tamen veniente grandi malleo de cœlo ipſo Chriſto, & eum percutiente & proſtrante ſtatim conuerſus fuit, vnde Chriſto eum malleante & ad terram proſternente ac dicente, Saule Saule, quid me perſequeris? Reſpondens clamauit: domine quid me vis facere? Ac. 19. Heu domine Deus, quot ictus quot martelli quot mallei Dei percutiunt de cœlo aliquos, & tamen indurauerunt facies ſuas ſupra petram & noluerunt conuerti. Dilata contra vitia vt volueris. Hiere. 7. Verba mea quaſi ignis ardens, dicit dominus, & quaſi malleus conterens petras Caueāt ſibi peccatores quia iſte melleus ſecundum Pſal. Contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit hoc facit in morte cuiuſlibet. Secundo lapis ſeu petra habet igneitatem in ſinu quod patet, quoniam ſi lapis cum ferro lapide & alia re dura collidatur ſtatim emittit ſcintillas ignis, vnde equis petram offendentibus cum ferratis pedibus ſtatim videmus petram ignem & ſcintillas emittere. Ita eſt de peccatoribus & multis hominibus quoniam non in manifeſto ſed in occulto in corde geſtant ignem inuidiæ, rancoris & immunditiæ intantum vt non poſſint tangi ab aliquo verbo facto motu vel ſigno quoniam ſtatim euoment ignem maledictionum, detractionum, iracundiæ, diſſenſionis & brigæ totam vnam patriam inflammabunt totam vnam ciuitatem, totam vnam domum vel careriam imbrigabunt. Talis erat Paulus ante conuerſionem quia non poterat tangi per prædicationem Euangelij qui ſtatim ignē ſpiraret minarum & flagellarum in diſcipulos domini. Ideo contra eum & ei ſimiles dicitur. Naum 1. Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? Indignatio eius effuſa eſt vt ignis & petræ diſſolutæ ſunt.

Pſal. 106

Eſt autem ſciendum, quod Paulus conuertit ignem iniquitatis in ignem charitatis vbi ſciendum, quod ignis a lapide extractus per ferrum eſt maior igne extracto per lapidem alium & melior, lapides alij, ideſt Apoſtoli collidentes prædicatione paulum extrahebant a Paulo ignem iniquitatis, & rancoris & perſecutionis: ſed Chriſtus in conuerſione percuſſit Paulum ferris, ideſt lancea ſuæ paſſionis & ſua prædicatione inuſſit. Ideo dicitur Iudicum. 6. Aſcendit ignis de petra. Iſte ignis in Deum inflammauit. Rom. Hebr. Theſſa. Corin Galat. Coloſſen. Quibus direxit flammam ignitam ſuarum epiſtolarum & non ſolum illos ſed plures alios, vnde ipſe totus ignitus dicebat quis infirmatur & ego non infirmor &c. 2. Corint. 11. Ergo iſte fuit petram continens ignem in ſinu. Tertio petra habet grauitatem in ictu, vnde & petris malefici lapidantur & necantur & plus lædit aliquando ictus lapidis quam enſis. talis petra eſt perſecutor lapidator ſuorum vitiorum & proximorum procurens eis vel inferens damna dicens, opprobria detrahens & imponens crimina: Iſti ſunt lapidatores & necatores proximorum ſuorum.

Digitized by Google

rum talis petra lapidas verbo,& facto fuit Saulus contra Apoſtolos, & Chriſti diſcipulos, vnde & ipſe manu ſua,& omnium quorum veſtes cuſtodiuit Stephanum lapidauit. Vnde tales lapidatores ſunt illa petra. prim. Pet. 2. Lapis offenſionis, & petra ſcandali his,qui offendunt verbo, nec credunt. Nota quod aliqui offendunt verbo recto ſicut tunc ſanctus Stephanus,& illi lapidantur, quia prædicabãt veritatem: ita hodie multi lapidantur,ſi prædicent veritatem. Alij verbo per oblocutiones. Alij facto per perſecutiones: ſed ſicut tunc non omittebant prędicare,non latrare contra malos.

Ita non debet fieri hodie quod eſt contra quoſdam, qui non prędicarent quando ſcirent ſibi imminere tribulationem, vel damnum. Vnde videtur mihi hodie ſic eſſe de prędicatoribus ſicut de canibus: canes in terra, vbi non ſunt lapides, quibus impugnẽtur: contra omnem hominem latrant,vix tranſit aliquis, qui non habeat morſum,vel latratum: ſed quando ſunt,& tranſeunt ad terram plenam lapidibus non auderent latrare,vel mordere. Non dicam viatores: immo ſuos, vel paſtores, vel omnium perſecutores, & percuſſores: immo aliquando ſimulant ſe dormire, & faciunt aurem ſurdam ictus lapidum timentes: vt ſit de quibuſdam prædicatoribus,quia in locis vbi ſciunt, quod nullus eis male faceret vel diceret non bene recumbunt: perſonas etiam quæ non auderent mutire vt ſunt pauperes oblatrãt.In talibus,& contra tales perſonas prędicant,vix tranſit aliquis ſine morſu repræhenſionis:ſed in terris illis vbi ſunt lapides perſecutionis, vel contra illas perſonas,a quibus timerent lapidari,tribulari,maledici: quamuis aliquando eſſet plus neceſſe non audent latrare prædicare, ſicut ſunt maiores,aut ſunt diuites vſurarij,mercatores, nobiles,&c. Immo etiam ſi in ipſos prędicantes,vel in oues Chriſti mala faciunt ſimulant ſe dormire, faciunt aurem ſurdam. Iſti offendunt verbo canes muti non valentes latrare. Non fuit talis paulus poſt conuerſionem, quia non ſolum prędicabat vbi diligebatur: immo vbi verberabatur, vnde ipſemet dicit. ſecundę Ad Cor.12. Ter virgis cæſus ſum ſemel lapidatus ſum. vnde ipſe fuit de numero Apoſtolorum lapidatorum,& perſecutorum, qui de perſecutionum,& lapidum medio dabant vocem prędicationis.dicente Pſal. De medio Petrarum dabunt voces. *Pſal. 103.* Quarto habet petra velocitatem in motu: quamuis enim petra habeat difficultatem: immo impoſſibilitatem verſus cœlum ad motum ſurſum ad alium: tamen habet velocitatem in motu ad deorſum ad centrum. vnde videmus lapidis naturam eſſe talem,quod quantumcunque eleuetur in altum ponatur ſuper altum ædificium, ſuper altam columnam, ſi ſubtrahatur ædificium, vel columna ſtat in impetu,& velocitate magna deſcendit,& tanto fortius quanto fuerit eleuata altius. Petra eſt peccatrix anima: peccatum in anima eſt ſummæ grauitatis, & tantæ,quod fecit Angelos cadere de cœlo, nec potuerunt cœli malos Angelos retinere. ergo hęc petra peccatrix anima eſt aliquando ſuper alta ædificia diuitiarum, & ſuper alta columna,ſcilicet corporis: ſed quandoque ruit ædificium,quia ceſſant diuitię ſaltem in morte,& tunc ruit inferius ad centrum ad infernum miſera petra peccatrix anima. Pſal. Vidit impium ſuperexaltatum, &c. Ttanſiui,& ecce non erat. Et tanto cadit profundius, quanto eleuatur altius. Exemplum in diuite Epulone,qui in inferno eſt ſepultus. Luc.16.

Anima peccatrix petrę cõparatur.

Hęc etiam petra quamdiu homo viuit ſtat ſuper columnam corporis eleuata: ſed finaliter ſubtrahitur columna,ideſt corpus in morte,& tunc cadit anima velociter ſubito quaſi in inſtanti ad infernum. Exo.14. Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Et quando fuerunt in ſtatu altiori, & vixerunt vita longiori tanto durius euellit Deus petram a columna, & in infernum projecit comburendam profundius.

Hie-

Digitized by Google

Hier.51, Extendam manum meam ſuper te,& euoluam te de petris,& ponam te in montem combuſtionis,& non tollent de te lapidem in angulũ, & lapidem in fundamento:ſed perditus eris in æternum.ait Dominus. Talis petra in infernum deſcenſurus erat Paulus ante conuerſionem propter ſuam incredulitatem,& malitiã: ſed Deus eum ab illo caſu præſeruauit hoc modo,quãuis petra naturaliter habeat deſcendere:tamen per violentiam verſus cœlum aſcendit:vt ſi magno ictu proijciatur ad terram reſilijt in altum. Vulgariter aſcendit du redont. Sic fecit Deus, quia de hac petra percuſſit tanto ictu in terram ipſum in via proſtrando quando ibat furijs inuectus cum epiſtolis,quod fecit eum reſilire vſque ad altum ad tertium cęlum vſque ad montem Syon:id eſt vſque ad montem ſpeculationis diuinitatis, qđ fuit in raptu. Ro. 9. Hoc ipſe Dei nomine,& perſona ſic prædicat dicens. Ecce pono in Syon lapidem offenſionis,& petram ſcandali. Nota. Paulus fuit lapis offenſionis Chriſtianis ante conuerſionem,& petra ſcandali poſt conuerſionem.Hic narra hiſtoriam conuerſionis ſi vis.

Quantum ad ſecundum nota,quod mirabilis eſſet paſtoris benignitas, ſi lupum deuorantem,occidentem,& mordentem ſe,& ſuas oues non læderet: ſed potius ad ſe traheret cibaret,& cuſtodẽ ſui,& ouium ſuarum faceret. Talis paſtor fuit Chriſtus,qui de ſe loquitur. bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Io.10. Oues fidelis populus:ſed lupus ſaulus. Ratio eſt,lupus poſt famem rabiem incurrit,& tunc non ſolum in animalia bruta,ſed in homines ſæuit eos mordendo, vulnerando: & occidendo, & pueros rapiendo. Et tales lupi hominum comeſtores conſueuerunt temporibus malis, vt imminentibus niuibus, & magnis frigoribus apparere,& vulgaritei vocantur,loups mengeans lhome. Talis lupus fuit Paulus, vnde ibat ſaulus furiis inuectus dirumque toto corpore virus efflabat, & ſanctorum ſanguinem ſine intermiſſione ſitiebat, & in tantam inſaniam verſus fuit, quod oues CHRISTI diſcipulos, & fideles Chriſto homines apoſtolos ſuos morderet verbo,& vulneraret facto,& deuoraret occidendo, & raperet incarcerãdo. vnde iſte lupus erat comeſtor hominis:quia homines rapiebat.vnde & ad hoc epiſtolas acceperat in damaſcum adSynagogas,vt ſi aliquos inueniret vinctos perduceret Hieruſalem. Et non ſolum ſæuiebat in oues immo in Chriſtum paſtorem. vnde dixit ei. Saule,Saule:quid me perſequeris?Sed ecce mirabilis paſtoris pietas iſtum lupum perſecutorem,deuoratorem, ſæuum, & rabidum ab inſania curauit conuertit,& ad ſe traxit ſuo cibo,ſcilicet fide,gratia,& gloria pauit,quia in triduo ille raptus fuit,& cuſtodem,ac defenſorem paſtorem,& principem ſuarum ouium fecit vtique opus mirabile:quia lupum conuertit in canem,vrſum in agnum, leonem in ouem:perſecutorem in prædicatorem. hoc pſal. prædixit. cum ait. Dixit
Pſal.67 Dominus ex Baſan conuertam,conuertã in profundũ maris: vt intingatur pes tuus in ſanguinem:lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Eſt autem ſciendum, quod cuſtodiuit oues Chriſti non ſolum viuus,ſed cuſtodiuit mortuus. Cuſtodiuit ſiquidem tunc,& nunc ſono doctrinæ,& ſuæ prædicationis,vbi nota, quod Ariſtoteles docet, quod ſi de inteſtinis lupi fiant chordæ in cythara ſi immiſceretur chorda extranea de inteſtinis aliorum animalium eam corroderẽt,& finaliter corrodendo,deuorando,& conſumendo conſumerent ipſam. Ita de Beato Paulo. Facta eſt enim vna cythara,vna doctrina maxime harmoniæ in eccleſia dulciſſimæ prædicationis ex chordis,ideſt verbis,& auctoritatibus ſanctis inteſtinis huius lupi,ideſt viſceroſis, & chordoſis verbis ſcripturarum ſuarum, & iſtæ chordæ pulſatæ,ideſt verba eius,tacta,percuſſa & expoſita in ſermonibus delectant mirabiliter audientes. Sed ſi quid poneret in cythara chordam alterius animalis alicuius hæretici mali doctoris ſtatim veritas ſcripturæ pauli deuoraret quamcunque doctrinam

nam

Digitized by Google

nam cuiuſcunq; hæretici,& annihilaret, propter hoc dixit ille ſanctus Patriarcha Iacob de eo prophitizans. Gen. vlt. Beniamin lupus rapax ſemper: Beniamin,qa ad litteram Paulus fuit de tribu Beniamin, lupus rapax ſemper : quia fuit rapax ante conuerſionem ouium,& Chriſtianorum:ſed poſt conuerſionem fuit rapax infidelium,& hæreticorum,& ideo ſemper rapax,ideo eccleſia de eo cãtat læta Chriſto conſiderato duplici ſtatu:ſcilicet perſecutoris,& defenſoris illud Pſal. Conuertiſti planctum meum in gaud. con. ſac. &c. Sed quare quia ipſe dicit alibi, in conuertendo inimicum meum retrorſum infirmabuntur a facie tua:alij,ſ.iudæi,pagani,&,& hæretici. *Pſal. 29*

Quantum ad tertium nota quod doctrina Pauli vocatur ſtagnum aquarum multarum,hac ratione natura aquæ ſtagnalis eſt iſta,quod de mari immediate intrat aqua in ſtagnum. Merces auem & iocalia quæ ſunt in mari per ſtagna ad terrã apportantur, quia inter terram, & mare communiter ſunt ſtagna:ita videmus quod apportantur merces & mercatores nobiles per ſtagnum magalonæ ad montem peſſulanum.Ita in propoſito. Deus eſt mare altiſſimum & profundiſſimum & infinitum omni bonitate: ſtagnum aquarum doctrinæ & ſapientiæ ſalutaris fuit Paulus:ſicut autem aquam mare ſtagno infundit & aquam ſolum haurit a mari & non aliunde. Ita Deus ipſemet ſcientiam diuinorum Paulo immediate infudit, & non ab homine accepit: ſed a Deo immediate: per iſtam autem aquam, per ſcientiam ipſi infuſam apportata ſunt ad terrãm eccleſiæ nobiliſſima localia paradiſi,merces & diuitiæ paradiſi:omnia ſecreta cœleſtia quæ ipſi fuerunt in raptu de terra, ad tertium cœlum reuelata quæ ad eccleſiam per eum ipſo inter Deum & eccleſiam medio poſito & eo mediante applicarunt quando per eum euangelizata fuerunt, hæc duo ſimul ipſe confitetur. Ad Gala. 1. Notum facio euangelium quod euangelizatum eſt a me quia non eſt ſecundum hominem, ecce merces cœleſtium diuitiarum,neque enim ab homine,ego accepi illud neque didici :ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.Ecce a mari influxum aquarum, hoc forte voluit dicere Pſal. cũdixit. Vox domini ſuper aquas Deus maieſtatis intonuit dominus ſuper aquas multas. In iſtis aquis piſcantur omnes prædicatores & hauriunt verba doctrinæ & prædicationis. In iſtis aquis reſplendentibus videntur diuina opera diuina iudicia, videtur diuina voluntas in agendis & omittendis. Ideo dixit idem Pſal. de prædicationibus facientes operatio nem in aquis multis, ipſi viderunt opera domini & mirabilia eius in profunde, bibamus ergo de aqua doctrinæ ipſius, quia vt dicitur Io. 4. Qui biberit ex aqua hac fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ad quam &c.

SERMO LXXXIV.

De mortuis.

CIrcundederunt me dolores mortis. Pſal 114. In noſtro vulgari prouincialico, Dicitur tale prouerbium, mieulx valêt amyis en beſoing: que deniers en ſon poing. hoc eſt dictu. Melior eſt amicus in caſu graui, quam theſaurus ſub claue. Vnde verſus. Plus valet in vico fidelis amicus amico. Quam nummis plena vel quolibet ęre crumena. Huius ratio eſt,quia pecunia in multis caſibus magis obeſt quam prodeſt:plus officit quam proficit:immo multi mala multa habent propter diuitias. Prouerb. 11. Non proderunt diuitiæ in die vltionis. Iuſtitia autem liberabit a morte:verus autem amicus eſt in periculis

riculis fortis defenſor,& protector. Vnde Eccl.6. Amicus fidelis fortis protectio.
Quamuis autem fidelis amicus ſit defenſor,adiutor,& protector,& auxiliator ſemper & vbique:tamen in tribus caſibus conſueuit amicus ad amici compaſſionem,& defenſionem conſilium,& auxilium prouocari:ſi ab hoſtibus mortalibus ab inimicis capitalibus, ipſum vndique videat vallari vniuerſaliter, quia animaretur ad eius expeditionem:vulnerari mortaliter, quia tunc commoueretur ad eius defenſionem:necari atrociter,quia tunc prouocaretur ad eius liberationẽ. Etenim quis haberet ſic durum,ſeu lapideum,vel ſaxeum cor,aut ferreum,quis videns patrem, matrem,filium,aut dilectum,& charum amicum ab hoſtibus vndique vallari, & non animaretur ad eius expeditionem acclamatam:vulnerari,& non commoueretur ad eius defenſionem præſtolatam,necari,& non prouocaretur ad liberationem poſtulatam. Non eſſet talis amicus:ſed potius inimicus, non pater, ſed patraſter: non frater,ſed frataſter,&c. Dilata.huius habemus exemplum. Lucę 19. Quia videns ciuitatem Hieruſalem,& præuidens quod debebat non in illo præſenti:ſed futuro tempore ab hoſtibus ſuis vallari vniuerſaliter:vulnerari mortaliter:necarī atrociter quamuis ſecundum homines eam habere deberet odioſam,vtputa,qui in ea,& ab ea interfici,& mori turpiter ſe ſciebat:tamen non potuit viſcera ſuæ pietatis claudere,quoniam compatiens lamentaretur ſuper ea. Vnde videns ciuitatẽ fleuit ſuper eam dicens,quia ſi cognouiſſes,& tu:quia ecce venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo. Ecce vallandam vniuerſaliter. Et coanguſtabunt te,vndique,ecce vulnerandam mortaliter,& ad terram proſternent te, ecce necandam atrociter. Ergo Chriſtus ſuper ciuitate illa non potuit in his tribus caſibus ſuę miſericordiæ viſcera continere quin ſuper eam de futuro gemeret,& ploraret. Et quid ac quantum ploraſſet ſi de præſenti vidiſſet?hoc idcirco dixerim,quia hominibus morientibus:& tuis matri,patri,filio,&c. ac cunctis amicis, & parentibus tria hęc grandia,& horrenda mala occurrunt:quia ab hoſtibus mortalibus vndiq; vallantur vniuerſaliter vulnerantur mortaliter, necantur atrociter. Ad quod oſtendendum aſſumo dictum. Eccl. 3. Vnus eſt interitus hominis, & iumentorum, & æqua vtriuſque conditio. Sicut moritur homo ſic illa moriuntur. Ergo videndum qualis ſit interitus hominis:videamus qualis ſit & iumenti maxime inutilis, qualis eſt mortuus homo:in iumento quidam poſt mortem inutili, ſicut eſt equus, eſt iſta conditio:quia ſanguinem expectant canes circundantes. Carnem expectãt muſcæ,& vermes circunſtantes pellem expectant homines necantes, & excoriantes. Ita in propoſito de mortibus:quia quo ad hæc tria hominum, & iumentorum eſt mortis æqua conditio. Nam hominis morientis ſanguinem: id eſt animam miſeram interiorem expectant dęmones vndique aſſiſtentes:carnem fętidam exteriorem expectant vermes,cadauer vndique corrodentes. Pellem, id eſt corporalẽ ſubſtantiam ditiorem expectant homines eam rapientes,Mortuum dimittentes,bona mortui rapientes,per crudelitatem,& impietatem morientes, necantes ibique illud verbum verificantes plus valet illi peltheria,quam fardellus ergo moriens dicas nobis,in quo ſtatu es,quomodo eſt tibi? Respondet,quod peſſime: quia eſt vallatus,& ſpoliatus a dæmonibus vermibus, & predonibus, quod plus eſt quã mors
Pſal.21 quia mors ſecunda hoc in cuiuslibet mortui perſona confitetur. Pſal.dicens. Circundederunt me canes multi conci. mali. obſedit me. Ecce dęmones circunſtantes. Foderunt manus meas,& pedes meos,&c. Ecce vermes deuorantes, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper &c. Ecce homines ſpoliantes mortuum pauperem ſua crudelitate necantes. ergo hæc tria habent homines morientes: non apparebit quis erit fidelis amicus,quia nihil eis reſtat niſi amicos implorare, orare,clamare,

cum

Digitized by Google

cum Iob. 19. Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Ergo ſi Chri
ſtus videns illa mala, illi ciuitati futura motus eſt pietate, quare tu non moueris,
qui vides præſentia? ſed ille fleuit & compaſſus eſt ſuper ciuitatem, quæ eum inte-
remit. Cur tu non compatereris ei, qui forte propter te interit? Si ille flebat pro-
pter inimicos. Tu infelix non compateris patri, matri, & negligentes parentes, a-
lios & amicos? Ideo ipſi dicunt tibi, quod tu ad idẽ venies, & prophetizant, quod
Chriſtus, & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abſcondita ſunt
ab oculis tuis, quis venient, &c. ita vt ſicut nos, ſic tu valleris vniuerſaliter, vulne
reris mortaliter, neceris atrociter. Quòd tibi in omnibus compellimur, nobis con-
pellimur, nobis contingit, & modo apparebit, quis in hoc caſu erit amicus. vnde
ego in omnium perſona de morte confiteor iſta tria, quia circundederunt me do-
lores mortis. In quibus verbis circa mortuos, pſ. deſcribit horrendum.

Circuitum, Exercitum, Interitum, — Circundederunt me dolores mortis. — Habent ſiquidem morietes terribilem. — Circuitum, Exercitum, Interitum.

Vndique — Obſidentem. Inuadentem, Concludentem. — Circundederunt me dolores mortis.

Quippe in morte horrenda, timenda, formidabili, & præuidenda eſt.

Obſidens circuitus, Inuadens exercitus, Concludens interitus. — Abſque alicuius.

Præuenientis omiſſione, Defendentis protectione, Fugientis euaſione. — Circundederunt me dolores mortis.

Quantum ad primum, ex quo Pſal. in omni perſona loquitur mortuorum quat
tuor quæramus ab ipſo mortuo, quia clamat ad nos. Circundederunt me. primo
quid habet, quid patitur. Ad quod reſpondet, quod plurima mala pęnę. Circun-
dederunt me mala, quorum non eſt numerus comprehenderunt me iniquitates
meæ, & non potui. Hæc ſunt tria mala, quia eſt circundatus comprehenſus, & im
potens factus. Ex hoc inſurgit ſecunda quæſtio quare ſcilicet iſta habet, & iſta pa
titur, & reſpondet, quod propter plurima mala culpæ. Cur timebo in die mala:
iniquitas calcanei circundabit me, hęc enim eſt clauſa pęnę ſequentis culpę præ-
cedẽtis. Ex hoc tertio vlterius quomodo, & qualiter iſta patitur. Et reſpondet ſic:
de more ſuſtinentis apem per circulum aculeantem, ignem per girum inflamman
tem. Apum quarundam eſt natura, vt patet in examine quod rei alicui cum ſuis a-
culeis adhærentes adhęrent per circuitum circumquaque pungentes ſurſum, & de-
orſum, ante, & retro, dextrorſum, & ſiniſtrorſum, interius, & exterius, & ita vndiq;
circumquaque. Eadem etiam eſt natura ignis inflammantis: vt patet in paleis, vel
in ſpinis, quia totũ vorat vndiq; exurit. Sicut ait. pſ. de pęna defunctorum, quia nõ
eſt ex aliqua parte remediũ punctionum lędentium, aculeorum pungentium, nec
flãmarũ exurentiũ, vnde ait. Circundederũt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis ĩ
ſpinis. Ideo ait. Circundederunt me mala quorũ non eſt numerus, ſic apes pungen
tes, ſicut ignes vrẽtes, & bñ circũdederũt: quia ab eo miſ. moriẽs, & video ꝙ ſupius
iudex irat*, inferius infernus paratus, ante culpa præcedens retro pęna ſequens in
tus conſcientiã mordẽs exterius verecundia pungens. A dextris peccata commiſ-
ſionis, a ſiniſtris peccata omiſſionis, ad pedes parata ſupplicia, ad manus dęmonia
trahentia. Ergo ne verum dixi. Circun-

Circundederunt me mala:quorum non eſt numerus? vtique verum. Ex his reſtat. 4. quæſtio quis eſt iſte qui hęc habet & qualis qui iſta patitur. Et reſpondet, quod ipſe Dauid poteſt docere de ſtatu, & cõditione mortuorum inter omnes melius,quia ipſe fuit iuuenculus,& antiquus ſanus,& infirmus,ſeruus,& dominus,viuus,& mortuus:diues,& pauper,& ideo inquit in omni perſona,quod circundederũt non quemcunque,aut qualemcunque,ſed me. De me inquit,loquor,& ſi vultis ſcire de me circundato qualis ſim: vos tria docebo. Primo qualis ſum in purgatorio, vbi eſt miſera anima:quæratis igitur,& docebo:quærimus igitur quandoque quæ multum ſcire deſideramus de purgatorio de alio ſęculo. Et primo quomodo eſt nobis in loco illo,in quo eſt nobis prouiſum. Primo de hoſpitio, & habitatione. O ait qui conſueueram eſſe in hoc mundo in larga æde , modo ſum poſitus in ſtricto carcere,qui conſueueram eſſe in domo luminoſa nunc ſum in domo tenebroſa:qui quondam in thalamo florido nunc in lacu fętido, qui quondam in ſolario ſuperiori,nunc in lacu inferiori. In Pſal. Poſuerunt me in lacu inferiori in te-
Pſal. 87 nebroſ. & in vmbra mortis.

Secundo de conſortio,aſſotiatiòne. O ait quondam viuens eram ſociatus vxori familiæ,& gratis filiis, nunc ſociatus ſum dæmonibus horridis , velut vorantibus beſtiis:& quando intraui purgatorium ſic mihi occurrerunt non ad ſalutandũ, ſed ad deuorandum. In pſalm. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prędam , & ſicut catulus leonis habitans in abditis.

Tertio,de ſolatio,& conſolatione. O ait conſueui tripudiare, cantare,& gaudere nunc compellor gemere,& plorare. quondam eram in ſolatiis , & exaltatione, nunc in ſupplicijs,& combuſtione. Olim multi veniebant amici ad conſolandum nunc veniunt inimici ad cruciandum,& tribulandum. In pſal. Multiplicati ſunt, qui tribulant me : multi inſurgunt aduerſum me .

Quarto de lecto,& dormitione. O ait,olim iacebam in lecto ornato,nunc iaceo in lecto tineis,& vermibus ſtrato,olim indeaurato,nunc in inflammato . Olim delectabar in molli culcitra,& linteaminibus,nunc crucior per dura flagella,& duris verberibus. In Pſal. Ego autem in flagella paratus ſum:& dolor meus in cõſpectu meo ſemper. Vnde congregata ſunt ſuper me flagella,& ignoraui .

Quinto de aſpectu pulchro, & iucundatione : forte es tu captus in aliqua pulchra turri habente feneſtras,& aſpectum pulchrum delectantem,& iucundantem. O ait,qui prius delectabar in loco claro:nunc non videns ſolem, neq; lunam ſum in tenebris horrida denſitate:qui olim delectabar in aſpectu iucundorum complacentium nunc contremiſco in viſione dęmoniorum deterrentium. In Pſ. Timor, & tremor venerunt ſuper me,& contexerunt me tenebræ: hæc ſunt noua de purgatorio : vbi circundederunt me hæc mala,& plura alia quorum non eſt numerus.

Secundo docebo vos,ſi vultis ſcire qualis ſum in ſepulchro, in quo eſt caro fætida . O Domine,obſecramus narra nobis de ſepulchro,in quo es, quia bona noua requirimus quandoque .

Primo quomodo eſt tibi in ſepulchro de cibo,& comeſtione O ait olim ſatiebar ferculis variis,quibus replebar in ventre: nunc impleor terra , qua ſum farſitus in ore . Olim habebam bonum vinum,& nectar clarum,nunc bibo lacum de cadaueribus fætidum intãtum quod vt clamare compellar.cum pſ. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, Infixus ſum in limo profundi. Olim comedebam delicatos panes,& carnes,nunc delicatum me deuorant vndique vermes. Olim edebam de caponibus,& perdicibus, nunc carnes meas eduntur a buffonibus,& ſerpentibus. In pſ. Appropiant ſuper me nocentes : vt edant carnes meas .

Secun-

Secundo, quomodo eſt tibi de lingua,& locutione: O ait olim eram eloquens
& facundus,nunc ſum corporaliter tacens,& mutus. Olim dicebam & vera,& men
doſa pulchra,& turpia,& omnia mihi placita,nunc lingua mea eſt corroſa,lutoſa,
fœtida,& immunda,& immobilis facta,tunc habebam lingua velocem, & mobilē,
nunc eam habeo paraliticam,& immobilem faucibus adhærentem. Olim petebā
ſuperflua,nunc non poſſum petere neceſſaria. In pſ. Adhæſit lingua mea faucibus
meis:& in puluerem mortis deduxiſti me.

Tertio,quomodo eſt tibi de oculis,& viſione. O ait olim habui oculos pulchros
groſſos,& varios:nunc habeo cauatos nigros,& erutos. Olim habui lotos,& conri-
dentes:nunc habeo lippos,& horrorem cerebri dimittētes. Olim curioſe cum eis
reſpexi homines,& mulieres:nunc pupillam deuorant buſones,& vermes. Tunc e-
ram bene videns,& habens oculos prælucentes:nunc ſum cæcus habens oculos ex-
terrentes in pſal. Dereliquit me virtus mea,& lumen oculorum meorum,& ipſum *Pſal. 37*
non eſt mecum.

Quarto quomodo eſt tibi in toto corpore de tactu,& delectatione. O ait: mul-
tum fui delicioſus:modo ſum vermiculoſum:delectabar in tactibus, & oſculis:mo-
do crucior,& affligor terra lapidibus:luto:fimo:& ſaxis,vtebar, balneis, & odori-
bus:modo gelu & pluuiis,& fœtoribus:generaliter ſicut mortuus in mari operitur
maris amaris gurgitibus,& agitatur diuerſis vndis, & fluctibus ita ſum vndique re
ſperſus amaritudinibus,vt ad Deum clamare compellar,& dicere. Super me con-
firmatus eſt furor tuus:& omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me in pſalm.

Quinto quomodo eſt in te de theſauro,auro,& argento,& noſtra poſſeſſione.
O ait:olim habebam pecuniam argenteos florenos, variam ſuppellectilem,& co-
pioſum theſaurum:modo ſum omnibus priuatus depauperatus,ſpoliatus,attenua-
tus:& non dederunt mihi niſi ſolum iſtud de tela rudi ſudarium ſine manicis, ſine
caligis:ſine capſaria:velut in ſacco me poſuerunt ſicut homines, qui ſubmergun-
tur,ideo clamo ad te te dilecte frater,pater,mater amice chare, & ſocie: cum ſim
talis,quod tu reſpicias videas, audias,ſubuenias,in pſ. Reſpice in me, & miſerere *Pſal. 85.*
mei:quia vnicus,& pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt:
de neceſſitatibus meis erue me. Hæc noua ſunt de ſepulchro, in quo circundede-
runt me. Hæc quinque mala,& plura alia,quorum non eſt numerus. Tertio ſi vul
tis docebo vos qualis ſum in hoc mundo,in quo viuo adhuc in hominum memoria
O domine David imploramus dicas quomodo eſt de mortuis apud homines viuē
tes quomodo contentantur mortui de nobis viuis. Siquidem nos aliqua cernimus:
ſed te plura experientia docet ſpecialiter tamen te interrogamus,de quinque,ſci-
licet quomodo commendas te primo de tuis honoratoribus. O inquit quantum ad
mundum:per omnia vertitur in luctum. Cithara,& iocum ſequitur triſtitia: quip
pe olim multos habui honorantes:nunc omnes illi ſunt me vituperantes. Olim mi
hi caput inclinabant amoto caputio:nunc opprobriant caput agitantes, & me con
culcantes pede proprio in pſ. Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labi- *Pſal. 21*
is, & mouerunt caput. De tuis commendatoribus,& laudatoribus. O inquit olim
erant benedicentes:nunc ſunt maledicentes: qui olim laudantes, nunc vituperātes,
qui olim adulantes:nunc ſubſannantes,pſ. Qui laudabant me aduerſum me iuran
bant,& iterum. Tentauerunt ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenderunt ſup
me dentibus ſuis. De tuis domeſticis,& ſeruitoribus? Reſpondit,o inquit peſſime:
quia de aliquo quod eis fecerim non ſunt contenti, modo qui volebant prius ſer-
uire gratis,& ſine præmio:modo conqueruntur de ſalario: qui prius gloriabantur
ſi poſſent mihi afferre munera:modo gloriarentur ſi poſſent auferre ſpolia, qui pri
us gloriabātur quanto poterant eſſe propinquiores:nunc gloriantur ſi poſſunt eſſe

 lon-

longiores,in pſ. Qui iuxta me erant de longe ſtet. & vim fac.qui quęreb. animam meam. De tuis amicis,& tuorum donorum receptoribus. O inquit peſſime, quia quibus olim dedi me,& mea munera multa,& encęnia vbi modo non mittunt vnū aue Maria. Olim dedi eis de vino multa modia de grano multa ſextaria de veſtibus multa paria de meo multa beneficia,nunc pro me in neceſſitate clamante fame moriente:non dant de pane vnā micā ad mortem ſitienti de vino immo de aqua vnam guttam:frigore algenti de veſtibus vnam pellem. i. ſaltem vnam tunicam refutatam immo murmurant:quia non dedi plura alia. O ingratitudo per maxima, quia de meo eis dedi viuens:plura moriens feci legata:quia non dedi plura: immo oīa:non curant de mea aīa:immo procurant,& dicunt mihi mala,in pſ. Amici mei & prox.mei adu. me ap. & ſtet. De veſtris notis cognatis,& parentibus,vxore,fratre,filijs,hæredibus,& cæteris parentibus? O inquit peſſime: quia qui prius erant obſequentes,& obedientes:modo facti ſunt mei immemores,& inobedientes: acceperunt bona mea:nolunt ſoluere legata mea:plus curant de burſa,quam de anima: prius iuerunt ad arcam:quam ad eccleſiam:prius vxor,filiæ,& filij: & hmi me am-
Pſal. 39 plexabantur:oſculabantur:mō me timēt horrent,fugiunt,& abominantur.i.pſ. Lōge feciſti notos meos a me poſuerunt me abominationem ſibi. hæc de mortuis ſunt noua per ꝑ.in omni perſona narrata. Circundederunt me inquit mala hæc in purgatorio,ſepulchro,& mundo,& plura alia quarū non eſt numerus quippe ſpecialiter quinq; in purgatorio:vbi miſera anima affligitur:quinq; in ſepulchro:vbi caro fætida conſumitur:quinq; in mundo:vbi mortui memoria recolitur: vt ſic quinarius multiplicatus per ternarium faciat quindecim pænas graduales in purgando culpam. ſicut ſunt quindecim paſſus graduales aſcendendo ad gloriam. ergo pſ. habemus noua de mortuis:quia circundederunt vos mala:quorum non eſt numerus:quid nos vultis eſſe facturos inſtruite nos:quid agere debeamus:ne & nos ueniamus in hunc locum tormentorum:ecce ait duo peto primo eſt per me,& eſt animę meæ a tantis tormentis per tuam clementiam liberatio.in pſ. Tu es rfugium meū a tribulatione quæ circundedit me:exultatio mea, erue me a circundantibus me.
Pſal. 31. Tu inquit erue,tu amice,tu pater,mater,frater,ſoror,fili, hæres,&c. Dilata vt volueris. Tu erue:ſed qūo ecce. Primo iudicem mitigando per deuotam oronem. Sicut.n. dulce verbum multiplicat amicos:& mitigat inimicos. Item deuota, & dulcis viuorum pro mortuis ad Deum facta oratio mitigat Deum iratum, & pœnam purgatorij ex hoc relaxat. Vnde ſicut ante oronem circundatur mortui pęna,& triſtitia:ita poſt,gloria,& lætitia.pſ. Audiuit Dominus,& miſertus eſt mei. ſequitur: Conuertiſti planctum meū in gaudium mihi:concidiſti ſaccum meū: & circundederunt me lætitia ut cantet tibi gloria mea Corpus Chriſti oblationem. Inter cætera.n. quæ valent ad mortuorum ſuffragium,& ad repulſionem dæmonū: eſt miſſæ celebratio:illius ſacramenti oblatio. Sicut enim vno falcone fugantur grues roſtro lædentes:ita oblatione corporis Chriſti fugiunt dæmones animas affligentes. vnde pſ. Non timebo milia populi circundantis me exurge dñe, & iterum. Scuto circundabit te veritas eius:non timebis a timore nocturno, &c. vſq; ibi, & dæmonio meridiano. Tertio ignem extinguendo,& exſufflando: per eleemoſynarum largitioné ſcribitur.n. Eccl, 3. quod ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis,ideo de eleemoſynis ignem purgatorij,ſicut aqua extinguentibus & refrigerando circundantibus,ſcripſit pſ. Circundederunt me ſicut aqua tota die; circundederunt me ſimul. Secundū quod peto eſt pro te,& animæ tuæ a tantis tormentis per tuam prouidentiam,præſeruatio:& dico quod Angelus Petro Actu 16. Circumda tibi veſtimentum tuum,& ſequere me:hoc eſt recolige te:cogita de anima tua:quia cito venies ad me: cito circundaberis ſicut ego:non diu viues: prope

eſt

Digitized by Google

eſt dies vtruas:hoc aũt ne decipiaris oſtẽdo tibi ex quinq; a quibus de pñti es circundatus. Domus .n. quantũcunq; alta,fortis,noua,pulchra,& picta,eſt prope caſum qñ eſt ruinoſa ex tecto:quia lateres ruunt,& guttę pluuiarũ defluunt: tortuoſa ex muro:quia parietes inclinantur:& ad terrã ruunt:cauoſa ex fundamento: quia lapides fundantes deſunt,& deficiunt:clamoſa ex ſono,quia ligna,& parietes rumpuntur,& ſtrepitum faciunt:timoroſa ex vicino:quia domus vicinę proſternũtur, & cadũt.ita eſt de te amice,& conſanguinee,fr,ſoror,&c.quia vere domus tua cito proſtrabitur nõ obſtante iuuẽtute,& fortitudine,diuitijs,& amicis:oĩa.n.illa accidentia mala tuã domũ circũdederũt. Eſt .n. domus tua primo ruinoſa in tecto:quia tegulę.i.lateres defluũt per decaluationẽ:quid .n.lateres cooperientes niſi capilli, & crines?iſti ruũt cũ decaluaris mutantur,& delocantur dũ canus efficeris nihilominus ab eod.tecto tuæ domus a tuo capite guttę,& ſtillicidia defluunt. Vide qũo ab oculis lachrymoſis,ab auris ſonioris. A naribus ſordidis. Ab ore,& dentibus fętidis pluat,& defluat:ergo tua domus minatur ruinam ex tecto. Circunda ergo veſtimentũ tuũ,& ſequere me.Secundo tortuoſa ex muro:quia parietes inclinãtur! ad terram per incuruationem. Iam .n. in te conſpicias quod vadis incuruus,& inclinatus ad terram quaſi vadens,& in breui reuerſurus ad eã, ſicut domus ſtare nõ poteſt: cuius parietes ſunt valde inclinati ad terram. Tertio canoſa ex fundamento, quia lapides deficiunt per ſubſtractionem, quid enim fundamentum humanæ vitæ, & totius domus tuæ: niſi humidum radicale? & ecce, ſicut ab igne oleum in lampade:ita in naturali calore humidum radicale continue conſumitur:& ſic fundamentum tibi ſubtrahitur. Quarto clamoſa ex ſono,quia partes domus rumpuntur per dolorum immiſſionem, quis enim ſonus in domibus de trabium fractione de parietum diruptione niſi ſonus in oſſibus de guttarum afflictione in neruis }, & carnibus: de dolore nunc capitis, nunc ventris,&c. tolleratione? Vide ergo quomodo tua domus eſt clamoſa, & ſonat. Quinto tremuloſa ex vicino: quia domus vicinæ tibi proſternuntur per earum deſtructionem:iam enim videmus quod tui ſocij,& coęui nec te difformiores,aut minores,ſed fortiores,& potentiores iuxta te corruerunt:ergo quare non cogitas, & non aduertis?nã tua res agitur paries dũ proximus ardet:ergo circunda tibi veſtimentũ tuum, plica tunicam tuam, para te ad ſaltandum in purgatoriũ.i.ſepulchrum, ad mundum exeundum: quia tu oĩq; circundatus es:vnde potes dice. cum pſ. Proijcientes me nunc circundederũt me. Sed obſecro qũo?vtiq; ſicut nuncij mortis vti me pręparar ẽ ex parte mortis ad me præuenientes,in pſ. Pręuenerunt me in die afflictionis: ergo ſi præuenerunt mortem iſti nuncij,vt circundes tibi veſtimentũ tuũ nulla erit excuſatio, præuenerunt me in die afflictionis.Nota,quidã diues iuuenis audiuit hunc,& illũ hic & inde indifferenter mori extimuit cor eius:& cogitauit ſi pactũ poſſet cũ morte facere,ne moreretur,& ipſe tãdẽ vbi audiuit aliquẽ mori ibat illuc an mortẽ ibi inueniret ſcrutaturus:& veniens mortuum inueniebat:mortem non videbat: finaliter longius ꝓcedens vna die ſubito ipſi occurrit vmbra terribilis,horridis oculis, vultu macilẽto corio decolorato corpore excarnato:exenterato ventre extenuato,& macilento, in capite decaluato,ore edentato,vultu denaſato,mento elabiato: & verbaliter toto corpore deformato: a qua petiuit quod tibi nomẽ eſt? Mors ait:iuuenis dixit, quod quærebam inueni,& mors mirum eſt,quod tu me quæras cũ totus mũdus me fugiat,& ille,vt pacta tecũ inire quæſiui:habe ergo patiẽtiã & quęcũq; placita peto vt ad me nunquam venias:& ſub hoc pacto iſta oĩa quę habeo recipias. Mors rñdit.Tuis non egeo quod petis dare non valeo: quia & illi dño.ſ.Chriſto, qui me fecit nõ peperci:qũo tibi parcere potero?ſed hãc tibi gratiã ꝓmitto ꝙ nũq̃ ad te veniã qn meis nũcijs ꝓueniãt,& meos nũcios ꝓmittã:& ita ꝓmittẽtes abijt:poſt aliqua *Exẽplum.*

autem tempore iuuenis infirmatur:vlterius de infirmitate grauatur:vt confiteri,& teſtari debeat admonetur,ipſe autem rñdit.hoc non eſt neceſſe,quia mori non poterat,cui iuxta pacta mortis nuncij non veniſſent:grauatur tandem amplius, & febris inualuit,& ſubito mors per portam intrauit:quam videns extimuit: & cur veniret interrogauit:quæ reſpondit quod ad eum interficiendum: qui ait: & tu male veneris:quare inquit mentita es mihi cum tu tuos pręmittendos nuncios promiſiſſes?Certe ait verũ dixi,& non ſum mentita: quia tibi miſi caluitiũ caniciẽ ſudorẽ capitis,ventris,& inteſtinorum dolorem,hũi naturalis conſumptionem oculorum aurium,& cæterorum ſenſuum debilitationem capitis incuruationẽ:& totius corporis decrepitationẽ finaliter febrem iſtam:& iſti ſunt nuncij mei,qui præcedunt: ideo non moneberis amplius:& tollens animã ipſam necauit. ergo chariſſime circunda tibi veſtimentum tuum:diſpone de te iam citatus vocatus,& præuentus es à nunciis circundatus es ab eis. Et ſi bene velis circumſpicere inuenies, quod mors non venit proditorie:ſed palam,& manifeſte:nec ſubito:ſed greſſu tardo: & quantumcunque aliqui ſubito mori videantur:tamen impoſſibile eſt,quod iſtorum nũciorũ aliqui non præcedant,ideo dixit pſ. Pręuenerunt me in die afflictionis meę: certe ſi bene conſideras veritas te confiteri faciet cum pſal. Dolores inferni circũdederunt me:præoccu. me la. mor.

Quantũ ad 2. nota:ſic eſt de peccatore ſicut de quodã viatore , qui cum veniſſet ad quoddã hoſpitiũ:& dña ſollicita eum inuitaſſet ad comedendum modo de iſto cibo:modo de illo:& ad bibendum modo de albo:modo de rubeo: tandem venerũt ad rõnem ad cõputandũ:& tunc ſicut prius fuit liberalis ad offerendũ oĩa:tunc fuit exactrix auara ad ſolutionẽ repetendã:ille videns tã malum forũ, & tã amaram,& grauẽ ſolutionẽ ꝙ ſic comediſſet,& bibiſſet,nimis doluit,& dixit: bonũ fuiſſe pręcedens comedatis,comedatis:niſi eſſet ſequẽs ſoluatis,ſoluatis. Ita de peccatore:eſt enim peccator viator in mundo:ſunt aũt tres hoſpitę in hoc mundo quęlibet infęlix,deceptrix,& falax. Prima eſt concupiſcentia carnis, quę inuitat hoſpites ſuos luxurioſos ad immunditiã. O quot hoſpitantur apud eã? Secũda eſt concupiſcentia oculorũ:quæ inuitat hoſpites ſuos auaros ad auaritiã,vſurã,rapinã,tenacitatẽ, crudelitatem impiã. Tertia eſt ſuperbia vitę:quæ inuitat hoſpites ſuos vanos, & ambitioſos ad ſuperbiã:quęlibet iſtarũ inuitat ad comedendũ:ad placita proſequẽdum:ad peccandũ:ad Deum offendendum:ſed finaliter oportet in morte computare:rationem reddere:ſummam facere:pro toto pœnam peccato debitam exacte ſoluere:tunc peccatoribus de omnibus non remanet niſi pęnitere,dolores,triſtitiæ,& mærores. Ap. 3. Quantũ ſe glorificauit, & in delicijs fuit:tñ date ei tormentum,& luctum. Tunc peccator expẽſas vulgariter ſon eſcot. etiã malo ſuo ſoluens dicere compellitur:bonum eſſet peccatũ,& culpa præcedens: niſi eſſet tormentum dolor, & pæna ſequens,ideo pſ. iſtud ſcotum de peccatoribus cum tormento in purgatorio ſoluentibus dicit eos eſſe in doloribus. Circundederunt me dolores mortis.vnde pſ. narrans quomodo eſt eis. quando in fine reddunt rõnem: de omnibus peccatis,& vident quod de omnibus diuitijs:concupiſcentijs:deliciis,& immunditiis exquiſitis:honoribus habitis,& ambitis: non remanet niſi luctus:dolor, & gemitus: immo non ſolum vnus dolor:ſed multiplices dolores: ita ꝓ. ſcripſit. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt,commoti ſunt:timor appręhendit eos. ibi dolores,vt parturientis. Ergo malum eſt apud iſtas hoſpitas hoſpitari apud quas veniens in fine doloribus,vndique vulneratur,& tormentis vndiq; inuaditur circundatur:ſed vide dicitur ibi dolores ut parturientis non ſine myſterio:quia in rei veritate ſic eſt de peccatore Deum offendente,ſicut de muliere concipiente: mulier enim concipit con delectatione: & hęc eſt præcedens: ſed finaliter parit cum ma-

gna

Digitized by Google

gna cruciatione: quæ eſt ſubſequens. Vnde neceſſario delectationem præcedentē oportet ſequi dolorem conſequentem. ita de peccatore: eſt enim delectatio præcedens in culpa: ſed ex hoc neceſſario ſequitur tormentum,)& dolor exterius in pœna. De foſſore fodiente: quandoque enim foſſor fodit lacum, vel foueam: & tantum vadit circumquaq; quod incidit, & cadit in illam: ita peccator peccando fodit foueam apud lacum: quia per culpam aperit infernum, vel ſaltem purgatorium: & tā tum vadunt circa peccatum peccantes donec cadunt in ipſum, & frangunt cum doloribus, & cruciatibus ſibi collum. De comeſtione fameſcente: quandoque enim aliquis fameſcens habens cibum etiam nociuum non reſpicit quod comedit, & delectatur in ore: ſed in fine ſequūtur dolores in ventre: in capite: & aliquando mors in toto corpore. Ideo dicunt medici vnum aphoriſmum non gaudeant malo cibo ventres: quia in fine non euadent tortiones. Ita de peccatore quandoq; ex ſua concupiſcentia, & appetitu inordinato non aduertit quod comedit quid agit recipit ſibi contraria in diuitiis delitiis, &c. nihilominus vorat recipit proſequitur, ſed finaliter non euadit tortiones, quia ſequuntur dolores in ventre conſcientiæ dolores in capite in voluntate: & mors per pænam totius animæ: & ideo non gaudeant malis vtentes: quia in fine non euadent tortiones: ideo quilibet multum debet cauere, & aduertere quid comedit, quid agit, quid loquitur, quid ponit in ventre conſcientiæ. Dicitur enim prouerbium tale. Eſt morſellus malus, quo homo remanet ſuffocatus. Nota de illo ciue amiliani qui fuit depauperatus vendens, c. libras in redditibus. vt poſſet ſatis comedere de pellibus ſeu coreis truttarū: ſic de peccatore. *Pſal. 7.* Ideo dixit, pſ. ibi dolores vt parturientis: hæc tria alibi ſimul complexus eſt psal. de peccatore ſic loquens. Ecce parturit iniuſtitiam concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Ecce habes de muliere concipiente. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam feci. ecce habes de foſſore fodiente. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. ecce habes de comeſtione fameſcente propter hoc mortui iſtis doloribus velut ſagittis vulnerantibus iaculati clamant ad vos pro vnguento pro remedio, pro ſuffragio: & quilibet amico ſuo loquitur per pſ. Miſerere mei quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus, quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Quantum ad tertium nota, quod ſcriptura ſacra mortem vocat caſum in pſal. Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut vnus de principibus cadetis. Ratio autem eſt, quia eadem videtur conditio, & differentia in cadentibus, & morientibus. Inter cadentes autem ſic eſt quod quidam cadentium non adiiciunt, vt reſurgant: quia conquaſſantur, confringuntur proprio pondere. Alij adiiciunt, vt reſurgant: quia iuuantur alieno munere.

Alij vltra ſaliunt ne totaliter cadant: quia præſeruantur & impelluntur alterius ope. Ita inter morientes, quia quidam cadunt, & non reſurgunt quia grauantur, & confringuntur proprio pondere. Cum enim cum graui pondere cadens ab alto in baſſum confringitur, & moritur: ita peccator habens onus propriarum iniquitatum, quæ ſuperegrediuntur caput peccatorum: ſicut onus graue de hoc mundo alto cadens in abyſſum ibi confringitur, & moritur illa morte, de qua pſalm. *Pſal. 33* Mors peccatorum peſſima. nec mirum quia ibidem confitetur: iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Iſto pondere depreſſi mali angeli ceciderunt de Paradiſo in infernum. de morientibus ſic, pſ. Non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. Rationem autem quare non eſt ſpes, nec reſpectus vulgariter reſpicit: morti, & plagæ eorum eſt diuina ſententia ira, & indignatio docuit. pſalm. Miſit in eos iram indignatio-

Digitized by Google

nis ſuæ indignationem,& iram,& tribulationem immiſſam per angelos malos. Sequitur. Non pepercit a morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte cõcluſit. Nota mortem peccatorum duplicem. vnam in anima non pepercit a morte animabus eorum. Aliam in corpore, & carne putrida,quia iumenta, ideſt corpora ad modum iumentorum in ſtercore viuentia immunditiarum in morte concluſit. Illi argumento ſic concludenti non poteſt aliquatenus reſponderi:ideo diuidẽdo dixi mortem interitum concludentem ſine euaſione. Alij cadunt,& reſurgunt: quia iuuantur,& eriguntur alieno munere. ſicut enim quandoque aliqui cadunt in lutum foſſatum,vel ignem,quos manu,& dextra ſua alij extrahunt. ita multi in morte cadunt in lutum, foſſatum,vel ignem purgatorij:ſed alij, vt parentes,& amici compatientes extendunt eis manum pietatis in eorum ſuffragium eleemoſynas, & bona opera facientes,& ſic eos de purgatorio extrahunt, & in paradiſum mittũt in ſuam laudem,& meritum. Iſtis benefactoribus dicunt eductæ animę de purgatorio illud Pſalm. Exaltas me de portis mortis,vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Syon. Dilata ſi vis ad oppoſitum, quomodo aliqui non poterunt laudari,quod extenderunt manus ſuas ad fratrem, patrem, &c. igne exiſtentem: ſed per auaritiam tenent manus incluſas in ſinu. Alij autem morientes ſunt qui cadentes vltra ſaliunt ne totaliter cadant: quia præſeruantur, & impelluntur alterius ope. Sicut enim quandoque aliquibus cadentibus alius occurrit, & manum dextram ſupponit:& cadentem ſuſtentat,ac impellit vltraque ſaltare facit ſaltu magno ipſum fortiter impingendo. Ita Deus quando iuſtus moritur ne cadat ſupponit manum ſuam ne collidatur, & in infernum vadat, & frangat ſibi collum:immo ne cadat in purgatorium: ſed dextera ſua animam ſubleuans eam ſaltum magnum ſaltare facit in paradiſum repellit. de hoc ſcribit pſalm. Apud dominum greſſus hominis dirigetur: & in viam eius volet cum ceciderit non collidetur:quia dominus ſupponit manum ſuam: ita dixit ſe expertum idem pſalm. Impulſus euerſus ſum vt caderem: & dominus ſuſcepit me: dextera Domini fecit virtutem,dextera Domini exaltauit me non moriar,ſed viuam, & narrabo opera Domini.

Iſte eſt triplex gradus morientium, quos tangtt Augu. in lib. de cura agenda pro mortuis, & pro omnibus fiunt orationes in Eccleſia: quia non eſt certum, in quo gradu ſint qui abeunt morientes. Quidam enim ſunt valde mali: & iſti ſunt in inferno, & orationes pro iſtis viuorum conſolationes ſunt, ſed eis non proſunt. Quidam ſunt non valde mali, nec valde boni: & iſti ſunt in purgatorio: & orationes pro iſtis mortuorum propiciationes ſunt,& eis proſunt. Quidam ſunt valde boni,& iſti ſunt in paradiſo & orationes pro iſtis gratiarum actiones ſunt iſtorum beatorum ad beatitudinem euntium quilibet a Deo præſeruatus ne morte æterna moriatur: a Deo ad paradiſum impulſus clamat ad Paradiſi ianuam cum pſalm. Caſtigans caſtigauit me Dominus,& morti non traddidit me:aperite mihi portas iuſtitiæ ingreſſus in eas confit. Domino hæc porta Domini iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi domine, quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem. Ad quam, &c.

SERMO

SERMO LXXXV.

De feſto Beati Petri ad Vincula.

DIrupiſti vincula mea : tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Inter omnes a- *Pſal. 115*
mores viſceroſos eſt amor patris ad filium : hoc oſtendit natura : quia
in brutis animalibus parentes amore filiorum. morti, & periculis ſe
exponunt. Ita vidi de aquila quod cum quidam ſemel pullum aqui-
læ ſecum tuliſſet de nido, & euaginato gladio fugeret : aquila luper-
ueniens in gladium ſe proiecit: & vulnerata pullum liberauit : quamuis autē amor
matris ſit tenerior tamen amor patris eſt intenſior: & ideo matre filium dimitten-
te in neceſſitate patris viſcera non poſſent in neceſſitate filiis claudi quin adeſſent
auxilio, compaterentur animo. Natura enim dictat, & philoſophi tradunt maio-
rem eſſe amorem paternum materno : quod autem pater in neceſſitate filio deeſſe
non poſſit, figuratur Gen. 24. Cum enim filij dimiſiſſent Simeonem fratrem eorum
in Aegypto vinculatum compatiebatur Iacob filio ſuo incarcerato, & vinculato: &
deflens dicebat abſque liberis me feciſtis: Simeon tenetur in vinculis: & tunc miſit
Beniamin ad liberandum eum.

Moraliter Chriſtus eſt Pater omnium Chriſtianorum: & habuit ſpecialiter v-
num filium quaſi primogenitum, ſcilicet Beatum Petrum Apoſtolum, quem fecit
ſuum hæredem, & vicarium ipſi committendo ſuum patrimonium. Quis autem
ipſe ſit pater patet Deut. 32. Nunquid ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te, & fecit,
& creauit te? Mater autem Beati Petri fuit Synagoga : fuit igitur Petrus Beatus
in neceſſitate poſitus, quia per Herodem incarceratus, & vinculatus : nunquid au-
tem mater Synagoga fuit in neceſſitate beato Petro compaſſa? certe non : immo ſi-
cut mater crudelis de eius captione lætatur. Vnde dicitur Actu. 12. Miſit He-
rodes rex manus vt affligeret quoſdam de Eccleſia : videns autem quia placeret iu-
dæis appoſuit apprehendere & Petrum quem cum apprehendiſſet miſit in car-
cerem vinctum cathenis duabus : ergo mater Synagoga non condoluit : ſed nun-
quid Chriſtus Petro compatietur? Certe ita : audi quid dicat per Eſa. 49. Nun-
quid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? &
ſi illa oblita fuerit ego tamen non obliuiſcar tui, vnde ipſe velut alter Iacob ha-
bens duodecim Patriarchas filios, ſcilicet Apoſtolos duodecim Petro captiuato, &
vinculato dicebat: Simeon tenetur in vinculis: & Simeon Petrus: & ille, & ideo mi
ſit ipſi velut Beniamin Angelum ſuum, qui liberauit eum de vinculis, & de carce-
re vt verificaretur de eo illud quod pſalm. prædixerat. Exaudiuit pauperes Do- *Pſal. 68*
minus, & vinctos ſuos non deſpexit : ipſe enim qui ſicut Aquila prouocans ad vo-
landum pullos ſuos prius de manu diaboli recipientis humanum genus non ſine
vulneribus liberauerat : Angelum ſuum miſit, & Petrum liberauit de vinculis de
manu Herodis, & de omni expectatione plebis iudæorum : propter quod verifi-
catum eſt illud Sapientiæ. 10. Cuſtodiuit illum ab inimicis, & a ſeductoribus
tutauit illum : ſequitur. deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non de-
reliquit illum: ideo Petrus non ingratus per verba Pſalm. præmiſſa hoc fide-
liter recognoſcit dicens. Dirupiſti vincula mea : tibi ſacrificabo hoſtiam laudis,
vbi deſcribitur

Petri ſupplicium, Chriſti auxilium, Noſtrum officium. — Vincula mea dirupiſti tibi ſacrificabo, &c.

Deſcribit autem pſalm. in his verbis. — Petri ſupplicium, Chriſti auxilium, Noſtrum officium.

Velut — Affligens fortius, Aſſiſtens citius, Promouens melius. — Vincula mea dirupiſti tibi ſacrificabo.

Et ſi quis vult profundius intueri videbit quod ſcribitur in

Supplicio Petri,	Conditio periculoſa,		Vincula mea,	
Auxilio Chriſti	Subuentio virtuoſa,	quia	Dirupiſti tibi,	
Officio noſtro.	Recognitio operoſa.		Sacrificabo.	

Quantum ad primum ſciendum, quod loqui de vinculis materialibus, quibus fuit Petrus ligatus per herodem parum nobis affert vtilitatis, ſed multum prodeſt loqui de vinculis ſpiritualibus, peccatis mortalibus, quibus per diabolum quotidie vinculamur: de quibus aliqua ſubiungamus: vbi intelligendum, quod peccatū dicitur vinculum triplici ratione. Primo ratione ſui principij: in vinculis enim eſt iſta conditio: quia illud quod eſt facile ad nodandum ligandum, & vinculandum eſt valde difficile ad denodandum, & diſſoluendum. Ita patet in filo ſerico, in quo eſt facile nodum facere, & difficile diſſoluere. E conuerſo autem: illud quod eſt difficile ad ligandum, & nodandum eſt facile ad diſſoluendum, vt patet in chorda groſſa. Ita ſpiritualiter eſt in peccatis: illud quod eſt facillimum ad committendum ad vinculandum, & ligandum: eſt difficillimum ad pęnitendum, ad dimittendum, ad diſſoluendum. Verbi gratia: facillime ligatur nodo peccati animus per cōſenſum in peccatum immunditiæ detractionis, vſuræ, & difficillime diſſoluitur: quis enim perfectè corrigitur conſuetudine nodatus ad immunditiam? quis perfectè alterius reſtituit famam, vel pecuniam? libentius multi darent pecuniam vni, immo quam reſtituerent damnificato: & ſic de alijs. Nota & dilata ſi vis quam ſubtiliter hodie in contractibus nodos vſurarium faciunt mercatores intantum: vt & magiſtri in theologia vix ſciant diſſoluere peccata, aut quæ ſunt maioris difficultatis in commutando ſunt maioris facilitatis in pęnitendo, vt patet in homicidio: & ideo peccatum ratione ſui principij, quo per conſenſum animus culpa innodatur dicitur vinculum: ideo Iob peccatorem talibus nodis ſubtilibus vinculatum onagro, & beſtiæ comparens, ſimulq; difficultatē diſſolutionis innuens dicit ca. 39. quis dimiſit onagrum liberum, & vincula eius, quis ſoluit, nec obſtat, quod in peccati principio animus peccatoris cū delectatione, & ſuauiter ſua facilitate in peccatis aliquibus, ſicut patet in peccato immunditiæ: immo datur: ſed quamuis principium habeat dulcedinem tamen finis habet mortis amaritudinem: ita dicitur prou. 7. Proſpexit iuuenem, &c. Et infra. Occurrit ei mulier ornatu meretricio, & infra appręhenſum quidem deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur. Sequitur. Irritiuit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Statimq; eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & neſcit quod ad vincula trahatur ſtultus donec tranſfigat ſagitta guttur eius velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quia de perditione animæ illius agitur.

Secundo peccatum dicitur vinculum ratione medij, vbi intelligendum, quod ſcriptura ſacra ſpiritualiter peccatum vocat vinculum plauſtri. Ratio eſt: ſicut. n.

per vinculum equus ligatur plauſtro quod trahit continue cum labore, & onere nunc per montes, nunc per valles, nunc per luta, nunc per ſaxa, &c. ita per peccatũ vnum, anima miſera ad aliud ligatur perpetrandum, & trahitur, & vadit nunc in montem præſumptionis, nunc in vallem diſperationis, nunc per lutum immunditiæ, nunc per ſaxa auaritiæ ſemper cum labore, cum remorſu conſcientiæ, & dolore: vnum enim peccatũ inducit alterum: quia ſecundũ Gre. peccatum quod per pænitentiam non diluitur ſuo pondere mox ad aliud trahit. Iſtis Deus loquitur illud. Eſa. 5. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. Iſte portans merces inferni ad diem iudicij, quas ante deponẽdas docuit, pſ. dicens. Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus a nobis iugum ipſorum. Tertio ratione finis, & termini. Eſt enim vnum genus vinculorum, quod in vulgari noſtro dicitur recourant, hoc eſt dictu recurſorium, quia currit, & retro currit, quo homines malefici patibulis ſuſpenduntur. Eſt enim iſtius conditionis, quod a principio eſt laxatũ, & continue procedendo reſtringitur, & in principio poteſt homo faciliter euadere in medio eſt minus facile: & in fine impoſſibile: qa quanto plus trahitur, tanto amplius reſtringitur, & collo poſitum tractum fortius ſuffocat citius. Sic de peccato a principio enim poſſunt peccata faciliter euadi: ꝑpetrata autem inductum frequenter conſuetudinem alteram naturam, & tunc eſt difficilius ea dimittere: continuare autem, & trahere peccatum vſque ad mortem, eſt ſeipſum ſuffocare, & patibulo inferni ſe ſuſpendere. Sic videtur Iudas Scarioth fuiſſe vinculatus, quod a principio male inchoans, poſtea peius continuans in fine laqueo ſe ſuſpendit. Et ideo valde cauendum eſt, ne homo trahat vſque ad mortẽ, quia quanto homo trahit plus, & fortius tanto ſe ſtrangulat efficacius, & tamen a principio eſſet valde facile euadẽ: ſed multi putant ſe poſſe euadere in fine ſicut in principio, & ita deluduntur: & iſtis dicitur Eſa. 28. Nolite illudere ne forte conſtringantur vincula veſtra. conſummationem enim, & abbreuiationem audiui a Domino exercituum ſuper vniuerſam terram, id eſt abbreuiatum iudicium ſuper peccatorem vinculatum terrenum. dices frater ſentio me vinculatum quomodo faciam? Eſa. te docet. 52. Solue vincula colli tui captiua filia Syon. Soluuntur autem iſta vincula per limam ferream, hæc lima eſt timor, qui habet duas partes, timorem Dei per reuerentiam, & mundi per verecundiam: prima pars cuncta rimatur, & limat, & contritione, & confeſſione, & ſatisfactione, nec dimittit annulum, ſeu nodum inconfractum. Secunda pars cuncta emendat in decenti, & honeſta conuerſatione, & ſic lima timoris, & riuerentiæ diuinę, & verecundiæ mundanæ ſoluuntur vincula peccatorum. Horum habetur figura. Iudic. 16. Dalida vinculauit Sanſonem primo neruis humentibus, Secundo nouis funibus. Tertio clauo ferreo, quamdiu autem Sanſon Dei timorem ſeruauit non reuelando ſuam fortitudinem, & capillos non raſit, ſtatim ita rupit vincula ſicut ſolent rumpi fila aranearũ, ſed poſtquam Dei timorẽ noſtpoſuit capillos raſit ſtatim per inimicos captus fuit & incarceratus, ita ſpiritualiter mundus ligat peccatorẽ vinculis neruicis in principio peccati eius delectatione. Secundo nouis funibus, id eſt continuatione peccatorum nouis adinuentionibus. Tertio clauo ferreo ipſum ad ſerram ſepulchri clauando vſque ad mortem in peccatis perſeuerando. Sed quando homo habet timorem Dei, & crines non raſos, id eſt verecundiam mundi, crines enim cooperientes figurant verecundiam, & honeſtam conuerſationem, & mundam, ſtatim lima timoris velut Sanſon rumpit omnia vincula, timore autem Dei poſtpoſito, & eius reuerentia, & mundana verecundia, ſtatim diabolus captum ducit ad carcerem inferni. Ideo dicit iſta. Solue vincula colli tui ſic vinculatos, ſe non diſſoluentes reprehendit Chriſtus. Luc. 13.

Digitized by Google

Hypocritæ vnuſquiſque veſtrum ſabb. non ſoluit aſinum, aut bouem ſuum à præſepio, & ducit adaquare. Hanc aũt: ſcilicet animam peccatoris filiam abrahę, quã alligauit ſathanas, non oportuit ſolui vinculo iſto, quaſi dicat: immo dilata ſi vis quomodo multi ſunt magis ſolliciti de boue, & aſino, quam de ſpiritu proprio.

Quantũ ad 2. nota quod in caſu eſt vtilius rumpere, quam ſoluere, verbi gratia quando nauis eſt onuſta, & ventus velo extento eam impellit, & violenter ad terrã ad naufragium maxime vento turbinis, vulgariter, tourbillon. In tali caſu eſt vtilius chordam rumpere, quam diſſoluere, quia forte antequam eſſet diſſoluta chorda nauis eſſet fracta. Nauis eſt quælibet perſona velum humanũ deſiderium, terra, ſepulchrum, ad quam patitur naufragium, onera peccata: chorda, & vinculum amor peccati. Aliquando ergo venit ventus turbinis, vna febris apoſtema, mors vnus caſus fortuitus, qui nauem impellit ad terram, hominem ad ſepulchrum, nauem ad naufragium, & poſtquam nauis incipit terram, & ſabulum tangere, non mõ debet homo chordam, id eſt propoſitum, & amorem peccati ſoluere, ſed rumpere non deliberare: ſed immediate frangere. Et credo ſi quilibet vellet diligenter aduertere de naue ſua, inueniet quod ventus ſurrexit, & flat ad ſepulchrum impellit. ſentit enim quilibet infirmitates in corpore, & grauamina impellentia ad ſepulchrum quilibet reperit ſe tangere terram, & terræ adhærere, quia quotidie experimur nos in terram ſudando, & alias reſolutiones ſuſtinendo reſolui, & ideo non ſoluendum: ſed dirumpendum eſt vinculum peccati alioquin eſſemus in periculo naufragij propter hoc ſcriptura hic dicit dirupiſti, & non dicit ſoluiſti. hoc eſt cõſilium Hiero. in epiſtola ad Paulinum, cap. 8. hærenti in ſalo nauiculæ funem magis præſcinde quam ſolue: ita faciendum figurauit Angelus hodie in Petro. Act. 12 quando ei vinculato dixit. Surge velociter, & continuo ceciderunt cathenę de manibus eius, & ideo quamuis aliquando ſit ſoluendum vinculum peccati paulatim ſatisfaciendo opere: tamen ſemper eſt rumpendum per contritionem dolendo in anima, & corde, & hoc eſt illud Eſa. 58: Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe: ſed hæc non niſi Dei gratia fiunt. Ideo Deo potius hoc opus quam peccatori tribuitur. In cuius ſignum Petrus non ſua virtute: ſed per miſſum Angelum fuit liberatus. Et dicit. Dirupiſti quod hoc Chriſtus faciat in peccatoribus conuerſis teſtatur. Pſal. D. Clamauerunt ad Dominum cum trib. & de ne. eorum liberauit eos, & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit. Si vis dilata, quomodo Deus in multis non diſrumpit, quia nolunt ad ipſum clamare.

Homo Naui comparatur.

Quantum ad tertium notandum, quod qui accepit beneficium non debet eſſe ingratus benefactori: ſed verbo, & facto debet recognoſcere, & ſuum benefactorem laudare. Et ita fecit Petrus hodie: ipſe enim liberatus a vinculis, & carcere dixit: Nunc ſcio vere, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Actu. 12.

Hoc enim eſt valde gratum Deo: & per hoc Deus citius hominem in tribulationibus ſuis exaudit. vnde ait per Pſalmiſtam. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis eruam te, & honorificabis me. Nota ſi vis ſcire, quomodo aliqui Domini inuocant Deum in die tribulationis: ſed poſtea liberati non recognoſcunt in die conſolationis: ſimiles vaſconi, qui in periculo ſubmerſionis promiſit Sancti Michaeli vaccam cum vitulo: ſed liberatus, dixit: habebis Sancte Michael, neque vacca, neque vitulum: non ſic fecit Petrus, ſed recognouit. vnde dicitur hic. Non ſacrificabo Hoſtiam laudis.

Digitized by Google

Ita debemus nos facere: vbi nota quod a vinculis liberati per aliquem ſanctum vel ſanctam conſueuerunt ad illius eccleſiam venire, vincula vt compedes vel cathenas ſacerdoti in eccleſia dimittere & ſancto aliquam oblationem facere. Sic ſpiritualiter quandoque peccator ſe conuertens ad Deum in contritione vbi eſt prior & potior liberatio a vinculis peccatorum liberatur a Deo & ipſi culpæ peccatorum remittuntur, ideo debet ire ad eius eccleſiam & compedes & vincula: id eſt peccata commiſſa ibi dimittere. Dicendo & confitendo ſacerdoti & de ſeipſo de ſpiritu proprio contrito contribulato in contritione & humiliato in confeſſione. Deo oblationem facere: quia tale ſacrificium & talis oblatio plurimum Deo placet, hoc eſt quod dixit Pſal. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Hanc doctrinam præcipit ſcire Pſal. quia per hanc ſolam ſicut per viam venitur ad dominum, vnde ait peccatoribus. Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum, nequando rapiat & non ſit qui eripiat ſacrificium laudis: honorabis me & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei. Ad quod ſalutare poſt huius vitæ exilium nos dirigat virgo ſacrata per filium &c.

SERMO LXXXVI.

De beato Ioanne Baptiſta.

VOx exultationis & ſalutis. Pſal. 117. In vulgari noſtro prouincialico dicit tale prouerbium, chaſcun chappellain loueſes reliquas, quilibet ſacerdos laudat ſuas reliquias. Ratio huius laudis poteſt eſſe, quia per commendationem ſanctorum & reliquiarum ſuorum prouocatur populus ad deuotionem ad ſanctorum venerationem, ad donorum oblationem, ad ſuffragiorum poſtulationem & impetrationem, hoc non ſolum videmus quotidie in feſtis ſanctorum fieri in lege noua: ſed legimus fuiſſe factum in feſtis Iudæorum in lege Moſaica, ſecundo Paralipom. 5. vbi legimus, quod Salomon ædificato templo domini interpoſuit arcam teſtamenti in qua erant reliquiæ ſynagogæ illius, ſcilicet virga Aaron tabulæ teſtamenti & vrna aurea habens manna: vt ergo populus animaretur & prouocaretur ad deuotionem venerationem & oblationem, dicitur ibi, quod ſacerdos & leuitæ canentes, ac tubis & voce concinnentibus & vocem in ſublime tollentibus ceperunt laudare & dicere. Confitemini domino quoniam &c. Ergo verum eſt: quod quilibet ſacerdos laudat proprias reliquias hoc pro tanto dixi, quia Chriſtus eſt ille, de quo Pſal. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Iſte ſacerdos habet duas eccleſias in qualibet ſunt omnes reliquiæ iſtius mundi precioſæ. Reliquiæ enim dicuntur partes a ſanctis poſt mortem relictæ. Chriſtus igitur vt communiter habet omnes reliquias ad ſanctorum corpora pertinentes in eccleſia militante & omnes reliquias ad ſpiritus pertinentes in eccleſia triumphante. O quot, quantæ & quales ſunt iſti capellano reliquiæ? ideo dixit Pſalmus. Sunt reliquiæ homini pacifico. Dixi autem vt communiter quia pie credit eccleſia corpus beatæ Virginis & Ioannis Euangeliſtæ eſſe in Paradiſo. Iſtas ſanctorum reliquias Chriſtus laudat & commendat multipliciter in ſcriptura, vt patet per Apoſtolum. Ad Hebræos vndecimo, vbi dicit quod ſancti per fidem vicerunt regna. Et idem in multis locis alijs & has laudes in feſto cuiuſlibet conſueuit eccleſia recitare. Inter autem has reliquias Chriſtus habuit quaſdam virtuoſas valde precioſas charas, quas ipſe

Pſal. 109.

Pſal. 36

Digitized by Google

ipſo multipliciter commendauit & alijs multis bonis cantoribus commendandas commiſit. Iſtæ reliquiæ fuerũt corpus & anima Ioan. Baptiſtæ. Ipſe enim fuit vltimus inter omnes ſanctos legis veteris & reliquiæ vltimæ veteris teſtamenti, & quia iſtas reliquias ſuper omnes Chriſtus laudaturus erat, vnde dixit. Inter natos mulierum non ſurrexit maior &c. Voluit non ſolum per ſe ſed per factores & dicatores qui de ipſo Chriſto ſingulares proſas pulchriores hymnos cãtauerunt: de Ioanne baptiſta ſimiliter aliqua pulchra carmina & dictamina fieri & cantari: inter quos potiſſimus rex & propheta Dauid volens commendare iſtas reliquias dixit. Vox exultationis & ſalutis. In quibus verbis deſcribitur tripliciter: fuit nãque beatus Ioannes Baptiſta ſecundum hæc verba.

Dogma ſecretorum, Tuba gaudiorum, Norma ſaluandorum,	Vox exultationis & ſalu.	Ipſe quippe fuit.

Dogma ſecretorum loquens ignorantibus, Tuba gaudiorum clangens expectantibus, Norma ſaluandorum parans deuiantibus,	Vox exultationis & ſalu.

Ergo quis ſimilibus beato Io. quis ſimilis ei in ſanctis omnibus?

Quis enim in omnibus.	Reuelabit tenebroſa, Nunciauit gaudioſa, Regulauit tortuoſa,

Ad.	Diſcernendum lucidius, Applaudendum iucundius, Incedendum ſalubrius,	Certe nullus quia.	Vox exultat. & ſa.

Quantum ad primum ſciendum, ꝙ propheta modo loquitur mirabili & notando dicendo: ꝙ beatus Io vox fuit & non dicendo, quia vocem habuerit ꝙ prima facie non videtur verum, quia homo non eſt vox: ſed vocem habens, huius autem deſcriptionis poteſt eſſe ratio triplex.

Prima ratio eſt: quia vox eſt ſignum manifeſtiſſimum, & eſt verbi latentis in mente & nullo ſigno ita poteſt verbum mentis manifeſte abſcondi & premi ſicut voce. Ideo dicit Philoſophus. j. Periharmenias. Quia voces ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum. Ipſa enim vox verbum mentis abſconditum ad hominũ aures pandit & adducit. Ideo vox eſt media inter loquẽtem & verbum, & hæc tria ſe habent quodam ordine, loquens, vox & verbum voce monſtratum: in intellectu Dei patris: ab æterno erat vnum verbum ſecretiſſimum, illud ſcilicet de quo Ioh. 1. in principio erat verbum: & ita ſecretum & abſconditum, ꝙ nemo de mundo poterat cognoſcere vel ſcire iſtud verbum. Ad dandum autẽ notitiam de iſto verbo, Deus pater multa ſigna in veteri teſtamento promiſerat per diuerſos prophetas: ſed nullus propheta vel aliquod ſignum propheticum, ſufficienter iſtud verbum exprimebat: ſed manebat occultum & ſecretum, volens ergo Deus pater expreſſe hoc verbum manifeſtare miſit Ioannem tanquam vocem mediam ad clare oſtendendum verbum ſuum, & ideo quem alij prophetæ oſtenderant inſufficienti ſigno ipſe oſtendit ad oculum proprio digito. Ecce inquit angelus Dei. Ioan. 1. Ideo dicimus cæteri tantum, &c. Tu quidem mundi ſcelus auferentem indice pro
Pſal.67 dis. Ideo quantum ad hoc prædixit. Pſal. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.

Secunda ratio eſt, quia ſicut verbo formato vox deficit. Ita Ioannes verbo Dei monſtrato & populo ad eius fidem & baptiſmum præparato & diſpoſito mortuus fuit, vnde ipſe dixit. Io. 3. Me oportet minui: illum autem creſcere. In cuius ſignum dies creſcunt poſt natiuitatem Chriſti, decreſcunt autem poſt natiuitatem Ioannis: propter quod dixit ſe eſſe talem vocem ad populum formandum & præparan

dum

Digitized by Google

dum ad Chriſtum per Eſa: Ioan.1. Ego vox clamantis in deſerto parate viam domini: vt hodie audiremus eius vocem, iuxta illud Pſal. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra. Dilata vt vis. *Pſal. 94.*

Tertia ratio eſt, quia ſicut modus communis habet loquentium ꝙ homo multũ bonus dicitur pura nouitas & multum amans dicitur purus amor, quia excedit in puritate vel amore. Ita homo habens vocem clariorem dulciorem altiorem & cæteris excellentiorem dicitur non ſolum habere vocem: ſed modo communi loquendi dicitur eſſe pura vox. Et beatus Ioannes Bapt. inter & ſuper omnes ſanctos habuit vocem altiorem. Ideo dicitur vox. Eſt autem ſciendum, quod aliquis dicitur habere vocem altam, qui præ alijs cantat altius. v. punctis: ſed altiorem ſi. x. altiſſima autem ſi. xv. hoc enim nunquam viſum fuit: beatus ergo Ioannes dicitur vox inter omnes ſanctos, quia ipſe inter & ſuper cæteros cantauit altius xv. punctis. i. xv. donis ſingularibus & priuilegijs, ſicut arca Noe ſuper omnes montes fuit quindecim cubitis eleuata, hæc autem quindecim puncta, ideſt quindecim priuilegia ſuper omnes ſanctos ipſi conceſſa, diſtinguuntur hoc modo, quia tria habuit ante conceptionem in ſui annunciatione: tria poſt conceptionem in materni vteri habitatione, tria naſcendo in ſui egreſſione, tria viuendo in ſui conuerſatione. Tria poſt mortem ex ſinguli conditione. Dicamus de ſingulis tria igitur puncta quæ habuit ſeu priuilegia ante conceptionem fuerunt hæc. Primum priuilegium fuit angelica annunciatio, non enim Petrus non Paulus nec apoſtolorum aliquis per angelum extitit nunciatus niſi ſolum Ioannes Baptiſta, ſed dices, quod fuerũt in hoc alij ſaltem antiqui ſancti ſimiles, quia natiuitas Iſaac fuit per angelum nunciata Abrahæ. Gen. 18. Et natiuitas Sanſonis manne. Iudicum. 13. Ergo non ſoli ipſi conuenit. Reſpon. verum eſt, quod fuit per angelum nunciata: ſed nomen angeli ignoratur. Sed hanc nunciauit idem angelus qui Chriſti natiuitatem virgini nũciauit, ſcilicet Gabriel qui inter cæteros talia nunciantes dignior creditur. Vnde natiuitatem Ioan. nunciauit, ſicut & Chriſti: vt legitur Luc. 1. Secundum angelica nominis impoſitio. Non enim angelus nomẽ impoſuit Iſaac vel Sanſoni: ſed ſoli Chriſto, & Ioanni. In his ergo duobus fuit Chriſto ſimilis & nullus alius: vocabis inquam Gabriel nomen eius Ioannem. Tertia fuit loci ſancti apparitio, quia Angelus apparuit Abrahæ in tabernaculo manne in agro: ſed Zachariæ in Templo: non in angulo, ſed in altari & in altaris ſinu dextro ſtans a dextris altaris incẽſi in quo Chriſtus maius donum Ioanni contulit quam ſibijpſi: quia Chriſtus in thalamo Ioannes annunciatus in templo & in templi ſanctiori loco. Ideo. Pſal. Qui verbũ aſſumptum prædixerat ipſum volens exponere hæc priuilegia dicta & alia dicenda in Pſal. 28. pertractauit dicens. Dilectus quemadmodum filius vnicornium quaſi velit dicere. Magnum eſt Ioannis Euangeliſtæ præconium, quia vocatur diſcipulus quem diligebat Ieſus. Et certe Ioannes Baptiſta ſuper dilectus & ſingulariter, quia dilectus quemadmodum filius vnicornium id eſt quemadmodum filius vnicus habens dignitatem & præconia ſupra dona omnium, & hoc eodem Pſal. explicat dicens. Vox domini ſuper aquas multas, aquæ multæ iſtæ ſunt populi multi: vt dicitur Apoca. 17. Eſt ergo ſenſus vox domini, i. Ioan. Baptiſta. Vox domini dictus ſuper aquas multas, ideſt ſuper multos populos ſanctorum tam noui quam veteris teſtamenti eos in donis excedens. Et quia ad bonum vocem requiritur ꝙ bene & virtuoſe fundetur in pede. Ideo oſtendit quantum ad tria prædicta priuilegia Dei virtutem & donum ſibi affuiſſe ſubdens. Vox domini in virtute. Ideo dixit Angelus patri ipſe præcedet in ſpiritu & virtute. Luc. 1. Tria vero priuilegia poſt cõceptionem fuerunt hæc. Primum fuit ſanctificatio, fuit enim in vtero materno Spiritu ſancto plenus. Et ideo ſanctus antequam natus, vnde dixit patri angelus. Lu. 1. *Pſal. 28* *Pſal. 28*

Et

Digitized by Google

Et ſpiritu replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Et ſi dicatur, quod etiam Hieremias fuit ſanctificatus in vtero. Verum eſt: ſed non tanta gratia, quanto enim habuit de Chriſto matre præſente ſingularior præſentiam tato creditur recepiſſe ampliorem Spiritus ſancti gratiam. Secundum donum fuit prophetię acceptio, quãuis enim aliqui fuerunt ex vtero materno prophetæ ordinati: non tamen leguntur in vtero fuiſſe prophetę formati nec in materno vtero prophetaſſe. Sed Ioannes vtero clauſus, veniente beata Virgine ad Elizabeth, & ea ſalutante Chriſtũ agnouit, exultauit, ſalutauit & ſalutando prophetizans clauſum vtero demonſtrauit, vnde dixit Elizabeth. Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis exultauit infans præ gaudio in vtero meo. Tertium donum fuit prophetiæ largitio. Sicut enim ipſe prophetauit: ita matri ſuæ vt prophetaret de Chriſto donauit, vnde Elizabeth dixit beatæ Virgini, vnde hoc mihi vt veniat mater domini ad me quis enim eam docuerat quod beata Virgo eſſet mater domini? Certe non alius vir niſi Deus & ſalutatio interior proprij filij: quia igitur poſt datum bonum fundamentum in voce Ioanni Deus dedit vocem eidem ante natiuitatem donorum continuum incrementum quo ad tria priuilegia in dicto Pſal. coniunxit. Pſalm. Vox domini in magnificentia. Ad hoc dixerat angelus patri. Erit enim magnus coram domino de hoc audierunt vicini & cognati quantum ad matrem: quia magnificauit dominus ſuam miſericordiam cum illa & congratulabantur ei. Tria vero priuilegia ipſi collata in eius natiuitate cum mundum ingreſſus eſt: ſuntq́ hæc: Primum fuit quod proprijs beatæ Virginis manibus fuit de terra leuatus. O beate Ioannes bonam nutricem, o beata Elizabeth magnam ſeruitricem habetis. Non vtique reginam Franciæ: ſed reginam gloriæ, non matrem Imperatoris ſed matrem creatoris quis vobis iſta contulit? Secundum fuit, quod patri muto fuit ſermo reſtitutus: pater enim verbis angeli nunciantis eius natiuitatem incredulus pro ſigno taciturnitatem accepit. Sed puer naſcens mox patri muto verbum & loquelam reſtituit. Tertium quod per eum pater fuit propheta formatus, nato enim Ioanne mox pater prophetando cantauit hymnum illum. Benedictus dominus Deus Iſrael &c. Luc. 1. Ergo quis poſt Chriſtum in ſua natiuitate tanta priuilegia habuit certe nullus? hoc in prædicto Pſal. Pſal. cũ dixit. Vox domini confringentis cedros & confringet dominus cedros libani quæ enim hæc cedri altæ niſi ſancti, ergo vox domini, ideſt Ioan. in ſuo ortu confringentis cedros: id eſt excedentis ſanctos magnos: ſed confringet dominus, ideſt Chriſtus in ſuo ortu, cedros libani, ideſt Io. & cæteros ſanctos. Alia tria priuilegia ipſi collata in eius conuerſatione fuerunt hæc primum baptiſmi prior inſtitutio: prius enim ordinauit baptiſmum & poſt baptizauit populum & non ſolum populum: ſed Chriſtum Dei filium, in quo ſummum honorem Ioanni Chriſtus contulit, quod vt ab eo baptizaretur, ad eum venit & dixit quod ſic docebat eos implere omnem iuſtitiam. Secundum Trinitatis expreſſior cognitio in Chriſti baptiſmo, audiuit enim patrem loquentem. Hic eſt filius meus dilectus &c. Vidit Spiritum ſanctum in columbæ ſpecie deſcendentem: tetigit filium noſtram humanitatem habentem, nulli alij enim tota Trinitas expreſſius eſt oſtenſa etiam in monte Thabor. De hoc Matth. 17. Tertium fuit omnium ſtatuum & graduum eccleſiæ ſingularior participio. Ipſe enim fuit propheta, immo pluſquam propheta altiſſimum iudicem præcedens Euãgeliſta; quia bona immo optima nuncians. Ecce agnus Dei &c. Apoſtolus quia miſſus. Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum. Alij apoſtoli vltimi fuerunt miſſi ſicut oues in medio luporum. Iſte ſicut angelus in medio conuertẽdorum. In quo apparet eius ad alios prærogatiua, fuit martyr, quia pro veritate decollatus fuit, cõfeſſor, quia confeſſus eſt. Non ſum ego Chriſtus virgo eremita & monachus vinum nõ bibens

Mel ſilueſtre & locuſtas comedens, pelles camelorum pro veſtibus habens. Ideo quo ad hæc tria in eodem Pſal. dixit, Pſal. Vox domini præparantis ceruos quantum ad baptizationem & reuelabit condenſa quantum ad Trinitatis cognitionē, & in templo eius omnes dicent gloriam quantum ad omnium ſtatuum & graduū eccleſiæ participationem, quia gloriam omnium ſtatuum participat. Tria priuilegia poſt mortem ipſi collata ſunt hæc, primum quod fuit certus pręcurſor in Lymbo. Sicut enim certos rumores apportauit de Chriſto hominibus in mūdo. Ita cærtos ſanctis patribus in Lymbo: ipſe enim de eius aduentu feſtino ad Lymbum per eum certificatus fuerat quando petiuerat. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Matth. 11. Ipſe ergo de viſo audito & palpato ſaluatore rumores patribus attulit, quod nullus aliorum prophetarum fecit. Secundum fuit ſingularitas in feſto. In Paradiſo enim Chriſtus contulit vt pie creditur Io Euange. quod eſſet in corpore & anima. Tertius, ſcilicet cum Chriſto & beata Virgine. Sed Chriſtus Ioan. Baptiſtæ contulit: vt in colendo natiuitatis die & ſollennizando eſſet tertius: ſolius enim Chriſti, & beatæ Virginis & Ioannis Baptiſtæ natiuitatis colitur in eccleſia: & ſolenniter celebratur. Ideo prędixit angelus. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Tertium fuit eius vitæ deſcriptio in Euāgelio, nullius enim ſancti nec beatæ Virginis, nec alterius alicuius vita annunciatio natiuitas, conuerſatio, operatio, paſſio, deſcribitur per Euangeliſtas niſi Chriſti & Ioannis Baptiſtæ, nec ſolum in Euangelio deſcripta: ſed per Chriſtum approbata & prædicata. Quid exiſtis in deſertum videre? &c. Dilata ſi vis. Inter natos mulierum non ſurrexit maior. &c. Ideo quo ad hæc priuilegia ſcripſit. Pſal. vox domini intercidentis flammā ignis, ideſt pænam quam habebant de expectatione ſancti patres habitantes iuxta flammas ignium in lymbo: vox domini concutientis deſertum vtiq; triplex vel quadruplex, quia deſertum materni vteri & ſterilitate huius mundi ab iniquitate lymbi, a flebilitate cuiuſlibet ſancti annui in ſui natiuitatis ſolennitate. Et commouebit dominus deſertum cades; ſcilicet lymbi & mundi. Ipſe Chriſtus iuxta prædicationem & doctrinam ipſius Ioannis Baptiſtæ, quam etiam in commonitione & conuerſione mundanorum approbauit clare. Sic igitur beatus Ioannes Baptiſta in his quindecim priuilegijs cantauit canticum graduum, quando xv. punctis fuit ſanctis cæteris altius cantans: propter quod non ſolum habens vocem: ſed vox in abſtracto appellatur, cui propterea quia perfectionem habuit omnimodā: dixit iſta Pſal. Vox tonitrui tui in rota, ideſt omni perfectioni vndiq; accepta. *Pſal. 76*

Quantum ad ſecundum ſciendum, quod aliqui nuncij non ſunt cauſa lętitiæ in rumoribus & in aduentu ſuo: ſed potius cauſa triſtitiæ: vt ſunt illi qui portant noua de morte amicorum vel de perditione rerum vel caſu aliorum infortuitorum. Conſueuit enim dici, quod talis portat noua ſcutiferi. Sed ille nuncius qui portat noua de augmento & vita amicorum, de præſentis deſideratorum, de cumulatione bonorum, de liberatione incarceratorum, talis non ſolum lætitiam: ſed exultationem inducere conſueuit, talis nuncius eſt præcurſor Io. quoniam ipſe attulit bona parentibus, quia pulſa ſterilitate fæcunditatem induxit filium ſe dedit in augmentum amicorum. Ideo dixit angelus patri. Erit tibi gaudium & exultatio ipſe deſideratum cunctis gentibus digito oſtendit. Ecce agnus Dei, de quo prædixerat Pſal. Exultabit Iacob & lætabitur Iſrael. Ipſe gaudia cęleſtia demonſtrare cepit. Agite pœnitentiam appropinquabit regnum cælorum, de quo prædixerat Pſalm. Introite in conſpectu eius in exultatione, atria eius in hymnis confitemini illi. Ipſe liberationem incarceratorum in lymbo proximam eis prædixit, vnde exultauerunt ſancti in gloria: lætati ſunt in cubilibus ſuis. Ideo dicitur vox exultationis quia ex lætitia & cum gaudio fecit extra ſaltare parentes a ſterilitate in prolis fæ

cun-

Digitized by Google

cunditatem: peccatores ab iniquitate ad boni operis veritatem: patres de lymbo & flebilitate ad Paradiſi iucunditatem. Ideo non ſolum tunc ſed adhuc gaudemus & exultamus de eius natiuitate, vt illud angeli verificetur. Multi in natiuitate eius
Pſal. 76 gaudebunt. Ad hoc ſcripſit Pſal. Sancti eius exultatione exultabunt.

Quantum ad tertium ſciendum, quod gaudium & exultatio quorundam eſt ſicut amentis & phrænetici qui gaudent de mortiferis & triſtantur de ſalutiferis. Tales ſunt qui lætantur cum male fecerint & exultant in rebus peſſimis: vt dicitur in Pſalm. Sed vox exultationis beati Ioannis non fuit de vanis & caducis de infructuoſis ſed de ſalutiferis & fructuoſis. De his quæ pertinent ad hominis ſalutem. Ideo poſtquam Pſal. pręmiſit, vox exultationis ſubiunxit & ſalutis, vox enim eius prędicationis tota fuit ordinata ad parandum viam ſalutis populo Dei, vnde eius pater prædixit. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum. Lucæ 1. Et hoc Deus prædixerat per Eſa. 49. Dedi te in lucem gentibus vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Ad quam ſalutem &c.

SERMO LXXXVII.

De beato Benedicto confeſſore.

Benedictus qui venit in nomine domini. Pſal. 117. Et hoc idem verbum ſcriptum eſt. Mat. 12. Mar. 11. Lucæ 19. & Io. 12. In aliquibus religionibus chriſtianis eſt ſtatutum, quod quando frater vadit de conuentu ad conuentum, mutare debet domicilium de vno monaſterio in alterum. Et abbas in ſuum commodum mutat eum de vna abbatia in aliam, quod accipit duplicem benedictionem vna in receſſu egrediens a principio: alteram in acceſſu egrediens in termino vt ſic tota via proſpere cum Dei benedictione & diuino auxilio a principio vſque in finem, feliciter peragatur quod videtur traxiſſe originem, ab illis viatoribus filijs Iſraęl primo conuentualibus in ægypto ſignatis & euntibus ad terram promiſſionis ad conuentum Hieruſalem, quibus Deutero. 28. dictum eſt Benedictus eris egrediens &c. Quod obſeruatur in religionibus & hoc ſpiritualiter ſeruat tota religio chriſtiana. Nam Chriſtus abbas omnium monachorum, omnium chriſtianorum habet duplicem conuentum vnum pauperem & debitis obligatum, ſcilicet conuentum eccleſiæ militantis. Alium abundantem & diuitem, ſcilicet conuentum eccleſiæ triumphantis: in primo recipimur nouitij in probatione: in ſecundo efficimur profeſſi in omnium bonorum participatione. Chriſtus ergo non vult nos ſemper ſtare in conuentu paupere præſentis vitæ: ſed aſſignauit nos in noſtrum commodum ad conuentū futuræ glorię, & ideo oportet, quod recedamus a conuentu paupere a mundo præſente & ponamus pedem in via pœnitentiæ, vt poſſimus venire ad conuentum gloriæ velut filij Iſrael ægypti conuentum dimittentes, per deſertum pęnitentię procedentes, ad conuentum promiſſum Hieruſalem venientes. Sic enim duplicem benedictionem accipimus & gratiæ in principio & gloriæ in termino, & ſic verū erit: benedictus eris egrediens & ingrediens. Ad hoc hortatur eccleſia cantans Dominica quadrageſimæ. Lætare Hieruſalem. Et cōuentum facite qui diligitis eam gaudete qui in triſtitia fuiſtis, vt ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtræ: quod autem exeuntes conuentum mundanæ vitæ ponentes in via deſerti pęnitentiæ greſſus ſuos, & ſic ad conuentū cœleſtem procedentes: duplicem accipiant benedictionem habemus figuram in Gen.

Gen.27.& 32.vbi legitur, ꝙ Iacob recedens de terra ſua, fugiens Eſau a patre benedictionem habuit:& poſtea receſſit. Vnde dixit Iſaac, benedixitque illi & erit benedictus. In termino autem ſuæ peregrinationis habuit obuiam angelũ qui mutato nomine Iacob in Iſrael benedixit eum in eodem loco,ſic ſpiritualiter fugientes Eſau,ideſt vanitatem mundi,interpretatur enim vanus Eſau & ponentes pedẽ in via pęnitentiæ in principio:habent benedictionem a Deo patre, & in termino in fine vitæ, habent obuios angelos Dei & mutato nomine Iacob in Iſrael, ideſt ſancti de viatoribus compræhenſores, de credentibus contemplatores recipiunt benedictionem gloriæ in termino.Vnde de tali verificatur:benedixitque illi,ſcilicet in viæ principio,& erit benedictus in fine,& in termino: beatus qui vtranque benedictionem habere poterit: qui ibit de virtute in virtutem, quia talis erit Iſrael & videbit Deum deorum in Syon,dicente Pſal. Etenim benedictionem dabit legiſlator,ibunt de virtute in virtutem,videbitur Deus deorum iu Syon.Et idcirco dixerim quia fuit vir vitę venerabilis gratia benedictus & nomine hic puer poſitus in cõuentu eccleſiæ militantis & exiſtẽs nouicius & tenellus ſciens ſe a Chriſto aſſignatum ad conuentum cæleſtis eccleſiæ triumphantis in monaſterio ægypti, in tenebroſo mundo & paupere noluit remanere, ſciens illud Apoſtoli.Hebr. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem:ſed futuram inquirimus,vnde ſtatim a ſua pueritia in via pęnitentiæ pedem poſuit,quia deſertum petijt habitum monachalem ſuſcepit: & ideo duplicem benedictionem promeruit non ſolum in Iacob:immo in Abraham: qui pater multarum gentium dicitur figuratus: cui dictũ eſt a domino tanquam patri multarum gentium: multorum immo quaſi omnium monachorum in perſona Abrahæ.Gen.12.Egredere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui & veni in terram quam monſtrauero tibi:faciam te creſcere in gentem magnam & benedicam tibi:& multiplicabo ſemen tuum: eriſque benedictus.Omnia hæc in ſancto iſto completa ſunt.Applica ſingula,ideo vtranque benedictionem habuit duplicatam: quia principij termini egreſſus & ingreſſus:vt ſic ipſi alia duplex benedictio reſponderet,ſcilicet rei & nominis vt illud verificetur in eo.Gen.37.Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob:ſupplantauit enim me ex altera vice & nunc ſero ſurripuit benedictionem:propter hæc. Pſal. videns iſtũ ſanctum in ſuo egreſſu a Deo in principio habuiſſe benedictionem gratiæ: & in ſuo ingreſſu in termino benedictionem gloriæ & a Deo directum continue ipſum re benedictum & nomine aſſeruit dicens. Benedictus qui venit in nomine domini,vbi deſcribit iſtum ſanctum confeſſ. in vi ſingularis *Pſal. 83*

Vocabuli, Præambuli, Tituli, } Benedictus qui venit in nomine domini. } Deſcribit enim circa ipſum in } Vocabulo, Præambulo, Titulo,

Rem. } Expreſſiuam veritatis, Deductiuam ſanctitatis, Contentiuã dignitatis, } Benedictus qui venit in nomine domini. } Ponit autem.Pſal.miniſterij verborum rimator occultus quo ad

Vocabulum, Præambulum, Titulum, } In } Adiectiuo ſubſtantiuum, Tranſitiuo permanſiuum, Perfectiuo lætificatiuum,

Ratione ſingularis. } Profectionis, Operationis, Præmiationis, } Benedict⁹ qui venit in nomine domini.

Quantum ad primum ſciendum quod beatus Benedictus habit in ſe tria realiter propter quæ conſueuerunt homines in mundo iſto benedici: & ideo ipſi re & nomine nomen conuenit benedicti: teſte autem ſcriptura ſacra tria conſueuerunt

Digitized by Google

hominem genera benedici. Primo, benefactores pauperum: quando enim aliquis eſt largus eleemoſynarius: & non videt egentem cui non compatiatur nec indulgẽtem patiatur cui bona ſua non largiatur, illi veſtem, illi panem, illi granum, illi vinum &c. Talis ſicut pius & miſericors ab omnibus laudatur & benedicitur. Prouer. 22. Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. Talis fuit beatus benedictus: quia ipſe dedit eleemoſynas ſpirituales, regulam monachorum conpilando monachos corrigendo, & corporales. Nota de aquis quas de montibus miraculoſe eduxit & de oleo quod Dei amore dari iuſſit. Nota omnia in legenda, non ſolum autem viuus fuit largus eleemoſynarius: immo hodie mortuus quis enim viuus hodie tot paſcit pauperes: immo facit de pauperibus diuites non ſolum clauſtrales ſed priores & abbates: ideo merito benedictus
Pſal. 48 & benedicetur in. Pſal. Anima illius in vita eius benedicetur. Confitebor tibi cum benefeceris illi ipſe propter iſta videtur figuratus ad hoc propoſitum in Iacob. Gen. 27. Qui propter hoc quod Iſaac indigenti attulit & dedit cibaria meruit benedictionem, vnde dicitur ibi quod cum ciboſoblatos comediſſet ſtatim vt ſentit veſtimentorum illius fragrantiam benedicens ait. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus, in quo nota quod illud quod fit vni ex Chriſti pauperibus Chriſto exhibetur qui per Iſaac deſignatur. Sed in religioſis ſicut fuit in beato Benedicto, eſt neceſſaria non ſolũ cõpaſſio ad proximum ſed debita fama & conuerſatio quo ad ſeipſum, vnde Iſaac motus eſt etiam propter ciborum oblationem & propter veſtium odorem ad benedicendum: ſed mirabile eſt ꝙ Iſaac fuit motus ad benedicendum nõ propter veſtium precioſitatem in colore vel ſubſtantia: ſed propter odoris ſuauitatem in fragrantia vtique ratione: veſtes enim ſæcularium iudicantur precioſæ ex ſubſtantia vel colore: ſed non regularium: immo & Deus & mundus precioſitatem & curioſitatem reprobat in veſtibus religioſis. Vnde dicebat Aug. Fateor de precioſa veſte erubeſco: ſed precioſitas & valor veſtium regularium habet precioſitatem & valorem ex odore, ideſt ex fama quę procedit: vel a religione quæ eſt ſancta: vel a perſona quæ religioſa & ſancta eſt. Vnde Augu. in Speculo. Nolite veſtibus placere ſed moribus, adeo enim veſtis religioſa propter religioſorum vel perſonam famoſam iudicatur ex odore fame precioſa: vt ſi quis in ſæculo malus peccator & fætidus fuerit veſtem religionis accipiens ſtatim iudicatur bonus & odoriferus, vnde de talibus veſtibus poteſt illud intelligi. Can. 4 Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris, & ideo non ex hoc ſolo quod Iacob cibaria obtulit: ſed ex hoc addito quod veſtis fragrauit benedictionẽ. Habuit ſtatim inquit vt ſenſit veſtimentorum fragrantiam benedicens ait. Sed quæro cum multi religioſi ſint peſſimi immundi & fætidi, iterum cum veſtes ex ſe non ſint odoriferæ, vnde eſt hoc quod odor veſtium religionis gratus eſt & redolet toti mundo: immo ſi perſona portans eſt fætida & immunda vilis & abominabilis adhuc veſtis & habitus bonum odorem retinent, habentur in reuerẽtia & ſunt grata. Reſponſio, veſtes ex ſeipſis non habent odorem: ſed quando a principio aliqua multum fragrantia & aromatica ſunt intra veſtes inuoluta veſtes illorum odorem imbibunt: & ita illa fragrantia imbuunt vt illis aromaticis abſentibus odorem longo tempore retineant: immo quod plus eſt tales veſtes etiam aliqua fœtida eis poſtea inuoluta ſuo odore pallient & occultant, ita in propoſito veſtes religionis ex ſe odorem non habent: & quod vlterius eſt multi ſub illis veſtibus ſunt viles & fætidi & immundi: vt de eis poſſit illud vulgare intelligi. Sub corio latet aſinus. De religione enim non portant niſi baſtum laceratum: nihilominus veſtis & habitus religionis fragrat & habetur in reuerentia non propter veſtes vel merita portantium: ſed quia a principio religionum fuerunt precioſiſſimæ reliquiæ fragrantes

tes & aromaticæ inuolutæ. Verbi gratia, ſub habitu monachorum Benedictus, ſub prædicatorum Dominicus, minorum Franciſcus, & ſic de alijs. Iſtæ reliquiæ precioſæ fragrantes virtutibus, humilitate, puritate, liberalitate, iuſtitia, & obedientia, & omni ſanctitate coruſcantes miraculis: ſpirantes ſignis & prodigijs: ita bono odore, bona fama bona opinione veſtes & habitus religionis imduerunt quod eis etiam abſentibus adhuc fama & opinio & odor remanet in veſtibus: immo etiam in induentibus non obſtante quod frequenter induti veſtes lacerent maculent & deturpent: immo quod peius eſt multorum fætores & immunditiæ palliantur & celantur ſub illis veſtibus propter odorem præcedentem quem ſancti in ſuis veſtibus dimiſerunt: ita deludunt Deum & mundum & timendum eſt ne eis eueniat illud. Pſal. Dilexit maledictionem & veniet ei: & noluit benedictionem & elongabitur ab eo, vnde ipſi debent timere illud de Deo quod Iacob de Iſaac qui ſub pelle Eſau & eius veſtibus Iacob erat. Gen. 27. Timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione: & ita fiet quia in iudicio dicetur illis illud. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum, de quolibet tali dixit. Pſalm. Induit maledictionem ſuper veſtimentum &c. Non ſic beatus Benedictus: ſed ipſe obtulit bona cibaria, & indumenta fragrantia quæ vſque hodie perſeuerant. Et ideo dici debet merito benedictus vnde ipſi competit illud Eccleſiaſt. 24. In multitudine electorum habebit laudem: & inter benedictos benedicetur, quia enim ipſe fuit de illis qui eſurientes pauit & nudos veſtiuit in hac vita erit de illis qui benedicentur ex hoc in patria: quibus dicit Chriſtus illud Matth. 25. Venite benedicti patris mei &c. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c. De eo enim poteſt intelligi illud. Pſalm. Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum, quoniam dabit eum in benedictionem in ſæculum ſæculi lætificabit eum in gaudio cum vultu tuo, ergo vocatur merito benedictus, quia benefactor pauperum. Secundo conſueuerunt benedici reparatores itineris, quando enim in terra alicuius domini ſunt multi mali paſſus & periculoſi, & in quibus vt communiter omnes deficiunt & periculoſe tranſeunt & multi perierunt & pereunt, vt ſunt paſſus præcipitiorum paſſus fluuiorum & paſſus lutorum: quando ſeneſcallus paſſus reparat pontes ædificat, & quilibet tute tranſit, talis ſeneſcallus & eius dominus benedicitur. Ita ſcribit. Pſalm ad hoc propoſitum. Benedictus dominus die quotidie, proſperum iter faciet Deus ſalutarium noſtrorum Deus noſter Deus ſaluos faciendi, & dñi domini exitus mortis. Sic eſt ſpiritualiter in propoſito, in via eundi ad Paradiſum ſunt multi paſſus periculoſi in quibus multi pereunt & perierunt & nullus eſt qui non deficiat in aliquo, quia ſi dixerimus quod peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Ioan. 1. Alij enim deficiunt in ſuperbia, alij in auaritia, alij in gula &c. Verum quod fuerant tres paſſus periculoſi valde, vnus paſſus erat & eſt præcipiciorum, iactantiarum, & ſuperbiæ. Secundus fluuiorum diuitiarum & auaritiæ. Tertius eſt lutorum immunditiarum & luxuriæ. Iſtos tres malos paſſus deſcribit Ioann. in cano. ſua. 1. Ioann. 11. dicens. Omne quod eſt in mundo eſt concupiſcentia carnis concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ. Heu quot & quanti ceciderunt in iſtis malis paſſibus vel in quolibet vel in altero eorundem, quod vidẽs beatus Benedictus velut Chriſtus ſeneſcallus manus proprias appoſuit ad iſtos paſſus reparando ad pontes firmos faciendos monachorum regulam componendo, & contra præcipitium ſuperbiæ fecit pontem humilitatis per votum obedientiæ, contra fluuium auaritiæ fecit pontem liberalitatis per votum paupertatis, contra lutum immunditiæ fecit pontem munditiæ caſtitatis per votum caſtitatis & ad omnes alios paſſus generaliter manus appoſuit reparandos.

Pſal. 108

Pſal. 20

Pſal. 67

Y O quot

O quot ſunt ſaluati, quot tranſierunt ſecuri paſſus iſtos poſtquam ipſe hæc itinera per ſuam regulam & pontem veritatis tam efficaciter reparauit: qui alias cecidiſſent perijſſent & mortui fuiſſent? ideoq́ quia reparator itineris benedictus nomen & rem benedicti meruit obtinere. In huius ſignum quia tranſitus Rodani eſt periculoſus in Auinione: ille qui pontem fecit & paſſum reparauit: benedictus vocatus eſt & benedicitur, a quo etiam pons ſancti benedicti vocatur, ergo in iſtis paſſibus caueamus per pontem ſuum, iuxta ſua mandata tranſeamus ſi eſſe volu-

Pſal. 132 mus benedicti, quia de talibus ſcripſit. Pſal. Illic mandauit dominus benedictionẽ & vitam vſque in ſæculum, de illis autem qui nolunt ſeruare eius mandata docet. Pſal. quod maledictionem & non benedictionem reportabunt. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mãdatis tuis, ergo beatus Benedictus fuit bonus viarum Dei reparator: quare ipſe & ſui monachi & ſequaces merito ſunt benedicti,

Pſal. 23 vnde Pſal. Hic accipiet benedictionem a domino & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo, quia hæc eſt generatio quærentium dominum. Tertio conſueuerũt benedici extirpatores ſcelerum: ſicut qui corrigunt impios faciunt iuſtitiam de malis perpetratis. Sic benedicebatur Deus qui malos puniuerat. 2. Mach. 1. Per omnia benedictus Deus qui tradidit impios. Talis fuit beatus benedictus: quia ipſe ſcelera & peccata ſingulariter extirpauit & correxit. Nota in legenda correctiones & punitiones quas de monachis faciebat, ideo merito re & nomine benedictus, vnde Pſa. Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo, ergo nos ſequamur & imitemur ipſum ſi a Deo volumus benedici. Pſal enim ſcripſit. Ecce ſic benedicetur homo qui timet dominũ. De beato enim benedicto poteſt intelligi illud Eccl. 48. Dilectus Deo & hominibus cuius memoria in benedictione eſt: ſimilem illum fecit in gloria ſanctorum.

Quantum ad ſecundum nota quod ſcriptura volens oſtendere profectum continuum beati omnes quo continue meritorie vixit dicit venit & non dicit ſtetit: nõ retroceſſit, ſed venit. Ratio eſt aquæ viuæ talis eſt natura ꝙ quam cito ponitur ſuper terram ſtatim ſine quiete vadit & currit ad locum ſuæ originis, ſcilicet ad mare vnde traxit originem & riuum facit: ſepe cõtingit ꝙ recolligit aliquos riuulos & ad ſe trahit & ſe cum ad mare ducit, & tunc leuia tollit & ligna & in tantum poteſt excreſcere qnod etiam grauia non relinqueret, vt ſaxa, & ſic valles & montes pertranſiens ad mare attingit, fluuius paruus in principio fit magnus in fine. Sic

Deꝰ eſt Mare infinitæ bonitati. ſpiritualiter mare infinitæ bonitatis eſt Deus, in Pſal. Hoc mare magnum, ad hoc mare velut riui exeunt omnes creaturæ ſpiritualiter: tamen meliores riui creaturæ rationales inter quas eſt homo de quo ſcriptura quod ſit ſicut aqua teſtatur. 2. Reg. 14. Omnes morimur & ſicut aquę dilabimur ſuper terram quæ non reuertuntur Ad hoc mare a quo homo egreditur debet reuerti dicente Aug. Feciſti nos domine ad te & inquietum eſt cor noſtrum donec quieſcat in te: modo eadem eſt dif-

Aqua cum homine ſimilitudo. ferentia inter homines naſcentes & aquas ſcaturientes. Quædam enim aquæ ſunt mortuæ, & vbi ſcaturiunt ibi remanent & putreſcunt. Sic quidam homines naſcuntur in peccato ſaltem originali & poſtea ſe non mouentes nec exercentes ad bona opera putreſcunt in peccatis, non vadunt ad Deum, ſunt infixi in limo profundi, & ſic ad mare ad Deum a quo per creationem exiuerunt non redeunt, ſed in lacum inferni deſcendunt.

Alij ſunt ſicut aqua viua qui nati quam cito habent vſum rationis ſtatim in via Dei ad veniendum ad Deum pedem ponunt, & continue currentes, id eſt in meritis proficientes riuulos proximos ad ſe trahunt, id eſt aliorum bona opera dicta & facta per imitationem in ſe recipiunt & aſſumunt, & ſic in bonum eorum vita augetur & creſcit ꝙ valles, id eſt humiles, & montes, id eſt exaltatos & perfectos tranſcen-

Digitized by Google

ſcendunt,& q plus eſt non ſolum leuia & mobilia, ideſt homines Deo volētes ſeruire ad bonam vitam ad pęnitentiam religionem ſecum trahūt: immo etiam ſaxa grandia & ponderoſa, ideſt magnos peccatores graues & induratos ad pęnitentiā & ſtatum religionis ſecum trahunt & rapiunt, & ſic ad mare in fine bonitatis ad Deum quietem perpetuæ æternitatis qui fuerant praui in principio in fine dilatati perueniunt non ſoli ſed cum multitudine ſecum tracta. Talis fuit beatus Benedictus qui mox a ſua pueritia dicebat. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando ve. & a. ante fa. do. mei. Ideo ſtatim puer in viam poſuit pedē eremum petijt, religionem intrauit, ad mare cucurrit, ad ſe & in ſe riuulos alios traxit, & quia quicquid perfectionis in alijs ſanctis patribus eremitis & monachis audiebat totum per imitationem in ſe recipiebat, & intātum riuus excreuit in fluuium quod montes & colles, ideſt alios perfectos monachos & abbates magnitudine ſuæ perfectionis exceſſit intantum vt ſic veniens ad Deum & continue proficiens in eo verificaretur illud Canticorum 2. Ecce venit ſaliens in montibus tranſiliens colles. Intantum excreuit eius perfectio vt non ſolum leuia & mobilia, ideſt pueros & iuuenes alios homines Deo ſeruire volentes ſecum per pœnitentiam ad religionem ad Deum traxerit, Immo etiam ſaxa dura & ponderoſa, ideſt graues peccatores homines in malis inueteratos & in peccatis induratos ad Deum perduxit. Nota, quid ſaluauit in vita, adhuc quot ſaluat & ad ſalutem perducit in ſuis monaſterijs ſub habitu regulari. Ideo de ipſo poteſt dicere ſic ad Deum proficiens veniens & perueniens. Illud Pſal. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: veni in altitudine maris & tempeſtas ſupple quam in hoc mūdo affligente ſuſtinui, demerſit me, ideſt in æternam felicitatem immerſit, ergo ſi ad Deum venire volumus non tardemus, non ſtemus non quieſcamus, non retrocedamus, ſed ſtatim veniamus, audiamus, clamantem & dicentem per Pſalm. Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. Sed quia eſt iſte timor? Ad hoc reſpondet alibi dicens. Venite & videte opera domini terribilis in conſilijs ſuper filios hominum, qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede, ibi lætabimur in ipſo. Nota modū loquendi timorem domini docebo vos, ad illos enim qui veniunt in flumen in religionem, in pęnitentiam, conuertit mare in aridam, ideſt Deum præmium infinitum finita iuxta merita præmiantē, & ſic venientes lætantur in ipſo, ad venire nolentes ſed tardantes & procraſtinantes & vſque ad mortem venire procraſtinantes eſt terribilis in conſilijs, quia habent eum terribilem & dicentem illud conſilium. Apoca. 3. Memor eſto vnde excideris & age pœnitentiam & prima opera fac, ſin autem veniā tibi cito & mouebo candelabrū tuum de loco ſuo, ideſt animam de corpore niſi pęnitentiam egeris. Tunc autem quando homo eſt in morte eſt tardus ad ambulandum tam longam viam ad veniendum ad Deum. De illis enim ſcripſit Pſal. Cum occideret eos quærebant eum & reuertebantur & diluculo veniebant ad eum & dilexerūt eum in ore ſuo & lingua ſua mentiti ſunt ei cor autem eorum non erat rectum cum eo. Applica. & dilata contra vitia vt volueris. Nota quomodo in morte conſtituti magis timore quam amore conuertunt & quod tales potius a peccatis dimittuntur quam ipſi dimittant peccata. Pſal. 68

Quantum ad tertium nota, quod tempore bellorum & guerræ caſtrum munitum & cuſtoditum quod ſtatim frontaria non traditur nec aperitur cuilibet venienti cum exercitu & multitudine, ſed quando veniens pulſat in nomine domini & venit in nomine regis, tunc ei lætanter aperitur, bene recipitur & conſolatorie procuratur. Caſtrum forte & altum bene munitum eſt Paradiſus quod intantum cuſtoditur, quod poſuit illic dominus flammeum gladium atque verſatilem ad cu

ſodiendum viam. Gen. 3. Iſtud caſtrum eſt nobis in frontaria, quia ſemper per deſiderium debet eſſe in viſione fronte & facie noſtra. Ad iſtud caſtrum per ſalute æterna venit beatus Benedictus non vtique ſolus ſed cum magno exercitu monachorum bene armato virtutibus, bene munito meritis & bonis operibus & fuit ac eſt tanta eius exercitus multitudo quod eo diu eſt cum infinita multitudine iam ingreſſo adhuc intrant multi continue & reſtant plurimi ingreſſuri veruntamen vt ſibi & ſuis aperiretur citius, titulum habuit non ſolum ex ſe ſed ex Dei ſub Ieſu Chriſti titulo veniens in ſui domini nomine venit: introijt & glorioſe ad æternam ſalutem receptus fuit. Hoc eſt enim illud nomen de quo Actuum 4. Nō enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oportebat nos ſaluos fieri, hoc de beato Benedicto & eius ordine & exercitu toto prædixerat. Pſal. Domine in lumine vultus tui ambulabunt: in nomine tuo exaltabuntur tota die in iuſtitia tua exaltabunt, quoniam gloria virtutis eorum tu es. Ad quam &c.

SERMO LXXXVIII.

De Aduentu Chriſti contra Iudæos.

Benedictus qui venit in nomine domini, Pſal. 117. Modus magnorum dominorum regum & principum eſt quod quando nouiter debent venire ad aliquam patriam præmittunt ipſi vel alij pro eis ſuos nuncios & ſpeciales ſeruos ad duo, ad aduentum denunciandum, & ad neceſſaria præparandum, vnde aduentus & præmiſſio nunciorum eſt ſignum domini venturi, ceſſatio autem oſtendit quod venit vel quod non venturus ſit, quod autem ante magnos dominos nuncij præmittantur legimus de multis in ſcriptura. Iacob enim venturus in ægyptum habuit Ioſeph præuium nuncium qui ipſi & ſuis neceſſaria præparauit, vnde recitat. Pſal. licet non factum a Iacob tamen a Deo factum pro Iacob miſit ante eum vnum, in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. Sequitur. Et intrauit Iſrael in ægyptum & Iacob acola fuit in terra cam, hoc ipſe confitetur Ioſeph fratribus ſuis. Gene. 41. Pro ſalute veſtra miſit me dominus ante vos: & ideo ſequitur aduentus patris 46. ca. vbi dicitur. Surrexit itaque Iacob a puteo iuramēti, tuleruntque eum cum paruulis filijs & vxoribus ſuis in plauſtris quæ miſerat pharao ad portandum ſenem venitque in ægyptum, ideo legimus Nume. 13. quod antequam Moyſes veniret cum populo ad terrā promiſſionis, dixit dominus Moyſi, mitte viros qui cōſiderent terram Canaan quam daturus ſum filijs Iſrael, cumq; aſcendiſſent explorauerunt terram aſcenderuntque ad meridiem & venerunt in Hebron altiori intellectu. Legitur idem Exod. 4. Deus enim volens ſi qua vnum magnum prophetam dare populo Iſraelitico maiorem Moyſe & quocunque alio, & tertio ſciens Moyſes diuino ſpiritu vnde prophetauit de eo Deut. 18. dicens, Prophetam de gente tua de fratribus tuis ſuſcitabit tibi dominus tuus ipſum audies, cumque Deus dixiſſet ipſi quod viderat afflictionem populi ſui, veni mittam te ad eos. cap. 3. in 4. cap. excuſauit ſe Moyſes dicens. Obſecro domine mitte quem miſſurus es, tamen Deus eum audire noluit, ſed ad liberandum populum & ad denunciandum maioris prophetæ aduentum ipſum præmiſit, poſt quam autem iſti ad locum qui nuncij miſſi fuerant tam venerunt in ſignum aduentus, non legitur alius nuncius aduenisse. Hæc idcirco dixerim quod maior propheta maior rex & maior ſacerdos totius legis eſt meſſias in lege promiſſus, ipſe enim propheta futurus prædicitur per Moyſem vbi ſupra, rex per Dauid. Ego autem cōſtitutus ſum rex ab eo, ſacerdos etiam per eundem. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum, &c.

iſtum

Digitized by Google

iſtum ergo ita magnũ verũ prophetam regem & ſacerdotẽ nõ dicebat mitti quin ipſum præirent alij nuncij eius: eius aduentum denunciaturi: & ipſi populum in eum vt crederent præparaturi:& ideo Deus præmiſit ſuos patriarchas prophetas ad eius aduentum denunciandum de eo prophetãdum, ad populum pręparandũ, & hoc diem dominus per Hier. 7. Miſi ad vos omnes ſeruos meos & prophetas per diem conſurgens diluculo & mittens. Iam autem diu eſt ꝙ iſti nuncij non venerũt: non mille anni ſunt & vltra cõparauit propheta: qui de eius aduentu veniens prædicauit: ergo vel iſte meſſias non venit & ex nunc non eſt venturus: ex quo nuncij ceſſauerunt: prophetæ non præcurrerunt dicente. Pſal. Signa veſtra non vidimus: iam non eſt propheta: vel iam venit. Primum non concederent Iudęi: quia ſcriptura eum præmittens vera eſt, ergo ſecundum verum eſt quod iã prophetatus & pręmiſſus venit: & hæc eſt recta prophetia. Mal. 3. Ecce ego mitto angelum meum qui præparabit viam ante faciem tuam: & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuũ dominator quem vos quæritis &c. ꝙ realiter verificatum eſt in Ioann. Baptiſta qui Chriſto viam præparauit prædicans illud Ioan. 1. Qui poſt me venturus eſt ante me factus eſt: cuius non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calcamenti eius. Ego vox clamantis in deſerto parate viam domini: poſt quem prophetam & primum nuncium meſſiæ nullus alius venit: vnde neceſſario videtur ex ceſſatione nunciorum qui præuenerunt venturum quod meſſias quem nos Chriſtum dicimus iam venerit quod propheta Dauid ſpiritu præuidens prophetico eum pro iſto tempore iã veniſſe prædicat dicens. Benedictus &c. In quibus verbis circa meſſiam Chriſtum verum in lege promiſſum tria deſcribit, oſtendit quippe ipſum ſingulariter.

Prophetatum, Præſentatum, Deſignatum, } Benedictus qui venit in nomine domini. { Prophetatus, Præſentatus, Deſignatus,

Fuit autem { A ſęculo, A populo, A titulo, } Benedictus qui venit in nomine domini. } Habemus ergo Chriſtum meſſiam in lege promiſſum.

Prophetatum a ſæculo prædicantibus præſagijs, Præſentatum in populo demonſtrantibus prodigijs, Deſignatum ex titulo coruſcantibus faſtigijs, } Ideo dicit. { Bñdictus ꝗ venit in nomine dñi.

Quantum ad primum nota, quod idcirco hic meſſias benedictus vocatur, quia ab Abraham vſque ad Chriſtum omnes prophetæ bona & benedixerunt & prædixerunt de eo, & quia omnia bona prædicta & propheta Chriſto.

Quarto conueniunt quæ dicta ſunt de meſſia. Idcirco meſſiam Chriſtum præmiſſum qui iam venit nos eſſe dicimus, & quia eius glorioſas prophetias bene de eo prædictas ad præſens applicare nimium eſſet longum. Solum accipio quatuor in quibus Chriſtus prædictus prophetatus & benedictus eſt quæ nulli alij conueniunt niſi Chriſto: quæ ſunt quatuor in lege veteri benedictiones: in quibus ſolum expreſſa eſt prophetia & benedictio de ipſo quæ ad literam in nullo alio ita perfecte potuerunt verificari, prima benedictio & prophetia eſt quam angelus prædixit Abrahæ. Gen. 12. c. Benedicam benedicentibus tibi atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ, quomodo autem in Abraham benedicerentur omnes cognationes terræ aperuit & expoſuit angelus eodem lib. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Tunc arguo ſic. De ſemine Abrahæ eſt ille propheta in quo omnes gentes benedicentur ſed nullus præceſſit alius ante Chriſtum & Chriſtus eſt ipſe, ergo ipſe eſt illud ſemen Abrahæ. Minor eſt manifeſta: & maior quantum ad primam partem.

Digitized by Google

Secunda pars patet, quia & ſi non omnes gentes quantum ad ſingulos generum in de omnibus gentibus quantum ad ſingulorum genera conuerſi ſunt ad Chriſtum & ad fidem eius vocati: vt benedictionem cœleſtis gratiæ hæreditate poſſideant, & hoc eſt argumentum Apoſtoli, ad Gal. 3. Chriſtus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictus: quia ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno: vt in gentibus Abrahæ benedictio fieret in Chriſto Ieſu: ſequitur: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dicit & ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi in vno & ſemini tuo qui eſt Chriſtus, ergo per Angelum Chriſtus benedictus, ideſt bene per omnia prophetatus & prædictus, ergo & nos ei benedicto nō male dicamus ſed benedicamus, quia iuxta dictum. Pſal. Benedicentes hæreditabunt terram, maledicentes autem ei diſperibunt: quia apud Deum greſſus hominis dirigetur & viam eius volet. Secunda benedictio & prophetia eſt Iſaac quam dedit filio ſuo Iacob. Gen. 27. de qua dicitur ibi benedicens illi ita ait, ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus: ſeruiant tibi populi & adorēt te tribus: eſto dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ: qui maledixerit tibi ſit ille maledictus & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Ideo concluſit benedixitque illi & erit benedictus. Tertium eſt, ꝙ hæc benedictio non eſt impleta ad litteram totaliter in perſona Iacob: quia frater eius Eſau non ſeruiuit ipſi nec ipſi incuruabatur: immo Iacob Eſau vocans eum dominum & mittens ei munera, vt habetur Gene. 32. Ergo hæc prophetia oportet ꝙ intelligatur de aliquo alio de ſemine eius: tunc ergo ſic prophetia præmiſſa debet intelligi de illo in quo plenius verius & perfectius adimpletur: qui ſit de ſemine Iacob: ſed tota illa prophetia eſt plenius verius & perfectius in Chriſto impleta: ergo de eo debet intelligi. Minor eſt euidens: quamuis enim in Ioſeph illa verificata poſſent intelligi quando fratres eius eum adorauerunt in ægypto. Gene. 42. & in Dauid 2. Regum, & in Salomone 3. Regum, tamen plenius verius & perfectius iſta verificantur in Chriſto: vt patet per ſingula diſcurrēti: & vt clarius videamus patet quantum ad primū: quia ſicut pater dixit ad Iacob. Ecce odor filij mei &c. Ita ſuper Chriſtum audita eſt vox patris cęleſtis dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Vnde vox bis audita fuit, vt patet per Mattheum 3. & 17. Seruiant tibi populi, hoc patet hodie quantum ad conuerſos ex gentibus, & adorent te tribus, hoc patet quantum ad conuerſos ex Iudæis. Eſto dominus fratrū tuorum, ideſt chriſtianorum: & incuruentur ante te filij matris tuæ ſynagogæ, ſcilicet ꝙ verum eſt, & quantum ad credentes per animam & quantum ad incredulos per potentiam quia ſerui ſunt chriſtianorum, ſic per omnia benedictum prophetauerat Pſal. in Pſal. 71. Deus iudicium tuum regi da: dominabitur a mari vſque ad mare: & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Reges tharſis & inſulę munera offerent: reges Arabum & Sabba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei, ſequitur. Sit nomen eius benedictum in ſæcula ante ſolem permanet: et nomen eius benedictum nomen maieſtatis eius, ſed dices ꝙ iſta auctoritas directe oſtendit iſta non eſſe vera de Chriſto noſtro: quia hic dicitur: eum adorabunt omnes reges: & omnes genteș ſeruient ei, ſed hoc non eſt verum de Chriſto. Reſpon. Frequenter ſcriptura ſacra iſto ſigno vniuerſali pluraliter accepto vtitur ad deſignandum non omnes collectiue: ſed multos diſtributiue: vt expreſſe patet, 2. Regum 17. vbi dicitur. Dixit Abſalon & omnes viri Iſrael melius eſt conſilium &c. Conſtat autem ꝙ ibi non erant omnes viri Iſrael: & ideo eſt ſenſus: omnes ideſt multi: & ita in propoſito, vel aliter tam in ſcriptura ſacra in locis pluribus: quam etiam in ſcripturis philoſophorum: quando hoc ſignum omnes ſiue ſingulariter ſiue pluraliter accipitur diſtributiue: non accipitur diſtributiue

Pſal. 36

pro

Digitized by Google

pro ſingulis generum:ſed pro generibus ſingulorum. Et ita eſt vera illa propoſitio, Omne animal fuit in arca Noe: quia non animalia ſingula ibi fuerunt: ſed de generibus ſingulorum:& ita in propoſito. Omnes reges & omnes gentes, ideſt de omnibus: & eſt diſtributio pro generibus ſingulorum: & non pro ſingulis generum. Nota ſi vis quomodo etiam eo venientes venerunt reges ab oriente portantes: aurum, thus & mirham, ꝙ venerint poſt mortem patet, tertia prophetia & benedictio eſt Iacob Patriarchæ. Gen.49. de qua legitur ibi quod benedixit ſingulis filijs benedictionibus propriis. Ad benedictionem autem Iudæ dixit:Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de fæmore eius donec veniat qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentium: lauauit in vino ſtolam ſuam & in ſangnine vuæ pallium ſuũ: ſed in Chriſto ſolo iſta benedictio eſt prædicta & prophetata, minor patet quia ſicut infra magis patebit. In ſecundo membro vſq; ad Chriſtum durauerunt duces Iuda & ſceptra regni:& poſt eum non. Item ipſe in ſanguine ſuo moriens aſperſit corpus proprium, ergo &c. Defecit autem apud Iudæos regnum & ſacerdotium Chriſti tempore: quia ipſe vtrumque ſecum tulit & ſibi populum nouum faciens antiquum adiecit:& hoc erat prophetatum per Pſal. Conſtitues me in caput gentium: populus quem non cognoui ſeruiuit mihi:in auditu auris obediuit mihi: filij alieni inueterati ſunt:& claudicauerunt a ſemitis ſuis: viuit dominus & benedictus Deus meus & exaltetur Deus ſalutis meæ, Deus qui das vindictas mihi & ſubdis populos ſub me & liberator meus &c. Ergo ſecundum iſta Chriſtus noſter eſt ille de quo iſta ſunt prædicta & prophetizata:& in quo omnia ſunt impleta: ergo ipſe eſt Meſſias in lege promiſſus Quarta prophetia & benedictio eſt quam dedit Balaam Iſraeli. Numerorum 24. ibi dicitur ꝙ cum vidiſſet Balaam quod placeret domino vt benediceret Iſraeli irruenti in ſe ſpiritu Dei aſſumpta parabola: ait. Quam pulchra tabernacula tua Iacob tẽtoria tua Iſrael, qui benedixerit tibi erit & ipſe benedictus: & qui maledixerit tibi in maledictione reputabitur. Punctum ſequitur. Orietur ſtella ex Iacob:& conſurget virga de Iſrael:de Iacob erit qui dominetur,& perdet reliquias ciuitatis:ſed nullus ante Chriſtum fuit in quo ſic hęc prophetia fuerit impleta:& in ipſo pleniſſime eſt completa, ergo &c. Quis autem in ipſo ſolo impleta ſit patet: quia nec Moyſes nec alius propheta vnquã fuit qui radijs legis doctrinæ moris & vitę tantum de mundo tantum de populo illuminauerat:tot ſuis radijs ad ſe traxerat: ergo ipſe eſt ſtella illa orta ex Iacob mundum regens, dirigens,& illuminans. Quis autem fuerit virga regens, virga corrigẽs, virga conſtringens, virga florens, patet diſcurrenti & legenti vitam & doctrinam per legem & euangelia cui virgæ Iudæi non conſentiunt: ſicut nec ſtellæ lumen recipiunt ſicut. Pſal. prædixerat in Pſal. ſecundo. Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania &c. Et nihilominus ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Syon montem ſanctum eius &c. Hoc eſt recte illud quod. Pſalm. prædixerat. Eructauit cor meum verbum bonum &c. Speciosus forma præ filijs hominum &c. Expone quia bene eſt ad propoſitum de Chriſto propter iſtam ſingularem vnctionem & vnctionis prophetiam & prædictionem:& dicitur ſingulariter benedictus: & ideo legimus in Euangelijs populum Iudaicum prædicantem Chriſtum benedixiſſe:benedictum vocaſſe: dicendo benedictus qui venit in nomine domini. Mat, 21. Mar. 11. Luc. 19. & Ioan. 12. Idcirco Elizabeth prophetiſſa prædixit matri eius. Lu. 1. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui.

Pſal. 17

Quantum ad ſecundum intelligendum quod quãuis Iudæi a fide noſtra in pluribus deuient tamen dato ꝙ ille quẽm expectant venerit & probato:cito cum illis in alijs cõuenire poſſemus haberemus enim quod ille eſſet maximus & verus propheta: ſi verus: verba ſua erunt vera: ſed ipſe dixit ſe eſſe Dei filium: ergo habere-

mus quod ipſe filius Dei eſſet, & ſic de alijs. Et ideo quia in hoc eſſet tota vis an veneriт: totus ſermo fundabitur vt oſtendamus meſſiam in lege promiſſum iam veniſſe & nullatenus iam venturum:circa quod tria faciam.

Nam primo per quatuor prophetarum dicta:quod ipſi & nos nuncios huius aduentus recepimus ipſum veniſſe & non venturum eſſe oſtendam.

Secundo per quatuor prophetarum dicta quibus probare videtur quod nondũ venerit:ſed futurus ſit:ad propoſitum inducam:& inducta diſſoluam.

Tertio per quatuor rationes in eorum ſcriptura & noſtra fundatas:& ſi non demonſtratiuas tamen perſuaſiuas quod venerit probandum adducam. Circa primum aſſumo dictum prophetæ & patriarchæ ipſorum Iacob. Gen. 49. Non auferetur ſeptrum de Iuda & dux de femore eius:donec veniat qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentium, hanc auctoritatem aſſumo pro maiori ſyllogiſmi mei:ſed de Iuda ablatum eſt ſeptrum: & dux de fęmore eius iam defecit a tempore Herodis Aſcalonitæ circa ſub quo Chriſtus natus eſt, ergo propheta venit qui mittendus erat. Sed ad hoc reſpondent quidam ex Iudæis:quia dicunt hoc non debere intelligi de meſſia ad literam:ſed de Nabugodonoſor rege Babilonis qui propter peccata regis & populi miſſus a Deo in Hieruſalem: eruit oculos Sedechiæ: & filius eius interfecit: nec poſtea aliquis de ſtirpe eius regnauit, vt patet quarto Regum 24.& 25.c. ſed hoc eſſe falſum eſt manifeſtum: nam poſt illam captiuitatem habuerunt Iudæi reges: quia Ioann. hir. Simonis & Macha. filius & tunc regnauerunt filij eius vſque ad Herodem:vt patet per hiſtoriographos. Herodes autem alienigena fuit: habuerunt etiam duces & principes: ſicut Zorobabel, Eſdram, Neemiam, Machabeos.

Si autem dicatur quod iſti reges & principes non fuerunt de tribu de qua Iacob loquebatur:non eſt verum:quia Machabei fuerunt de tribu ſacerdotali, & per conſequens regali: quia iſtæ duæ commixtæ fuerunt: iterum Zorobabel qui fuit dux poſt captiuitatem Babilonicam:fuit de tribu Iuda: vt patet in pluribus locis ſcripturæ: ideo alij Iudæorum doctores ſoluunt dicentes hoc non debere intelligi de Chriſto:ſed de Roboam filio Salomonis a quo receſſeret decem tribus & adhæſerunt Roboam filio Nabath.tertio Reg.2.& hoc patet:quia vbi tranſlatio Hieronymi habet. Donec veniat qui mittendus eſt, veritas hebraica habet donec veniat ſilo, in loco venerat Roboam, vt dicunt & conſtituetur rex, illo loco populus receſſit ab eo:ſed hoc falſum eſſe patet ex præcedenti reſponſione quia ex tunc fuerunt reges & duces de Iuda: item quia locus ille non ſilo ſed ſichem vocabatur: vt patet tertio Regum 14.& eſt locus alius & remotus ab illo.

Item patet quod vtraque reſponſio ſit falſa, nec illa prophetia poteſt intelligi de Nabuſel vel de Roboam:ſed ſolum de Chriſto:quia quamuis veritas hebraica habeat donec veniat ſilo, tamen tranſlatio chaldaica donec veniat Chriſtus.

Hanc autem translationem quam fecit Ionathas ſapiens & acceptus inter Iudæos accipiunt Iudæi ſicut hebraicam veritatem: quia non differt niſi quod hebraicis literis obſcure dicitur: per ſermonem chaldaicum clarius habetur quam translationem conſtat in omnibus continere, verum hoc idem patet ex textu qui immediate ſequitur; lauabit in vino ſtolam ſuam & in ſanguine vuę palliũ ſuũ quod de nullo illorum regũ poteſt intelligi nec de alio niſi de Chriſto hoc modo quo hoc vinũ & indumentũ prædixit & expoſuit Eſaias dicens. Sed quis eſt qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine virtutis ſuæ, ego qui loquor iuſtitiã & propugnator ſum ad ſaluandum, quare ergo rubrũ eſt indumentũ tuũ &c. Sequitur aſperſus eſt ſanguis eorũ ſuper veſtimenta mea expoſitione groſſa, hoc ad propoſitum patet ergo ꝙ cũ ille Iacob

pro-

propheta prædixerat non aufferri ſceptrum de Iuda, donec veniret Chriſtus: eſt aūt ablatum tempore herodis, ſub quo Chriſtus benedictus natus eſt: ſed nec ex tunc de iuda regem habuerunt, vel ducem, & ſunt mille C C C anni quod regnum defecit, & hodie ſunt magis elongati quam vnquam fuerunt, & quotidie magis ab habendo rege Iudæi elongantur quod ille venit, qui mittendus erat, qui vocatur Chriſtus. Et ita patet concludere directe primam auctoritatem quam Iudæos muſitantes, & expectantes futurum, qui iam venit. Secundo aſſumo dictum Aggæi Prophetæ, cap. 2. dicentis. Hæc dicit Dominus exercituum adhuc vnum modicum eſt, & ego mouebo cęlum, & terram mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria. Sequitur. magna erit gloria domus iſtius nouiſſime plus quam primæ, ex hoc ſic arguo: tempus, quo homo dixit propheta fuit ſecundo anno regis Perſarum, vt patet ibidem, ſed tam ſecundū computationem iudaicam quam etiā noſtrā ab eo tpe vſque nūc pluſquam mille anni ſexcenti ſexaginta fluxerunt ergo illud tps vſq; nunc non pōt dici modicum: ſed propheta dixit adhuc modicum quod non eſſet ſi adhuc deſideratus non veniſſet. ergo ad veritatem prophetiæ neceſſe eſt, quod iam venerit, ſed ad hoc reſpondent aliqui Iudæi, quod quamuis iſtud tempus ſit multū quo ad nos, tū eſt modicum quo ad Deum, iuxta illud, pſ. Mille anni ante oculos tanquam dies heſterna quæ præteriit. Et ſic loquitur Aggæus, ſed hoc nihil eſt, quia propheta nitebatur populum conſolari, qui de captiuitate debebat liberari, & ad animandum pro templo quod debebat reſtaurari. Et ideo non loquebatur de modico tēpore, quo ad Deum: ſed quoad populum poſt quod modicum populus debebat releuari, & templum ædificari, & maiori gloria adimpleri. Loquebatur autem Propheta de ſecunda domo. Ex quo ſecundo arguo ſic: maior debuit eſſe gloria domus ſecundæ quam primæ: ſed hæc gloria non potuit eſſe maior niſi per aduentum Chriſti. ergo &c. Probatio minoris, aut gloria debet intelligi quoad diuitias aut quantum ad ædificium, aut quantum ad ſanctitatem, aut quantum ad aduentum deſiderati: ſed ſecunda domus plus quam prima non habuit maiores diuitias, nec ædificia cum tunc populus eſſet pauperrimus, & in abiecto ſtatu. Vnde dicitur Eſdrę 5. Quis qui primam domum viderant lachrimabantur quando videbant ſecundam.

Item nec propter maiorem ſanctitatem, quia templum ſecundum luxuria, & comeſſationibus fuit plenum, & multis immunditiis, vt patet primi Machabęorum primo. Ergo relinquitur, quod non fuit maior eius gloria niſi per aduentum deſiderati cunctis gentibus quod fuit quando fuit preſentatus in templo iuxta prophetiam Malachiæ, ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum.

Sed ad hoc dicunt Iudæi, quod fuit maior gloria, quia plus durauit: ſed hoc nihil eſt, tum quia hoc non omnes concedunt: tum quia ſi maior duratio faceret maiorem gloriam maior eſſet gloria lapidis quam hominis, quia plus durat.

Ad hæc dicunt Iudæi aliqui quod inducta auctoritas ſi ſic debeat intelligi plus facit ad oppoſitum quam ad propoſitum. Probatio in auctoritate dicitur. Mouebo cęlum & terram, mare, & aridam, & mouebo omnes gentes: ſed hoc nō vidimus. ergo nondum venit: ſed hoc nihil eſt, quia hæc motio ſpiritualis debet intelligi: quia cœlum perſona filij Dei, quæ metaphoricè moueri dicitur inquantum eſt incarnata: terra virgo beata mater, quam expreſſit nomine maris, & aridæ, quia fuit mare per amaritudines tribulationis, vel per continentiam gratiæ amplioris, & arida per inexperientiam virilis commixtionis, & omnes gentes, ideſt de omnibus gentibus, vt ſi diſtributio pro generibus ſingulorum: quæ motio fuit ab incredulitate ad catholicam fidem, vel ſi ad literam velimus intelligere non obſtat: quia in

Chri-

Digitized by Google

Chriſti Aduentu per miracula hæc omnia ſunt completa. Nam in ęlo ſtella magis apparuit:in mari ventus Chriſto,& mare paruit.in terra plurima fecit ſpecialiter Lazarum ſuſcitauit:& ſic patet:quia auctoritas ad propoſitum eſt directe: & ſic inuanum iudæi prophetatum deſideratum,qui venit diu:eſſe venturum pro nihilo ſunt expectantes Chriſtianis,qui eum agnouimus beatis exiſtentibus.

Tertio ad idem induco illud Daniel 2. vbi dicitur quod rex Nabuco. vidit ſtatuam cuius caput ex auro:pectus & brachia de argento: venter, & fęmora ex ære: tibiæ ferreæ:& abſciſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit eam,& omnia ſunt contrita:vt autē ibidem expoſuit Dan. hæc quatuor in ſtatua ſignificant quatuor magna regna. Primum eſt Caldæorum quod per caput aureum ſignificatur. ſecundum eſt Perſarum, quod ſignificatur per argentum:& hoc ſubiecit ſibi regnū regum Caldæorum.Tertium eſt regnum Græcorum quod ſignificatur per ęs quod ſibi ſubiecit regnum Perſarum.

Quartum eſt Romanorum quod ſignificatur per ferrum quod domat cætera metalla:& ita iſtud ſubiecit ſibi omnia alia regna: per lapidem autem abſciſum ſine manibus intelligitur ipſe Chriſtus,cui debent ſubijci omnia alia regna: de cuius regno dicitur ibidem. Dan. 2. In diebus autem regnorum illorū ſuſcitabit Deus cęli regnum,quod in æternum non diſſipabitur:& regnum eius alteri nō tradetur: comminuet autem,& diſſipabit omnia regna hæc:& ipſum ſtabit in æternum.de lapide autem dicitur ibidem quod lapis percuſſerat ſtatuam: factus eſt mons magnus & impleuit vniuerſam terram. Ex omnibus his arguo ſic:illa regnorum ſtatua debet durare donec veniat lapis,qui ſtatuam percutit : ſed illorum regnorum ſtatua cecidit,& percuſſa eſt vt patet per ſenſum:ergo lapis percutiens, & ſibi alia regna ſubiiciens,& ſuum regnum ſtabiliens in eternum,ac in montem maximum creſcēs ſine manibus abſciſus neceſſario iam deſcendit:qui eſt Dei filius in cęlis ex patre natus ſine matre:in terra ex matre genitus ſine patre vtrobique abſciſus ſine manibus ergo iſtum lapidem expectantes futurum ſunt iudæi fatui: ſicut qui regem expectant arturum.

Quarto aſſume dictum illius Dan. eiuſdem 9. ex verbo Angeli ipſi Meſſiæ aduentum denunciantis ſeptuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt ſuper populum tuum,& ſuper vrbem tuam ſanctam,vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum,& deleatur iniquitas,& adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio,& prophetia:& vngatur ſanctus ſanctorum. Ad huius dicti intellectum ſciendū primo quod nomine hebdomadæ, vel accipitur ſpatium temporis ſeptem dierum: & hoc modo eſt vſus communis huius nominis,& ſic accipitur. Leuit. 12. Mulier, quæ ſuſcepto ſemine peperit maſculum immunda erit ſeptem diebus. Sequitur. Si autem peperit fęminam immunda erit duabus hebdomadibus,ideſt 14. diebus. Vel accipitur ſpatium ſeptem annorum. vt Geneſ. vigeſ. non. Dixit Iacob Laban imple hebdomadam dierum: & hanc quoque dabo tibi pro ope, quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis alijs:& ſic accipitur hic hebdomada ab Angelo loquente Danieli:& in hac duplici nominis acceptione conueniunt omnes Doctores tam Iudęorum,quam Chriſtianorum. Secundum notandum eſt,quod de termino a quo debent numerari iſtæ ſeptem hebdomadæ ſunt quatuor opiniones. Nam aliqui dicunt quod incipi a primo anno darij:quia Angelus dixit iſta Danieli. Alij dicunt quod incipit a ſecūdo anno eiuſdem darij anno reditus a captiuitate ſub Zorobabel Duce. Alij dicunt quod incipit a 20 anno Artaxercis regis quando miſſus eſt Neemias ad reædificandum Hieruſalem: ſed quæcunq; iſtarum opinionum ſit verior nihil refert ad propoſitum noſtrum:quia ſecundum quālibet intentū habebitur. Ex his arguitur ſic ad propoſitum. ſeptuaginta hebdomad. abbreuiatæ

ſunt

Digitized by Google

ſunt:id eſt præciſe acceptę,quia abbreuiatum in Hębraico non accipitur pro dętruncato:ſed pro præciſo ab iſto ergo tempore determinato per Angelum ſeptuaginta hebdomadæ pręciſe acceptæ ſunt vſque ad tempus quo veniet iuſtitia ſempiterna,& vngatur ſanctus ſanctorum:ſed ſi accipitur hebdomada per ſpacio 7. dierum multiplicando 70. per 7. faciunt 70. hebdomadæ 400. & 90. dies, qui iam pręterennt a quocunque termino incipiatur computatio ſecundum illas, 4. prædictas opiniones,quia non ſolum tot dies,ſed anni duplo tranſierunt,quia a quocunque termino illarum opinionum incipiatur vſque nunc tranſierunt 1500. ergo accipiendo hebdomadam pro 7. dierum ſpacio,iam 70. hebdomadę tranſierunt, ergo venit ſanctus ſanctorum. Idem eſt accipiendo hebdomadam pro 7. annorū ſpacio,quia a quocunque termino ſecundum illas opiniones inchoetur computatio. 70. hebdomadibus multiplicitatis per ſeptenarium facientibus quadringentos, & nonaginta annos. certum eſt quod tranſierunt vſque nunc 1370. a tempore illo ſolo quo Chriſtus natus eſt excepto tempore quod fluxit ante Chriſti natiuitatem, ſecundum quamcunque illarum opinionum fiat computatio. neceſſe ergo ſecundum illam prophetiam Dan. quod venerit ſanctus ſanctorum,& iuſtitia ſempiterna,& fuerit deletum peccatum, & iniquitas, ideſt peccatum originale. Certe reſpondet Rabi ſalm. Doctor Iudæorum dicens:quod per ſanctum ſanctorum non intelligitur Chriſtus,ſeu Meſſias:ſed arca Domini,& vaſa ſãctuarij:ſed hoc nihil eſt: vt patet ex textu ſequẽti,quia ſanctum ſanctorum vocat Chriſtum Ducem: de quo paulo poſt expreſse prophetat dicens Et poſt hebdomadas 72. occidetur Chriſtus & non erit eius populus,qui eum eſt negaturus. Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio,& vſque in finem ſempiternum perſeuerabit. In quo tempus aduentus, & paſſionis Chriſti,& tempus deſtructionis Hieruſalem,& templi facti per Titum,& Veſpaſianum,& indurationem,ac infidelitatem cordis iudaici ſi omnia applicentur ad propoſitum manifeſte deſcripſit. Allegare autem falſam expoſitionem, quam ponit idem Rabiſalom. in hoc paſſu,& computare tempora præciſe deſcripta per Angelum prætermitto gratia breuitatis ſufficit eſſe probatum, quod neceſſario venit Meſſias:& hoc fuit primum propoſitum faciendum in hoc ſermone. Nunc ſecũdo induco dicta quattuor prophetarum, quibus Idæorum Doctores ſimpliciores imbuunt,vt mihi conſtat,quod nondum Meſſias venit quem nos dicimus Chriſtũ, & primo hoc oſtendunt ex verbo Eſa 2. ca. vbi loquitur de Aduentu huiuius prophetæ. In nouiſſimis diebus erit præparatus mons domus Domini in vertice montium,& eleuabitur ſupra colles, & fluent ad eum gentes. Sequitur. Conflabunt gladios ſuos in vomeres,& lanceas ſuas in falces, non leuabit gens contra gentem gladium,nec exercebuntur vltra ad prelium : hinc formant Iudęi quadruplex argumentum. Erit in nouiſſimis diebus:ſed Chriſtus Chriſtianorum non erit in nouiſſimis diebus cum ſint mille trecenti & 20. anni quod venit & amp lius. Ego ipſe non eſt verus Meſſias.

Secundo ſic mons domus Domini, qui eſt mons Syon debet ſic eſſe præparatus, quod eleuetur ſupra colles: ſed adhuc non eſt eleuatus, ergo nondum venit Chriſtus.

Tertio ſic ad Meſſiam debent fluere omnes gentes:ſed ad Chriſti fidem, non omnes fluxerunt gentes, ergo nondum venit.

Quarto ſic:poſt Meſſiæ aduentum non debet gens contra gentem leuare gladiũ nec vltra exerceri ad prelium:ſed hoc non videmus,quia in Iudæis, & alijs gentibus poſtea bella grauiſſima fuerunt:vt tempore Tyti,& Veſpaſiani, & multis alijs temporibus. ergo nondum venit Chriſtus in lege promiſſus. Reſpon. ad primum, quod in tota ſcriptura dies nouiſſimi meſſiæ nominantur, quia ad primũ dies omnium

nium prophetarum priorum tanquam ad prophetam vltimum, & nouiſſimum ordinatur. Vel vocantur nouiſſimi reſpectu temporis generaliter pręcedentis, ſicut Gen.49. dixit Iacob filijs ſuis. Congregamini, vt annunciem vobis, quæ ventura ſunt in nouiſſimis diebus, id eſt in futuris temporibus: quia conſtat multa eorum, quæ tunc prophetizauit: plus quam mille annis iam adimpleta fuiſſe: vel dicuntur nouiſſimi, quia in ætate nouiſſima, & vltima mundi. diſtingue ætates, & applica. Ad ſecundum dicendum, quod quidam Doctores Hebræorum intantum fabulantur occaſione illius verbi: vt dicant meſſiam cum venerit apportaturum montem Tabor, Synai, montem Carmeli, ad Hieruſalem, & ſuper verticem iſtorum mōtium ponet montem Syon: ſed hæc fictitia ſunt, & fatua: quia hæc eleuatio non debet intelligi localis, ſed ſpiritualis quaſi ſecundum nobilitatem: ſed quod dicit Rabi ſalm. doctor Iudęorum, quia maiora ſigna debent fieri in monte Syon per Chriſtum, quam in alijs montibus, quod veraciter factum eſt per Chriſtum, nam ibi cæcum natum illuminauit, languidum in probatica piſcina ſanauit, ibi Apoſtolis ſpiritum ſanctum miſit. eos ibi omnem linguam docuit, & multa alia mirabilia ibi fecit: per quæ eſt ille mons in nobilitate cæteris altius eleuatus.

Ad tertium dicendum, quod ibi diſtributio eſt per generibus ſingulorum, & nō pro ſingulis generum: & eſt ſenſus, congregabuntur ad eum omnes gentes, id eſt de omnibus gentibus quod eſſe factum patet ad ſenſum: vel poteſt dici, quod per omnes intelliguntur multi, & hoc modo ſcriptura ſæpe loquitur, vt patet 2. Reg.17. Dixit Abſalon, & omnes viri Iſrael melius eſt conſilium chuci, &c. Conſtat autem quod ibi non erant omnes, ſed multi: ita in propoſito.

Ad quartum dicendum, quod pax per prophetam prædicta fuit tempore natiuitatis Chriſti, intantum vt omnes hyſtoriographi tradant quod eſſet apud Romanos pacifica monarchia, & intantum vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & durauit p 40. annos in Iudęa, vt non haberent neceſſe gladios, vel lanceas: ſed poſſent facere vomeres, vel falces, & hoc voluit dicere propheta, & ideo tempus illud iam fuit, quod autem additur: non exercebuntur vltra ad prælium. ly. vltra in Hebræ. non accipitur, vt ſignificet æternitatem, vt patet. 4. Reg. 7. Vltra non venerunt latrones Syriæ in Iſrael: ſed hic & ibi importat diuturnitatem temporis: id eſt non venerūt de longis temporibus. ita hic.

Secundo probatur Chriſtum non veniſſe per Hieremiam 23. Ecce dies veniunt dicit Dominus, &c. Sequitur, in diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit cōfidenter: ſed nunquam iuda fuit minus ſaluus, & Iſrael nunquam minus confidenter habitauit quam aduentum Chriſti Nazareni, quinimmo, nec regna, nec prouincię ſufficiunt ad fugiendum, & latitandum tot perſecutores attribuuntur: ita timidi ſunt effecti pluſquam aliquod cor Iudæi. ergo nondum ſuſcitauit germen iuſtum. Reſp. hic Iſrael, & iuda non accipiuntur litteraliter, ſed ſpiritualiter, & interpretatiue, quia iudas confitens, Iſrael Deum videns interpretatur: illi ergo, qui fuerunt Iſrael, id eſt videntes Chriſtum eſſe Deum per fidem ſaluati ſunt, & ſaluabuntur, & in hac vita quo ad aliquid, & in futura, & qui ſunt ipſum per veram fidem ore, & opere, corde, & verbo confitentes habitant confidenter in ſpe miſericordiæ, & tandem in re, & tales ſunt Chriſtiani, & non Iudæi, qui non ſunt verus Iudas, & Iſrael re, ſed nomine tantum: Chriſtiani autem ſunt vtrumque re, ſed non nomine, vel poteſt etiam dicere quod littera ſaluatur, quia ſaluatus eſt Iuda: id eſt aliqui de Iuda, & multi de Iſrael, quia multi ex eis ad Chriſti fidem conuerſi ſunt.

Tertio arguunt, quod dictum Daniel.7. vbi loquens de aduentu Meſſię dicit. Aſpiciebam in viſu noctis, & ecce cum nubibus cœli filius hominis veniebat, &c. Sed Ieſus Nazarenus non venit cum nubibus, nec cum tali poteſtate. Ergo ipſe nō

eſt

Digitized by Google

eſt verus Deus, vel Chriſtus. Reſponſio. Scriptura loquitur de duplici Chriſti Aduentu, puorum primus eſt per humilitatem ad omnes erudiendum, & iſte fuit in incarnatione.

Secundus erit per poteſtatem ad iudicandum, & ille erit in ſæculi conſummatione. Dan. ergo loquitur de ſecundo Aduentu, non de primo. & patet ex textu precedente. Iudicium ſedit, &c. Vel ſpiritualiter exponendo de primo Aduentu. Chriſtus venit in nubibus, quarum vna fuit caro, alia fuit anima vtraque munda, & lucida per virtutes conuerſationum, & cęleſtia dona. Iudæi autem cæci, nec iſtum duplicem aduentum diſtinguunt, nec ſpiritualem ſenſum intelligunt.

Quarto eijciunt per auctoritatem. Zachar. 6. loquentis de Chriſti Aduentu. Ecce vir oriens nomen eius: vbi tranſlatio Hiero. habet oriens ibi tranſlatio Chaldaica Meſſias nomen eius. ſequitur ędificabit templum Domino, ſed Ieſus Nazarenus templum non ædificauit: ſed deſtruxit, & diſſipauit. Ergo ipſe non eſt Meſſias. Dicendum quod ſecundum Rab ſalm. ille textus non intelligitur de Chriſto, ſed de Zorobabel, qui ſecundum templum ædificauit, & ſecundū hoc nihil contra nos: ſed melius, & verius eſt: vt intelligatur de Chriſto, qui ædificauit templum ſpirituale. Domino, id eſt eccleſiam ex viuis lapidibus, quæ eſt domus ſpiritualis, quā vidit dicens ſic Iacob. Gen. 28. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli. vbi dicit gloſa Hebraica. vidit domum Dei ædificandam in cœlis, vel poteſt dici, quod ipſe ædificauit templum proprium, de quo aliquando dixit Iudæis. Soluite templum hoc, in quo ſi ſit nunc ita, & tunc per æquiuocationem vocabuli decepti ſunt, & fuerunt. Vnde, & de hoc templo ſub typo ciuitatis, pſ. prædixerat. Homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus. Expone ad propoſitum, & de incarnatione, & de reſurrectione: multæ ſunt auctoritates ſcripturæ, de quibus doctores Iudæorum ignaros, & ſimpliciores deformant ne Chriſtum veniſſe credant, quas modo cauſa breuiatis omitto nunc.

Secundo ſuadendum eſt quatuor rationibus in ſcriptura fundatis Chriſtum in lege promiſſum veniſſe. Prima ratio eſt, & ſumitur ex miraculoſa gentium ad fidē conuerſione. Omnis enim congregatio aliquarum gentium in vnam fidem, vel ſectam nouam, & inſolitam habet fieri, & facta eſt per diuinam virtutem miracula facientem, vel pars aliquem bona temporalia concedentem, promittentem, vel largientem. Sed populus in fidem Chriſti multus, & diuerſarum conditionum adunatus, non eſt vocatus per temporalium conceſſionem, & promiſſionem, & largitionem: immo contrarie per horum abdicationem, & abiectionem. ergo relinquitur, quod ſolum ſit vocatus per diuinam inſpirationem, & operationem. Minor patet, quia iſtis duabus viis humanus animus de difficili mobilis á legibus conſuetis tractus inuehitur in legem nouam, & non aliter. Deus enim volens Iudæos ad ſuum cultum trahere, & ad nouam legem inducere, virtute diuina vſus eſt miraculorum, & ſignorum operatione.

Et quia homines plus temporalia, quam ſpiritualia diligunt, & ſequuntur. Adhuc ad eos trahendo non ſufficiebat, ſed adiecit temporalium promiſsionē, & largitionem. Dabo inquit tibi terrā fluentem, lac, & mel. Leuit. 20. Et cum toto hoc ſatisfacere habuit: quia ſæpius retrocedere voluerunt, & recalcitrauerunt. Vt patent hæc omnia Exod. & Ioſue Libris locis pluribus. Et cum his omnibus illius Iudaici populi attractio magnum reputatur, ac diuinum: cum tamen non fuerit in centeſima parte tantus, quantus eſt hodie populus Chriſtianus.

Machometus autem multos traxit, non ſignis miraculorum, ſed violentia armorum a principio homines beſtiales, & dicinæ ſcientiæ ignaros trahens, & horum multitudine, & armorum violentia, alios ad legem ſuam compellit car-

carnali voluptati cōtra rationem habenas relaxans quam homines prohibiti proſequuntur: diuitias,& honores concedens,& promittens: libros diuinę legis ſuis ſequacibus ne ſuis error depręhenderetur aſtute prohibens. Ergo iſte temporaliū largitione illum fatuum populum ad ſe traxit. Sed Chriſtus benedictus non ſic: ſed per oppoſitum omnium horum populos multos ad ſe vocauit, quia de diuerſis legibus ſectis nationibus ſapientiſſimorum turbam,& etiam inferiorum conuolare fecit. carnales voluptates cohibendo,diuitias,& honores,& omnia viſibilia, vt contemnantur docendo,paupertatem:pęnitentiam:perſecutionem: mortem: obedientiam:caſtitatem:humilitatem:virginitatem,& omnia,quę fere homines: vt cuſtodiantur,& ne timeantur ſuadendo,& vt obſeruentur,oſtendendo, libros diuinę legis in ſuam legem includendo,nihil contra virtutem,& bonos mores, vel honeſtatem promittendo relinquitur:ergo quod non per temporalium conceſſionum tanta multitudo adunata eſt ad credendum arduiſſima: ad operãdum difficillima: ad ſperandum altiſſima:per illum maxime qui in hoc mundo pauper,& abiectus, & ſicut latro interfectus fuit:& plus mortuus quam viuus attraxit perſecutionibus: paſſionibus:& mortibus diuerſis:quod hoc non niſi diuina virtute fieri potuit, hæc ratio fundatur in verbo Eſaiæ, loquentis de Chriſti aduentu. Sexageſimo Capitulo. Surge, & illuminare Hieruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria *domini* ſuper te orta eſt. Legatur totum vſque ibi. Fortitudo gentium venit tibi: & exponatur iuxta propoſitum iuxta prædicta.

Secunda ratio fuit,& ſumitur ex miraculorum in ſola lege noſtra operatione,& continuatione,quia Deus illi ſoli largitur gratias ſingulares, & ſuper naturã, qui eſt ei ſingulariter dilectus,& gratioſus: ſicut patet: quia populus Iudaicus erat ei dilectus ſingulariter in veteri lege ei ſingulares gratias opera ſupra naturam,& miraculoſa eſt largitus:vt patet de ſignis Aegypti, ſed Deus hanc rationem ſingularem eſt ſoli populo Chriſtiano a Chriſti temporibus largitur, ſcilicet miraculorum operationem. ergo ſolus iſte populus eſt Deo ſingulariter gratioſus. Et ſi dicatur a Iudæis quod non credunt,quod Chriſtus fecit mirabilia:quem habetur contra eos quod in libello,quod ipſi habent intitulatum de generatione Ieſu Nazareni:dicitur quod Chriſtus mortuum ſuſcitauit,leproſum curauit,claudum ſanauit, & multa alia.

Item ſi dicant, quod non credunt quod apud nos fiant miracula nihil eſt,quia conſtat,quod eccleſia nullum ſanctum canonizat niſi ſic fuerint probata miracula:quod in quocunque iudicio ſecundum leges humanas oporteret teſtibus credi: hęc autem ratio fundatur in eo,quod habetur Exod. 11. quia apud filios Iſrael erant miracula contra Aegyptios, vnde dicitur ibi. Sciatis quanto miraculo diuidat Aegyptios,& Iſrael.

Tertia ratio ſumitur ex miraculi Iudæorum captiuatione, ex qua ſic arguitur: Iſrael non niſi propter peccatum eſt captiuatus,& propter maius peccatum maiori captiuatione,ſed nunquam fuit ita mala intenſiue,nec ita longa extenſiue, ſicut illa,in qua modo ſunt.ergo oportet quod hoc ſit propter quæ maiori captiuatione captiuati ſunt,vij annis,hæc autem captiuatio durauit pluſquam mille trecentis annis,nec apparet quod poſſent liberari, & non idolatrant, non occidunt prophetas cum eos non habeant. Relinquitur ergo quod hoc ſit propter maius peccatum quod non eſt aliud niſi mors Chriſti,& ſuorũ infidelitas ad ipſum. Quis modo ſit intenſiue maior,& acerbior captiuitas experientia eos docet. Nam antiquitus quilibet rex volebat eos ad ſe trahere,& in terra ſua habere: vt patet de Pharaone,& Nabucodonoſor:modo autem quilibet nititur eos de terra ſua expellere, & euellere. Patet ad ſenſum de regibus Francorum Anglię, &c. Antiquitus mitteban-

Digitized by Google

tebantur eis Prophetę conſolationes, vt patet de captiuitate Aegyptiaca, & Babylonica: modo continue, & quotidie augentur eis proſecutores in tantum, vt etiam pueri ſint eorum lapidatores. Antiquitus fuerunt aliqui accepti, vt patet de Dan. Iam omnes abiecti ſunt: antiquitus fuerunt milites ſtrennui: modo facti ſunt pauidi fugitiui. Quid amplius? vt cętera taceam: ſpectaculum ſunt Deo, & hominibus ſignati in vultu, ſignati in habitu, canes appellati, a mulieribus lapidati, fętentes; dum credunt proficere retrocedentes, Deo, & hominibus abominabiles: & dum credunt vnum malum effugere incidunt in mille, vt patet modo in paſtorellis, qui ſolum contra eos venerunt, & tot milia occiderunt, & hæc omnia fundantur in illa prophetia eis prius prępunciata per Moyſen. Deut. 32. Deum, qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui, &c.

Sequitur quomodo perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia, nonne ideo quia Deus ſuus vendidit eos, & Dominus concluſit illos, &c. Applicetur totum ad propoſitum.

Quarta, & vltima ratio ſumitur ex ſcripturarum concordi impletione, quia qñ ſcriptura aliquid prędicit cum certis circunſtantiis vbi implentur circunſtantię, & illud videtur impleri: ſed Chriſtum venturum ſcriptura prędicit cum certis circunſtantiis, quę impletę ſunt. Ergo Chriſti Aduentus certiſſime eſt impletus maior. patet, ſed probatur minor, quia ſcriptura. Gen. 49. & Dan. 9. prędicit aduentum, & temporis circunſtantias, & hęc circunſtantię impletę ſunt, vt prius probatæ ſunt, ſimiliter dicit loci circunſtantiam. Math. 5. Et tu Beethleem effrata, &c. Ex te enim egredietur, &c. Similiter determinat modum viuendi, quia in paupperie. Zachar. 9. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ſaluator, & ipſe pauper ſimiliter determinat circunſtantiam mortis. Eſa. 73. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & hęc omnia in Chriſto certiſſime ſunt impleta. ergo ipſe eſt Chriſtus olim in lege promiſſus: cuius aduentus certiſsime eſt impletus: ergo bene verum eſt verbum aſſumptum. Benedictus qui venit, &c.

Quantum ad tertium nota quod ſignum, & indicium manifeſtum eſt, quod aliquis venit in nomine regis, & de eius mandato, & voluntate quando maiores regni & maiores conſiliarij, & generaliter omnes illi, qui non niſi regi obedirent ei obediunt: eum audiunt ei famulantur, & obſequuntur: quando autem ſubditi inſtabiles mobiles, & frequenter rebelles quidam obediunt: & quidam non: ſignum eſt nequitiæ in ſubditis, & non in domino veniente. Ita in propoſito hic dicit, pſ. Chriſtum veniſſe in nomine domini.

Et certe hoc oſtendit ſignum prædictum: quia maiores creaturæ de regno Dei, & maiores eius ſecretarij, ſcilicet Angeli ei obediuerunt, ei ſeruierunt ſubſecuti fuerunt, aſtiterunt. Nota de natiuitate, quomodo cantauerunt. Luc. 2. & quomodo in reſurrectione apparuerunt, & frequenter ei in vita aſtiterunt.

Item aliæ creaturæ omnes irrationabiles, quæ in operibus, quæ ſunt ſupra naturam ſoli Deo natæ ſunt obedire Chriſto parebant ad nutum, & ei obedicbant ad votum. hæc omnia patent diſcurrendo a principio eius aduentus in mundum vſque ad eius aſcenſum in cælum patet in natiuitate quando cœlum ſtellam ducem magis vſque ad ipſum præbuit. Mat. 2. Item mare ſolidum calcanti ſe exhibuit. Mar. 6. Venti, & mare ei iubenti tranquilitatem intempeſtate dederunt. Math. 8. Surdi, muti, leproſi, paralitici, cęci, claudi, dęmoniaci curati ſunt, & quod omnibus eſt maius mortui ſuſcitati ſunt. dic de miraculis vt placuerit, & vniuerſaliter omnis creatura irrationalis, quę ſoli Deo in his quę ſupra naturam ſunt ſubiecta eſt: obedireque nata eſt ei ſoli: eius per omnia implebat mandata.

Nec Chriſti miracula negare poſſunt Iudęi: cum ipſi ea in ſuis libris ſcripta habeant:

quandoque diabolo obediunt,& ſpecialiter Iudęi,qui Deo increduli,& frequenter rebelles fuerunt:& ſanctos,ac prophetas alios ſic Chriſtum occiderunt:illi ſoli reſtiterunt:rebelles & increduli fuerunt:& hoc eſt recte quod Chriſtus dixit Iudeis. Io. v. Pater diligit filium, & demonſtrat ei omnia quæ ipſe habet, & maiora his demonſtrauit. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos,& viuificat: ſic & filius quos vult viuificat. Sequitur. Neque vocum eius audiſtis, neq: ſpiritum eius vidiſtis, neque verbum eius habetis in vobis manens:quia quem miſit ille huic vos nõ creditis. Dic de ſequentibus,vt placet vſque ibi. Ego veni in nomine patris mei,& nõ accepiſtis me ſi alius venerit in nomine ſuo illum accipietis. Hoc eſt ex nequitia, & duritia cordis hominum:non ex defectu venientis,hęc eſt recte prophetia quam præmiſit in pſ.73. Vt quid Deus repuliſti. Lege vſque ibi. Incenderunt ſanctuarium tuum in terra,poluerunt tabernaculum nominis tui: & exponatur totum de Chriſto Beata virgine,& eccleſia vſque ibi. Memor eſto huiuſmodi:inimicus improperabit domino,& populus inſipiens incitabit nomen tuum non plus, ſed cum Chriſto dicamus. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum,cito anticipent nos miſericordiæ tuæ:quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter,& propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propicius eſto peccatis noſtris propter nomen ſanctum tuum. Quod nobis concedat, &c.

SERMO LXXXIX.

De ſanctis Apoſtolis Simone, & Iuda, & quibuſcunque Apoſtolis.

Pſal. 118. TEſtimonia tua exquiſiui,etenim ſederunt principes. Sicut malum capitis eſt ſumme in corpore vitandum:ita malum principis cauendum eſt in plebe:ſicut enim motus,& ſenſus deſcendit,& deriuat̃ a capite in corpus reliquum,ita principium bonę operationis bonæ informationis deſcendit a principe in populum, & ſicut capite dolẽte cætera membra dolent: ita principe bene,vel male habente ſubditi bene,vel male habent. Ita videmus in operibus naturæ,grues enim ſcalariter volantes per modum exercitus ducem,& principem habent. Falco igitur volens habere gruum exercitum non inuadit vltimam,vel mediam, ſed primam ducẽ, & principem:quia ipſa capta,& percuſſa faciliter capit reliquas, & diſpergit:& hoc videtur eſſe verbum Chriſti quod allegauit Math. 26. ſumptum de Zacha. Percutiam paſtorem,& diſpergentur oues gregis. Hoc quidem legimus in geſtis ſacræ ſcripturæ,cum enim Nabucodon. miſiſſet exercitum ſuum cum principe Holopherne contra Hieruſalem quamdiu fuit bene Holopherni principi tandiu bene fuit toti exercitui:ſed poſtquam fuit princeps Holophernes interfectus etiam fuit interfectus exercitus,& totaliter diſſipatus. Vnde dixit Iudith eo interfecto. 14. Suſpendite caput Holophernis principis ſupra murum,& erit cum exierit ſol:accipiat vnuſquiſque arma ſua,& exite cum impetu:tunc exploratores neceſſe erit vt fugiãt ad principem ſuum:cumque duces eorũ concurrerint ad tabernaculum Holophernis:& inuenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum:decidet ſuper eos timor Cumque cognoueritis eos fugere:ite poſt eos ſecuri: quoniam Deus conteret eos ſub pedibus veſtris:& ita factum eſt: nam vagao intrans Holophernis cubiculum clamauit:Heu vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo regis Nabucodon. ecce Holophernes iacet in terra,& caput eius in eo non eſt: quo audito fuit totus

Digitized by Google

exercitus diſſipatus: hæc ideo dicta ſunt: quia duces, & principes totius exercitus Chriſti totius Chriſtianæ militiæ: fuerunt ſancti Apoſtoli: & ſunt hodie eorũ ſucceſſores prælati: de quibus dixit pſ. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui: quãdiu igitur fuerunt huiuſmodi boni principes ſancti Apoſtoli in primitiua Eccl. tandiu fuit eccleſia optime ordinata: & quamdiu habet eccleſia hodie bonos prælatos, & bonos principes: eſt eccleſia in bono ſtatu, & eſt bene regulata. Sed diabolus & tunc: & nunc: ſicut falco inſidiatur gruibus: inſidiatur Chriſti fidelibus: & maxime fidelium principibus. An non falco diaboli fuit Herodes, qui miſit manus, vt affligeret quoſdam de eccleſia: occidit autem Iacobum fratrẽ Ioannis gladio: & appoſuit apprehendere, & Petrum? Tales Falcones diaboli ſunt, & fuerunt quandoq; tyranni infideles ſanctorũ Apoſtol. & Patrum, ac prælatorum perſecutores: ſed vtinam hodie eſſent tales principes ſicut tunc: quamuis enim a falconibus perſecutoribus percuterentur, non tamen deijciebantur de Chriſti exercitu: quia Chriſti fidem integrã conſeruabant ſolum de pluma perdebant quia corpus morti pro Chriſto, & eius populo exponebant: ſed timendum eſt quod hodie poſſit dici de aliquibus illud, quod dicit vagao. Heu vna mulier fecit confuſionem in domo Regis. i. Chriſti. ſ. in eccleſia. Nota principem quem non potuit totus exercitus iudaicus deijcere vna mulier interfecit: ita ſæpe in eccleſia illũ principẽ quẽ non poteſt deijcere, nec mũdus, nec diabolus vna mulier deijcit, & proſternit: & ideo plorat populus dicens. Heu vna mulier fecit confuſionẽ, &c. Ecce Holophernes iacet in terra princeps in immunditia, & caput eius Chriſtus vel ratio, vel prudentia, vel verecundia in eo non eſt: & ideo vna mulier fecit confuſionem in vna ciuitate, in vna diœceſi, in vna parochia: immo in tota eccleſia. Et nota quod ſingulariter dicit vna, & quantã confuſionem poſſunt facere vbi ſunt plures. Iſti percutiuntur a falcone in pluma, & in carne; & in corpore, & in anima. Non ſic principes primi: quia lędi non poterant niſi in pluma in corpore ſolum non in anima: igitur de primorum valentium principum numero fuerunt ſancti Apoſtoli Simõ, & Iudas qui velut caput in corpus myſticum, & ſicut principes in populũ influebant in Chriſti fideles ſenſum, & motum: quia vt docebant credenda, & oſtendebant agenda, nec tamen falcó diabolus, caro, mundus, vel quicunq; tyrannus eos potuit a Chriſti exercitu deijcere. vnde ſi fuerunt percuſſi in pluma corporis exterius per martyrium, non tamen in carne integra. i. in anima interius per peccatũ: immo ſederunt, & ſteterunt ſicut veri doctores in ſolio, & principes, & firmi in throno, a quibus eccleſia reportabat & directionem gubernationem, protectionem, & defenſionem, quod Chriſto recognoſcens eccleſia dicit illud verbũ, pſ. Teſtimonia tua, &c. In quibus deſcribit eorũ

Dignitatem, Felicitatem Vtilitatem.	Principes ſederũt teſtimo, &c.	fuit autem eorum	Dignitas prelatione, felicitas præmiatione, Vtilitas imitatione.

Superior, Suauior, vberior,	Principes ſederunt teſtiõ, &c.	fuit quippe iſtorum duorũ ſancto. Apoſt.	Prælationis dignitas, Prẹmiationis felicitas, Imitationis vtilitas.

Decorata honorum, Cumulata donorum, Exemplata meritorum.	multiplicibus.	Faſtigiis, Delitiis, Exercitijs.	Principes ſederunt teſti. &c.

Quãtũ ad primũ nota q̃ iſti habuerunt verã principis dignitatẽ, quia habuerunt illa quatuor quę ad verum, & bonum principem requiruntur. Quippe vt ex ſcriptura ſacra põt colligi verus, & bonus princeps debet habere. Primo in gubernando ſagacitatẽ prudẽtię, pp hãc prudẽtiã factus ẽ Ioſeph princeps in tota terra Aegy.

Vnde dixit Gen. 45. fratribus ſuis. Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ domus eius, ac principem in omni terra Aegypti. vnde hoc, pſ. recitat dicens. Conſtituit eum dominus domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ, in hoc autem fuit prudentia gubernationis, q vnicuiq; dabat, & diſtribuebat ſecundum quod meritum, & exigentia cuiuslibet requirebat, quod patuit in tritici diſpenſatione: quia populo diſtribuebat triticum, & regi congregabat theſaurum patuit etiam in ſuorum fratrum collocatione, quia vt dicitur Gen 43. Ita eos collocauit ad conuiuium quod ſederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minus iuxta ætatem ſuã, & ſumptis partibus, quas ab eo acceperant maior pars venit Beniamin: ita vt quinq; partibus excederet. talem prudentiã debent habere principes tam eccleſiaſtici, quam mundani, vt non quæ ſunt ſua, ſicut tyranni quærentes ſubditis vtiliter, quæ eis ſunt neceſſariæ tam in nutrimento corporali, quam ſpirituali ad vtilitatem reipub. bona principatus diſpenſantes: & in omnibus Dei vtilitatem, & honorem præ oculis habentes in diſtributione bonorum: etiam & collatione honorum, & dignitatum: quod ſeruent æqualitatem determinatæ proportionis: vt vnicuiq; iuxta ſuam propriã virtutem tribuant: ſed minora conferant pueris: non conferatur dignitas, & principatus illiteratis, & immorigeratis, ſed perfectis, & approbatis: vt vnuſquiſque ſedeat primogenitus iuxta primogenita ſua: & minimus iuxta ætatem ſuam. dicitur enim Eccl. 10. Vę tibi terra, cuius rex eſt puer: & cuius principes mane comedunt: beata terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum non ad luxuriam: ideo debent talia ordinate diſtribui: ita tamen quod omnibus datis quod excedat quinque partibus pars Beniamin; partes alias hoc eſt dictu quod filius Beniamin, qui interpretatur filius dextræ, & ſignificat hominem virtuoſũ, ſanctũ, & perfectũ, qui eſt dextræ Dei filius potior habeat: quia quãto quis eſt melior, & ſufficientior tanto eius pars debet excedere maiorẽ portionẽ, & tanto tali magis, & agentis ponderoſa beneficia, & officia committi debent, & cõferri. hæc eſt prudentia, & ſapientia prouidę, & iuſtę gubernationis, quæ in quolibet principe eſſe debet, & ideo dicitur Eccl. 9. in manu artificis opera laudabũtur: & principes populi in ſapientia. Hanc ſapientiam habuerunt iſti duo, & oẽs ſancti Apoſtoli principes eccl. primi: quia vt legitur Act. 2. Ipſi honores, & onera beneficia, & officia iuxta virtutẽ, & merita indigentiam, atq; abundantiam bona Eccleſiæ ad Chriſti bonitatẽ, & honorẽ ſingulis diſpẽſabant: & diſtribuebãt. Vñ dicit Aug. in ſpeculo clericorũ. Sic. n. legitis in actib. Apoſtol. quia erãt illis oĩa cõia, & diſtribuebatur vnicuiq; ſicut cuiq; opus erat, vñ tã de iſtis, quã de aliis põt exponi illud n. 4. Hi ſunt principes quibus pręcepit dñs: vt diuiderẽt terrã filiis Iſrael: ſed vtinã non ſit verũ q plorabat, Dan. 3. d. Non eſt in tpe hoc princeps, & dux, & propheta in Iſrael: vult dicere q quia in hodiernis principibus nõ eſt hodie hæc prudentia diſpenſationis: nec æqualitas proportionis, nõ eſt princeps Iſrael: quia malus princeps pro non principe hr̃: rõ autẽ quare non eſt iſta prudentia in principibus, eſt hęc. Mr̃ tẽplũ, vel palatiũ ædificans qñq; vtitur arte debita, & regulata menſura: & tunc ędificatũ vadit bene, & optime proſperatur: quia in loco periculoſo, & vbi eſt pondus ędificij non ponit colũnã fragilẽ, ſed firmã, & forte in loco vbi non eſt pondus, nec periculũ ponit quicquid occurrit: lapidẽ vel lignũ: quandoq; autẽ non vtitur arte debita, ſed voluntate propria, & affectione indebita, & inordinata: & tunc in loco periculi ponderis non ponit q eſt fortius, & vtilius: & magis expedit: ſed q eſt ſibi acceptius, & magis diligit. & iõ quãdoq; fortes colũnas. ſ. ligna, & lapides ponit in loco debili: debiles aũt & fragiles ponit in loco põderis, oneris, & periculi: cũ ſcit q totũ ruit, ędificans, & ædificium. Ita ſpiritualiter quãdoq; prin

ceps

Digitized by Google

teps in diſtributione honorũ,& onerũ ędificiorũ,velut artifex militantẽ eccleſiam conſtruens q̃ ædificatur vt ciuitas:vtitur arte debita:quia rõne id volente : & tunc ponit in locis ponderis,& periculi:magnis prælationibus,oneribus, & honoribus: colũnas firmas,& fortes homines ſanctos,virtuoſos,literatos perfectos:& tũc eccleſia optime gubernatur totũ vadit optime,& ſecure:quandoq; aũt dimiſſa regula rationis,& timore Dei,poſt poſito non curantes de periculo eccleſię vtuntur voluntate,& affectione propria:& quia affectio inordinata peruertit iudiciũ:in locis periculoſis,& magni ponderis ponunt colũnas fragiles nullius virtutis pueros inexpertes,illiteratos, immorigeratos,peccatores,& malos in magnis beneficiis,& officiis: in magnis prælationibus,& honoribus ad quæ portanda, & gubernanda non ſufficiunt,iſti ſuſcitant de puluere egenũ,& de ſtercore eleuant pauperẽ,vt ſedeat cum principibus,& ſolium glorię teneat,vt dicitur.1.Reg.2.Hoc p paffectionem,quia forte ſunt de proprio nemore,i.de proprio ſanguine,& genere:vel ſeruiunt,& ſunt affecti ex recepto munere:colũnas aũt firmas,& fortes ponunt in loco fragili perfectos,& literatos viros in ſtatu humili,& ideo ruit eccleſia,& ædificans, & totũ ædificium,hoc eſt malum conſiliũ omittere regulã rõnis,& ſequi impetũ affectionis, q Deus diſſipat,& reprobat dicẽte.pſ.Dominus diſſipat conſilia gentiũ; reprobat aũt cogitationes populorũ,& reprobat conſilia principum.Iſti ſunt principes, qui per nepotes,ſanguinemq; ſuum volunt hęreditate poſſidere ſanctuariũ Dei , quos tamen Deus diſſipat,& euoluit,de quibus pſ.Pone principes eorum Oreb , & Seb, & Sebee , & Salãna oẽs principes eorum,qui dixerunt hæreditate poſſideamus ſãctuarium Dei,Deus meus pone illos vt rotam,& ſicut ſtipulã ante faciem venti: ſicut ignis,qui comburit ſyluas,& ſicut flãma,& comburens montes perſequeris eos habent errorem in ædificio eccleſię habent defectũ prudentiæ:hoc in noſtris principibus præuiderat Eccl.10.vbi dixit. Vidi,& aliud malum ſub ſole,quaſi per errorem principis a facie egrediens ſtultum poſitum in dignitate ſublimi , & diuites ſedere deorſum,vidi ſeruos in equis,& principes quaſi ſeruos ambulãtes ſuper terram.Propter hoc dicebat.Dan.q non eſt in tpe hoc princeps in Iſrael, non fuerũt tales principes iſti,& alij ſancti Apoſt. ſed ſecuti fuerunt rõnis regulã & Chriſti, de quibus dixit.pſ.Viderũt ingreſſus tuos Deus ingreſſus Dei mei regis,qui eſt in ſãcto præuenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum in eccleſia. Nota ſi vis:quare dicit in medio:quia princeps partialis eſſe non debet,ſed debet habere princeps in iudicando ęquitatẽ iuſtitiæ:in cuius ſignũ ille hebræus quia Moyſem non putabat iuſtum iudicẽ dicens. Exo.2. Quis te cõſtituit principẽ,& iudicẽ ſupernorũ?iõ legitur Ex.18.q cũ Ietro dixiſſet Moyſi, prouide de omni plebe viros potentes,& timentes Deũ,in quibus ſit veritas,& qui oderint auaritiã: qui iudicent populũ. Moyſes electis ſtrenuis viris de cuncto Iſrael:conſtituit eos principes populi,qui iudicarent populũ:hoc aũt eſt ſumme neceſſe in principe. Eſt.n. princeps in populo ſicut colũna in palatio:cui palatiũ innititur ſtãs recta,& non inclinatur ad aliquẽ parietẽ,& colũna,& palatiũ ſtãt ſecũ: ſed quando colũna inclinatur ad vnũ parietẽ,& alterũ dimittit tunc pondus cadit ſuper colũnã,& colũna cum palatio ruit. Ita ſpiritualiter columnę ſunt prælati,& generaliter oẽs principes. Palatium q columnę innititur eſt ſubditus populus, quãdo ergo princeps ſtat rectus in medio populi ad iudicandũ p ęquitatẽ iuſtitiæ, nec amore,nec fauore,nec odio,nec liuore ad alterã partẽ trahitur ſtat bene,& ſecure princeps,& populus:ſed quando dimiſſa rectitudine æquitatis partialitatę, carnalitatę,cupiditatę ad alterã partẽ indebitę inclinatur:eſt ruina principi , & plebi.Figuratur Iudi.16.Cũ.n.palatium,in quo erant principes Philiſtęorũ inniteretur columnis,quamdiu fuerunt columnæ rectæ ſteterunt ſecuræ:ſed quam cito

Pſal.32

Pſalm. 67.

Princeps in populo eſt vt colũna ĩ palatio.

Z 2 per

per Simonē fuerunt concuſſæ, & rectitudinem obliquatæ ſtatim ruit palatiū cum columnis vt dicitur ibi. Concuſſis fortiter columnis cecidit domus ſuper oēs principes, & cæteram multitudinē, quæ erat ibi. Sancti Apoſtolis omnes, & iſti ſpecialiter fuerunt columnę rectæ, non ad partem aliquam quacunque affectione vindicta, vel odio obliquatæ æquitatem iuſtitiæ ſemper in iudicando ſeruantes. Nota in legenda iſtorum, quomodo dyaconum innocentem per malitiam mulieris falſe accuſatum voce pueri liberauerunt, & nocentē perdere noluerunt. Ideo dicitur prouerb. 17. Non eſt bonum damnum inferre iuſto, nec percutere principem, qui recte iudicat. Sed timendum eſt valde, quod fit ſic in principibus, ſicut in columnis, columna.n. quantumcunq; ſit recta, ecce curuatur tamen dupliciter primo. qñ ad vnam partem chorda trahitur; tantus.n. poteſt eſſe tractus quod colūna incuruatur. Ita ſpūaliter quantumcunq; enim aliqñ princeps ex ſe ſit rectus, tñ per chordas carnis, & ſanguinis per parentum preces, & inſtantias tantum trahitur ad vnā partem quòd neceſſario incuruatur, & obliquatur. Secundo quando ictu machinæ percutitur. ictus iſtius machinę columnam percutiens eſt minus. O quis munere eſt qui ab iſto ictu non concutiatur: immo non deijciatur? ſtatim .n. dum veniunt ra porta aperitur: princeps blanditur: & donans auditur. Vnde prouer. 18. Donum hoīs dilatat viā eius: & ante principes ſpatium ei facit, qui non offert. hic non ingreditur, nec auditur, propter iſta ſequitur obliquitas, & iniqtas iudiciorū in principibus, hoc eſt recte illud. Mich. 3. directum maxime eccleſiaſticis principibus: Audite hęc principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael, qui abominamini iudicium, & oīa recta peruertitis, qui ædificatis Syon in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate: principes eius in muneribus iudicabant: & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. Iſtis recte loquitur pſ. Vſquequo iudicatis iniquitatē, & facies peccatorū ſumitis, &c. vſq; Vos autē ſicut homines moriemini: & ſicut vnus de principibus cadetis. Tertio habere debet princeps in puniendo, & largiendo veritatē magnificentiæ. Dicitur .n. Prou. 17. Nō decent ſtultū verba compoſita, nec principē labium mentiens. Sicut.n. ſol pater omnium viuentiū eſt ſuper omnia eleuatus vt infallibiliter oībus viuentibus ſuā virtutem influat. Ita princeps eſt ſuper populum ſubditū eleuatus, vt ſingulis ſua dona, & beneficia donet, & tribuat: nec ſolum verbo promittat: ſed opere cōpleat. Ita fecerunt ſancti Apoſtoli oēs: & apparet in iſtis duobus: quia ipſi contra promiſſa idolorum promiſerunt pacem Indorum, & aduentum legatorum quæ fuerunt opere veraciter ſubſecuta. hoc autem ſicut in aliis principibus eorum principatus, & honorauit, & confirmauit, ideo dicit. pſ. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, &c. Sed hodie, pſ. quaſi videns contrarium prædicat dicens: Bonum eſt ſperare in Domino, quam in principibus. Ratio, quia quidam ſunt ſicut corui, quidam ſicut leones, &c. Coruus enim omni die ſibi prędam, & cibum auide, & guloſe procurat. Alijs autem ſemper cras cantat, & nunquam ab eo plus reportant: ſed cras vſq; ad mortem eis cantat. Ita quidam domini, & principes a ſuis ſubditis, & ſeruitoribus beneficia, ſeruitia, obſequia, exactiones, procurant, & auide recipiunt: ſed ipſi nihil ſuis ſeruitoribus qui mercedem expectant, & retributionem quærunt: nihil tribuunt, ſed permittunt, & dicunt cras: & ita vſq; ad mortem eis ſe benefacturos promittunt, & ſic moriuntur, & nihil tribuunt ſed bene cantauerunt: & tunc ſeruientes ſe inueniunt deluſos, & quaſi deſperatos & ideo pſ. Nolite confidere in principibus &c. Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam in illa die peribūt omnes cogitationes eorum, ſcilicet expectantium ſeruitorum, &c. Alij ſunt ſicut Leones, & lupi. Iſti enim principantur animalibus in ſyluis, & nihil promittunt: ſed eis inſidiantur, & ea rapiunt, & deuorant.

Pſal. 81

Pſal. 117.

Prīcipes mali coruis, & Leonibus cōparantur.

Talis

Talis eſt multorum principatus ad rapiendum ſubditos, & ad inſidiandum eis. Prouerb. 18. Leo rugiens & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. Eze. 22. Principes eius in medio quaſi lupi rapientes predam ad effundendũ ſanguinem, & ad perdendas animas, & auare ſectantes lucra. Et Eſa. 1. Principes tui infideles ſocij furum, omnes diligunt munera: ſequũtur retributiones. Non fuerunt tales principes iſti Apoſtoli: ſed largientes magis. Quarto debet habere princeps in bellando, & defendendo firmitatem conſtantiæ. Sic videmus in pecoribus, & armentis, quod oues habent pro principibus arietes cornibus armatos, & viribus fortiores. Ita in populo principes debent eſſe cęteris fortiores ad defenſionem ſubditorum, & reipublicę, qui cuncta capite, & corpore defendant. Vnde dr̃. 1. Macha. 2. Iudas Mach. fortis viribus a iuuentute ſua ſit nobis princeps militiæ: & ipſe aget bellum populi. Tales fuerunt omnes Apoſtoli iſti, & duo ſpecialiter, qui velut arietes cornibus armati. ſ. cornu intellectus per fidem: & affectus per charitatem impetiuerunt inimicos Chriſti, & regis ſui tyrannos, magos, idolatras. Nota in iſtorum legenda conflictum eorum vſque ad mortem contra magos Zeroam, & Arſaxat, & Sacerdotes idolorum, ideo dicitur Tren. 1. Facti ſunt principes eorum velut arietes, quia igitur habuerunt iſtas conditiones boni principis in populo, & principatu eis a Chriſto commiſſo habuerunt ab ipſo qui eſt princeps omnium regum terræ, vt dicitur Apoc. 1. Bonam retributionem: quia poſt principatum huius mundi venerunt ad principatum cęli. vnde pſalm. Principes populorum, c.ſ.c. d.a.q.d.ſ.t.v. eleuati ſunt. Et de hoc ſequitur in ſecundo. *Pſal. 46.*

Quantum ad ſecundum nota quod boni Domini, & curialis eſt vt eos, quos habuit ſocios, & viæ, & laboris belli: habeat etiam ſocios gaudij, honoris, mercedis, conſolationis, & præmij. Chriſtus in via quam elegit dura, & aſpera habuit ſocios, ſcilicet Apoſtolos, & inter alios iſtos duos: & iſti in omnibus perſecutionibus bellis, &c. ſunt ipſum ſecuti, & cum Chriſtus per viam illam peruenerit ad regnũ, vbi ſedet a dextris Dei, vt dicitur Mar. vlt. Incurialis eſſet ſi ſuos ſeruitores, & ſequaces repelleret a regno, conſolatoine, honore. Vnde & ipſi hanc cum Chriſto habuerunt quæſtionem, & reſponſionem. Mat. 19. vbi dixit Simon Pet. ad Ieſum. Ecce nos reliquimus, &c. Quid ergo erit nobis? Reſpondit Chriſtus Amen dico vobis quod vos qui reliquiſtis omnia, &c. Sedebitis ſupra ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Hanc eandem promiſſionem fecerat Chriſtes Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut ego vici, & ſedi in throno cum patre meo: ideo quilibet Apoſtolorum etiam ſede gloriæ collocatus dicit illud Cant. 2. Sub vmbra illius, quem deſiderabam ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Quantum ad tertium nota, quod ignorans volens habere ſcientiã non habet melius conſilium, quam quod requirat bonum magiſtrum, vel librũ: ſicut. n. a fonte aqua recipitur, ita a magiſtro, vel libro informatio debita exhauritur: ideo eccleſia primitiua ab Apoſtolis iſtis, & aliis velut a magiſtris optimis veracibus, & libris correctis exquirebat: & nunc nos reſpiciendo eorum vitam debemus exquirere doctrinam, informationem, correctionem vitæ noſtræ: quia inde tunc recipiebat: & nos adhuc poſſumus recipere: & ideo dicitur mandata tua exquiſiui, ſupple ab iſtis libris exemplaribus tanquam optimis magiſtris, & doctoribus, ad hoc videtur ſcripſiſſe, pſ. Quanta audiuimus, & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerũt nobis non ſunt occultata a filiis eorũ in generatione altera: filij, qui naſcentur, & exurgent enarrabunt ea filiis ſuis vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Si vis dilatare contra vitia dic quod hęc exquiſitio ceſſat hodie: tũ p̱p̱ defectũ Doct. & libror. quia hodie nõ habem⁹ talia exemplaria. *Pſal. 77*

Digitized by Google

Nota ſi viſquomodo exemplaria corrumpuntur per diſtantiam, & elongationē a primo exemplari vero, & correcto: & ita in propoſito. Tum propter defectum diſcipulorum, quia nullus mandata Dei curat exquirere, id eſt exquiſite a diſcendo, & proficiendo quærere, vnde pſalm. Longe a peccatoribus ſalus, quia iuſti, &c. Exquiramus ergo ſi ſumus diſcipuli, & ſubditi, id eſt exemplaria, & bona ad exquirendum a nobis nos præbeamus ſi ſumus prelati: quia pſ. ſcripſit. Beati immaculati in via, qui &c. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, &c.

SERMO LXXXX.

De Annunciatione Dominica, vel natali Domini, vel Purificatione.

Psal. 118 IN verbum tuum ſuperſperaui. In vulgari noſtro dicitur tale prouerbium. Le bon marche tire largent hors de la bourſe: & la doulce paroulle tire le cueur du ventre: hoc eſt dictu. ſicut bonum forum extrahit pecuniam de burſa: ita dulce, & bonum verbum extrahit cor, & voluntatem de anima. Iſtud recte eſt verbum, Eccleſ. 6. Dulce verbum multiplicat amicos, & mitigat inimicos. quod autem hoc ſit verum oſtendo: verbum enim dulce comparatur imbri, & niui: quia ſicut imber, & nix veniunt in terram ab extrinſeco, & eam duram, & ſterilem ſiccam, & infęcundam mollificant, humectant, & fęcundant, & germinare faciunt, & humorem in fructum trahunt. Ita cor durum, & ſiccum per iram, & rancorem, & odium verbum dulce emollit, humectat, fęcundat, & ad amicitiam prouocat, & finaliter in fructum, & beneficia, etiam inimicorum corda trahit: & hanc virtutem verborum Dei habere indubie aſſerit ipſe Deus. Eſa. 55. Quomodo deſcendit imber, & nix de cęlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & fęcundat eam, & germinare eam facit, &c. ſic etiā verbum meum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum: ſed faciet quęcunque volui. Idem patet. 4. Reg. 14. Cum enim Dauid eſſet turbatus contra Abſalon filium ſuum, Ioab miſit mulierem ſapiētem thecuitem ad Dauid, quæ cum locuta fuiſſet ſapienter per parabolam ad Dauid emoluit cor eius, & reduxit amorem ad filium. vnde dixit ad Ioab. Ecce placatus feci verbum tuum, ergo verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Hęc pro tanto dicta ſunt, quia filius Dei eſt verbum. Io. 1. In principio erat verbum, & non quodcunque, ſed dulciſſimum, quod ſic oſtendo illud verbum eſſet dulciſſimum, per quod tolleretur omnis infirmitas, omnis paupertas, omnis calamitas, & haberet omne volitum deſideratum, & concupitum, & ſolum malum haberi non poſſet, talis conditionis eſt Dei filius: quia per ipſum habetur omne deſiderabile dulce, bonum, & precioſum: & ſolum malum per ipſum haberi non poteſt: vnde Io. 1. Verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil. i. peccatum ſm̄ Aug. Iſtud verbū ſua dulcedine velut imber, & nix de cęlo veniens, & terram nrę humanitatis infundēs eā ad ſe traxit: & in fructū vberrimū pululare fecit: inimicos dñi, & hoſtes reconciliauit: illa ſapiēte muliere ad Deū dicente. Ecce ancilla Dñi, &c. cui dicit Deus. Ecce placatus feci verbū tuū, & tunc Verbū caro factū eſt: cuius gloriā vidimus. pſ. ergo videns iſtius verbi dulcedinē in perſona ſua Simeonis, & aliorum ſanctorū patrum iſtud verbum deſiderantium vehementiā ſui deſiderij exprimens loquitur Deo patri. In verbum tuum ſuper ſperaui. In quibus verbis deſcribit pſal. Dei filij.

Imagi-

Digitized by Google

Imaginem, Originem, Dulcedinem. { In verbum tuum ſuper ſperaui. { habet quippe Dei filius { Imaginem luminoſam, Originem generoſam, Dulcedinem virtuoſam.

{ Quia eſt ipſa { Veritas, Diuinitas, Felicitas. { In verbum tuum ſuperſperaui.

Habemus igitur { Luminoſitatem imaginis, Generoſitatem originis, Virtuoſitatem dulcedinis.

{ In parte permanentem, A patre procedentem, Cum patre attrahentem. { Specialiter, Perſonaliter, Efficaciter. { quia { In verbum tuum ſuperſperaui.

Quantum ad primum ſciendum, quia poſſet aliquis mirari, quare iſte pſ. & Io. Euangeliſta, & ſcriptura ſacra Dei filium vocat verbum. Et quãuis multiplex poſſet reddi ratio: tamẽ ad propoſitũ poteſt reddi hæc ratio: quod hoc eſt propter verbi proprietates, & conditiones, quæ Chriſto conueniunt. Conueniunt enim Dei filio ſpecialiter proprietates verbi ſecundum quod verbum inuenitur primo in naturalibus loquẽdo aũt in materia rerum naturaliũ, quãuis Aug. diſtinguat triplex verbum. ſ. mentale imaginabile, & vocale: tñ vt complete loquamur in propoſito includendo verbũ artificiale, cuius materia eſt res naturalis: nos dicemus quod eſt verbum quadruplex: primum eſt mentale quod cognitione gignitur. ſecundũ imaginabile, quod imagine voluitur. tertium exarabile quod protractione deſcribitur quartum vocale quod locutione promitur. Et hoc verbũ quadruplex propter ſuas proprietates eſt Dei filius, quia ipſe eſt verbum mente cogitatum in paterna intellectione. capite imaginatum prophetica figuratione. pelle regiſtratum in materna conceptione. voce prolatum in virginea partitione. Proſequamur de ſingulis, & oſtendamus quomodo Dei filius habet horum verborum proprietates.

Quantum ad primum ſciendum quod ſicut nos experimentaliter cognitiue verbum gignimus apud nos interius mente a ſecreto, & dicimus ego cogitaui bonum verbũ: ita Deus pater in ſuo intellectu ſiue actu intelligendi format, & gignit verbum ſuum, quod eſt Dei filius, de quo ad hoc propoſitum ſcripſit. pſal. dicens. Eructauit cor meum verbum bonum, vbi nota quod verbum quamdiu eſt in corde non cognoſcitur, ſed tñ pốt eſſe principiũ actionis, vñ & grãmaticaliter dicimus aliqua verba actiua: ſic verbũ Dei exiſtens in diuina eſſentia cognoſci non potuit: ſed aliqualiter manifeſtatum eſt in rerum creatione: quia tunc actiuum factum eſt, vnde Io. poſtquam dicit. Deus erat verbũ ſubiunxit. omnia per ipſum facta ſunt. ideo ẽt ait, pſ. quia añ cognoſci non poterat. eructauit, q. d. ſicut illud quod corde geſtatur, non niſi per eructationem manifeſtatur: ſic ne diuinum verbum quouſq; Deus pater ipſum eructauit per creationem omnium rerum ipſo mediante. ꝙ aũt verbum poſſit eſſe actiuũ patet in verbis: quia dicimus, ego cogitaui vnũ verbum tale quod faciã timere audientes, de cuius verbo ab ęterno concepto dicit Io. In principio erat verbum, & quia hoc verbo oĩa creata ſunt: cum homo per peccatum iã nihil eſſet, quia ad nihilum redactus ſum, & neſciui, in pſ. Et ſine ipſo factum eſt nihil. Io. 1. rationabile erat ẽt eo mediante recrearetur hõ: & iõ quia hoc verbũ hoĩem recreauit dedit Deus imaginari per figuras proph. eis non loquẽs: ſed ſolum ſignũ oſtendens. Et fecit ſicut faciunt Abbates, Monachis albis, qui qñ deliquerunt, vel nimis loquendo, vel nimis contra regulã delinquendo imponunt eis ſilentium, nec ex tunc verbum Abbati, vel alteri audent facere niſi per ſigna. Ita Deus, quia iſti nimis locuti fuerunt qñ dixerũt, ne forte moriamur. Gen. 3. cõtra regulam, quam Pſalm. 44.

 eis

eis dederat de comeſtione deliquerunt,non enim debuerunt dicere forte cum Deus ita non dixiſſet,ideo Deus abſtulit eis verbum ſuum,dans eis grauiorem culpā: vt ſederent ſoli in terra,& diſciplinarentur a ſingulis nec reliquiæ eorum aliorū reliquiis miſcerentur.Dic omnes alias pęnas & applica de grauiori culpa,vnde ſilentium eis impoſuit,& cum Deo loqui non potuerūt niſi per ſigna, nec Deus eis loquebatur niſi per ſigna,quæ ſigna erant imagines verbi incarnandi. de hoc igitur verbo incarnando dicamus.

Quantum ad ſecundum nota. verbum imaginatum eſt,quando aliquis imaginatur,& cum voluit: quomodo pulchre,& bene intelligibiliter poteſt ipſum proponere vt clare intelligatur,& melius ſibi credatur. Huic igitur verbo comparatur Dei filius in lege veteri figuratus,quia ibi Deus per figuras diſpoſuit, qualiter pulchre abſq; corruptione virginis poſſet concipi,poſſet naſci: & qualiter ipſum talem poſſemus intelligere clare per fidem.ſicut enim verbum cordis,vt eſt in mēte conceptum ordinatur ad proferendum ſecundum voluntatem dicentis,ita verbum diuinum fuit ab æterno ordinatum propter nos incarnari ſecundū voluntatē patris filium promittentis,& ſm̄ diuerſas imagines,& figuras ipſum deſcribentis, quamuis autem multæ fuerint pulchræ imagines,& filiæ veteris legis,quibus De⁹ diſpoſuit filium incarnari,tamen ſunt quatuor pulchræ.

Prima eſt. Exod. 3. de rubo,in quo Deus apparuit Moyſi: in quo Rubo erat ignis,& non comburebatur.ſic Dei filius in rubo.i.in virginis vtero apparuit cum igne diuinitatis,quæ humanitatem non abſorbuit,quia homo fuit,& tamen virginitatem non violauit.

Secunda de virga Aaron,quę fronduit,& floruit:ſic virgo Dei genitrix virga eſt flos filius eius,quia ſicut ſine corruptione flos egreditur,ſic filius abſque corruptione naſcitur. Nota hiſtoriam. Num. 17.

Tertia figura fuit de Gedeone pugnante. Iudicum 6. Qui in ſignum victoriæ petiuit quod vellus complueretur in area,area ſicca permanēte. Area eſt virgo B. ab omni humiditate peccati carnalis extranea. Pluuia in vellere,diuinitas in carne.nam ſicut pluuia reddit vellus humoroſum,ſic diuinitas humanitatē,quę prius erat ſicca,gratia Dei,vel vellus virginitas,quæ aliena a paſſionibus corporis quāuis ſit corpori vicina,ſicut vellus vicinum corpori alienum eſt a paſſionibus corporis, ſicut etiam integrum remanſit vellus poſt rorem, ſic virgo poſt filium.

Quarta eſt. quia Ezechias in ſignum prolongatæ vitæ a Domino petiuit ſolem reuerti decem gradibus,quod factum eſt. 4. Reg. 20. Chriſtus eſt ſol, qui idē manens reuerſus eſt primo gradu,vno a diuinitate: quia verbum caro factum eſt, & poſt 9. gradibus. 9. ſcilicet ordinibus Angelorium. Nota hiſtoriam. de hoc verbo in Pſalm. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino. *Pſal. 129.*

Quantum ad tertium nota,quod verbum regiſtratum dicitur illud quod mente longe cogitatum,poſtea frequenter imaginatum ad memoriam perpetuam ſcribitur in pelle carnea regiſtratur. Ita fuit de Dei filio, ab æterno enim in paternæ mente cogitatus,poſtea in veteri lege apud prophetas multis figuris imaginatus, tandem in incarnatione fuit in pelle carnea ſcriptus, & regiſtratus, quia in noſtra carne humanatus.ideo de hoc dicitur. Ad Rom. 9. Verbum abbreuiatum faciet Deus ſuper terram.

Nota dicit verbum, quando quis aliquod magnum verbum, & ſubtile quod magna indiget memoria vult teneri in memoriam conſueuit hoc ſcribere,& inſeri pro ponere, vt ſi quando a memoria excideret ſcriptum reperiatur. Ita voluit Deus facere,volens, quod non eſſemus ſemper memores verbi ſui ſcripſit ipſum

in

Digitized by Google

In charta, vt ſi quandoque obliuiſceremur ipſius per incarnationem inueniremus ſcriptum & poſſemus recordari, & hoc eſt quod dicit verbum. Ideo de quolibet fideli. Pſal. Memor fuit verbi ſancti ſui, ſequitur abbreuiatum. Nota quãdo aliquis magnus clericus vult pro ferre aliqua magna & alta verba coram ignobilibus qui indigent longa & clara explicatione conſueuit abbreuiare & ponere breuiter & ſub ſimilitudine vt poſſint intelligi & melius retineri. Ita fecit nobis Deus, ignorantibus voluit oſtendere quædam verba digna longa explicatione, ſcilicet cœleſtia ſecreta, ſed quia nos eramus male intelligentes cum vellet nobis reuelare myſteria diuinitatis quæ ſunt lõgiſſima dicit Deus, quod nimis haberet facere, & ideo verbum latiſſimum abbreuiabit ponens ipſum ſub ſimilitudine carnis. Phil. 2. In ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus ut homo. Sed non, ꝙ aliter abbreuiatur longa uel lata dimenſio a figura ſpherica quia longa uel lata abbreuiatur per ſubſtractionem a principio vel fine alicuius partis, ſed ſpherica non ſic cum principio & fine careat, nam non poteſt abbreuiari per ſubſtractionem ſed per compreſſionem uel anguſtationem quandam, ita fuit abbreuiatum verbum Dei qđ eſt ſphera, cuius centrum ubiq; circunferentia nuſquam eſt. Eſa. 10. Conſummatio abareuiata inundabit iuſtitiam, cõſummationẽ enim & abbreuiationẽ faciet dominus in medio omnis terrę, de qua ſequitur ſuper terram, nota cũ Deus uellet ſcribere hoc uerbum quæſiuit papirum & non fuit in operatorio angelorũ damnatorũ inuentum, quia illi perdiderant in mari tentationis ſuperbiæ merces humilitatis, & hoc uerbũ cum eſſet abbreuiatũ debebat ſcribi in papiro humilitatis. Iterum nec in operatorio angelorum beatorũ quia illud erat nimis clarum & ſubtile & non potuiſſet homo legere, quia ſicut ſe habet oculus nicticoracis ad lumẽ ſolis, ita intellectus noſter ad manifeſta in natura ut dicit Philoſ. in 2. Metaph. ideo uentũ eſt ad operatoriũ hominũ cumq; quæſita fuiſſent multa operatoria nõ inueniebatur cõueniẽs papirus, quia erat quędã nimis groſſa per ſuperbiã, quædã nimis pinguis ubi male recipitur incauſtũ per auaritiã, quędã nimis madefacta & nigra per luxuriã, & finaliter nõ inuẽtũ fuit aliquod operatoriũ ubi inueniretur aliquid de bono pergameno uel papiro niſi in operatorio virginis ubi nihil inuẽtũ eſt de papiro groſſa ſed delicata per humilitatẽ nec de papiro pingui, ſed ſolũ macilenta per paupertatẽ, nihil de madefacta uel nigra ſed bene ſicca & alba per uirginitatẽ, unde cũ ad omnia ſibi dictũ fuiſſet ꝙ ipſa cõciperet filiũ qui eſſet filius altiſſimi, & hoc uerbũ in ipſa ſcriberet Spirituſſanctus quia Spirituſſanctus ſuperueniet in te &c. Ipſa rñdit ecce ſatis de papiro in operatorio meo quæ eſt humilitatis, quia ecce ancilla dñi ſatis de papiro munda & uirginea, quia prima uirginitatẽ uoui & iſtud uerbũ non debet ſcribi niſi pergameno virgineo, ſicut nec aliqua breuia q̃ ponuntur ab incantatoribus, ubi nota, ꝙ clerici ſcribẽtes aliqđ breue uolũt ſemper ſcribere in pgameno uirgineo, ſic Spiritusſãctus uolẽs ſcribere hoc breue uerbũ uoluit ipſũ ſcribere in pgameno uirgineo quale fuit pgamenũ uirginis Marię. Iđ Lu. 1. Fiat mihi ſcđm verbũ tuũ, ſtatim Spirituſſanctũ accepit unũ foliũ de papiro & ſcripſit ibi uerbũ miſſũ cęlitus & tũc uerbũ abbreuiatũ, uerbũ caro factũ eſt in illo folio puriſſimi ſanguinis Marię uirginis, iđ dicit ſuper terrã, i. ſuper terreã naturã non angelicã, ſequitur, faciet dñs, nota nõ quicunq; fuit notarius huius uerbi quia nõ Ioſeph, ſed Spũs ſanct⁹ notarius fuit qui cognoſcitur in litera qa ſi Ioſeph ſcripſiſſet iſtã literã fuiſſet ſolus homo, ſed qa Deus ſcripſerat aliquãdo naturã humanã potuit ſcribere uerbũ qđ eſſet hõ & Deus, iſte etiã ſcriptor fuit Spũs ſanctus, de quo Io. 7. pater uerbũ & Spũs ſanctus & hi tres unũ ſunt & Io. 1. & Deus erat uerbũ, hoc uerbũ igitur fecit Deus, ſ. Spũs ſanctus abbreuiari ſuper terrã humanitatis uirginis, de quo Pſal. Memor fuit teſtamenti ſancti ſui uerbi quod mandauit in mille generationes, dicit mandauit. Nota

Pſal. 104

Pſal. 104

Nota verba quæ ſcripta mandantur per regem non ſtatim exequuntur niſi ad tempus quo mandatur per regem, ſicut patet de litera qua fuerunt capti Iudei vel templarij, & hoc eſt ne præſcientes caueant & fugiant, ſed tempore determinato executioni mandent, & iterum ſcribuntur in papiro curiæ & ſciunt tantum curiales quid debet fieri. Sic factum eſt de verbo Dei miſſo ad genus humanum, quia nõ ſtatim quando venerunt litteræ de Paradiſo fuit executioni mandatum vt appareret hominibus, ſed fuit primo ſcriptum in papiro curiæ, ideſt in vtero virginali & ſciuerunt hoc tantum curiales, ſcilicet nuncius qui literas apportauit, ſcilicet archãgelus Gabriel, & pater qui miſit, & Spiritus ſanctus qui ſcripſit & Ioſeph qui fuit balius, & Elizabeth quæ erat de curia eo quod eſſet mater ſeruientis curiæ, ſcilicet Ioannis Baptiſtæ, & ipſe etiam Ioannes in vtero ſciuit qui fuit ſeruiens Chriſti vadens ante eum, & huic reuelatum eſt in vtero matris, hi ſoli ſciuerunt ne fugerent Iudei vel templarij, ideſt diaboli qui præcauiſſent ſibi & fugiſſent ſi ſtatim poſtquam ſcriptum fuit hoc verbum per conceptionem fuiſſet propalatum per natiuitatem, & ideo latuit 9. menſibus antequam hoc verbum quod erat conceptum & ſcriptum proferretur vel naſceretur, vnde Luc. 18. Erat verbum iſtud abſconditum ab eis, ſed in natiuitate fuit reuelatum omnibus, quia tunc literas mandauerat dari executioni Deus pater, prius autem fuit celatum & abſconditum pluribus, ſed reuelatum paucis ſecretarijs prædictis curialibus. Ideo dicitur Amos 3. Non faciet dominus verbum niſi prius reuelauerit ſecretum, hoc ſecretum in natiuitate reuelatum fuit, & ideo paſtores volentes ſcire iſtos rumores dixerunt. Lu. 2. Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum quod &c.

Quantum ad ſecundum nota quod Dei filius erat verbum prolatum, in ipſa prolatione primo incipit audiri & cognoſci, ſic verbum qnando fuit natum primo incepit audiri & cognoſci, vnde fecit ſicut faciunt iſti nobiles pręliantes bene nominati, cum enim per bellum volunt aggredi hoſtes ſuos primo præmittunt aliquos & ipſi ponunt ſe in aliqua valle, & cum in illa inceperint cõtra ipſos bellare quaſi iam habentibus victoriam exeunt de valle & clamant, talis talis, ſicut Francia Francia, & tali nomine audito hoſtes terrentur & ſolo terrore vincuntur. Sic Chriſtus volens pugnare contra dæmonem præmiſit aciem prophetarum, & tandem Ioanné Baptiſtam qui magis vincebantur quam vincerent, ſed Chriſtus incepit exire de valle virginis vteri virginalis & tunc Io. clamauit, verbum caro factum eſt, tunc territi dæmones victi ſunt, vt patet in paraſceue, quod autem iſtud verbum tremant dæmones ſuper omnia verba ſcripturæ. Nota de illo fratre quem impugnantes dæmones ſolum dimittebant cum hoc dicebat, Verbum caro factum eſt. Item de illo qui dicit hoc expreſſe fratri. Item de illo fratre de quo vidit beatus Dominicus, quod diabolus non poterat facere aliquas illuſiones ſuper cellam illius qui dicebat Euangelium Ioannis: In principio erat &c. Cæteri vero dicebant orationes alias quæ non prohibebant illuſiones dæmonum. Item de illo dæmone qui apparuit fratri in choro in ſede vacua iuxta eum quem repræhendit, quia nõ inclinabat ſe cum diceretur, natus ex maria virgine, quia dicit ſi aſſumpſiſſe naturam angelicam ipſe proſterneret ſe ad terram, hoc eſt illud verbum de quo Io. in canonica ſua quod vidimus & audiuimus & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, annunciamus vobis. Nota verbum quod geſtatur in corde nunquam videtur niſi ſcribatur nec auditur niſi proferatur, ideo vt ipſum videremus fuit primo ſcriptum in conceptione: vt audiremus fuit prolatum in natiuitate. Item nota quod idem verbum manens idem poteſt manere in mente in imagine in ſcripto, & poteſt idem verbum induere formam vocis vt extra proferatur, ſic idem verbũ manſit in mente patris in imaginibus prophetarum ſcriptum in vtero virginali

&

& natum, forma carnis indutum, vnde Auguſt. primo de doctrina christiana, ſicuti cum loquimur, vt id quod animo gerimus in audientis animo per aures corporeas illabatur ſic ſonus verbum quod corde geſtamus & locutio vocatur, nec tamen in eundem ſonum cogitatio noſtra conuertitur, ſed apud ſe manens integram formã vocis qua ſe inſinuat auribus ſine aliqua labe immutationis aſſumit. Ita verbum Dei non commutatum caro tamen factum eſt. Item nota, quod dicit. Vidimus ſicut quando verbum profertur abſque aliqua violatione vel corruptione dicitur. Ita verbum probatum de virgine abſque violatione naſcitur, & huic incorruptioni atteſtatur floritio regalis apulegij in hac nocte, vbi nota quod hæc herba ſemper in hora qua Chriſtus natus fuit nocte iſta flores producit quantumcunque ſit ſicca, hoc regale apulegium fuit virgo beata, & ſicut illa herba ſicca etiam producit florem abſque aliqua corruptione quem prius ſeruabat in corpore. Ita virgo verbum conceptum quod prius ſeruabat in corpore ſicut quendam florem abſque aliqua violatione protulit nocte iſta. *Maria Virgo comparatur Apulegio regali.*

Secundo inuenitur verbum in grammaticalibus, dicunt autem grammatici ꝙ verborum eſt hæc conditio quod aliquod verbum eſt neutrum, actiuum commune, paſſiuum, deponens, ſubſtantiuum. Sic verbum patris Dei filius eſt verbum neutrum, ante rerum productionem per principiationem actiui & paſſiui. Et de hoc Luc. 1. Erat verbum iſtud abſconditum ab eis. Actiuum eſt in rerum creatione, vnde Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Paſſiuum eſt in pœnarum afflictione. Et de hoc Apoc. 19. Erat veſtitus veſte aſperſa ſanguine & vocabatur nomen eius verbum Dei: commune fuit in morali conuerſatione, vnde Io. 20. Stetit Ieſus in medio. Et Act. 13. Viri fratres vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt, deponens fuit in reſurrectione in qua depoſito homine veteri non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad fragilitatem & mortalitatem, ſenſum paſſiui depoſuit actiuam ſignificationem realiter retinendo, ſeruatq; ſenſum paſſiui characteres vulnerum retinendo, vnde Act. 13. Poſtquam dictum eſt vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Sequitur cum cõſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erãt deponentes eum de ligno poſuerunt eum in monumento. Sed eſt ſubſtantiuum, vnde ipſi proprie competit illud ſubſtantiuum ſum & fui, iuxta illud Exo. 3. Ego ſum qui ſum, vnde in Pſal. In æternum domine permanet verbum tuum, verbum autẽ domini ſtabit in æternum, vt dicitur Eſa. 40. Vlterius dicunt grammatici, quod verbum habet quinque modos, ſcilicet indicatiuum, infinitiuum, imperatiuum, coniunctiuum, optatiuum. Sic verbum Dei filius eſt verbum primo modi indicatiui: peccata commiſſa indicando, vnde in Pſal. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Secundo eſt modi infinitiui diſſimulando, vnde dicitur Prouerb. 25. Non loquitur verbum niſi in tempore ſuo. Tertio eſt modi imperatiui, vt peccata dimittans comminando. Vnde petrus cognoſcens vilitatem peccati dicit. Lucæ 5. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus &c. Quarto eſt modi coniunctiui gratiam infundendo, vnde Pſalm. Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. Quinto eſt modi optatiui gloriam largiendo. Hæc optabat Hieremias 17. cũ dicebat, vbi verbum domini eſt veniat. Qui enim audit verbum Dei habet vitam æternam, vt dicitur Io. 5. *Pſal. 18* *Pſal. 126*

Tertio inuenitur verbum in logicalibus, dicunt enim logici de verbo quod vel prædicatur vt homo currit vel eſt copula prædicati cum ſubiecto, vt dicendo petrus eſt bonus. Et hæc duo conueniunt Dei filio, quia ipſe eſt illud verbũ quod prędicatur a prophetis & ſanctis patribus in lege Moſayca. Et eſt idem quod prædicatur ab euangeliſtis & doctoribus in lege euangelica, vnde 1. Cor. 1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum &c. Et 2. Thi. 4. Prædica verbum inſta opportune im-

p or-

Digitized by Google

Nota verba quæ ſcripta mandantur per regem non ſtatim exequuntur niſi ad tempus quo mandatur per regem, ſicut patet de litera qua fuerunt capti Iudei vel templarij, & hoc eſt ne præſcientes caueant & fugiant, ſed tempore determinato executioni mandent, & iterum ſcribuntur in papiro curiæ & ſciunt tantum curiales quid debet fieri. Sic factum eſt de verbo Dei miſſo ad genus humanum, quia nõ ſtatim quando venerunt litteræ de Paradiso fuit executioni mandatum vt appareret hominibus, ſed fuit primo ſcriptum in papiro curiæ, ideſt in vtero virginali & ſciuerunt hoc tantum curiales, ſcilicet nuncius qui literas apportauit, ſcilicet archãgelus Gabriel, & pater qui miſit, & Spiritus ſanct⁹ qui ſcripſit & Ioſeph qui fuit balius, & Elizabeth quæ erat de curia eo ꝙ eſſet mater ſeruientis curiæ, ſcilicet Ioannis Baptiſtæ, & ipſe etiam Ioannes in vtero ſciuit qui fuit ſeruiens Chriſti vadens ante eum, & huic reuelatum eſt in vtero matris, hi ſoli ſciuerunt ne fugerent Iudei vel templarij, ideſt diaboli qui præcauiſſent ſibi & fugiſſent ſi ſtatim poſtquam ſcriptum fuit hoc verbum per conceptionem fuiſſet propalatum per natiuitatem, & ideo latuit 9. menſibus antequam hoc verbum quod erat conceptum & ſcriptum proferretur vel naſceretur, vnde Luc. 18. Erat verbum iſtud abſconditum ab eis, ſed in natiuitate fuit reuelatum omnibus, quia tunc literas mandauerat dari executioni Deus pater, prius autem fuit celatum & abſconditum pluribus, ſed reuelatum paucis ſecretarijs prædictis curialibus. Ideo dicitur Amos 3. Non faciet dominus verbum niſi prius reuelauerit ſecretum, hoc ſecretum in natiuitate reuelatum fuit, & ideo paſtores volentes ſcire iſtos rumores dixerunt. Lu. 2. Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum quod &c.

Quantum ad ſecundum nota quod Dei filius erat verbum prolatum, in ipſa prolatione primo incipit audiri & cognoſci, ſic verbum quando fuit natum primo incepit audiri & cognoſci, vnde fecit ſicut faciunt iſti nobiles prȩliantes bene nominati, cum enim per bellum volunt aggredi hoſtes ſuos primo præmittunt aliquos & ipſi ponunt ſe in aliqua valle, & cum in illa inceperint cõtra ipſos bellare quaſi iam habentibus victoriam exeunt de valle & clamant, talis talis, ſicut Francia Francia, & tali nomine audito hoſtes terrentur & ſolo terrore vincuntur. Sic Chriſtus volens pugnare contra dæmonem præmiſit aciem prophetarum, & tandem Ioannẽ Baptiſtam qui magis vincebantur quam vincerent, ſed Chriſtus incepit exire de valle virginis vteri virginalis & tunc Io. clamauit, verbum caro factum eſt, tunc territi dæmones victi ſunt, vt patet in paraſceue, quod autem iſtud verbum tremant dæmones ſuper omnia verba ſcripturæ. Nota de illo fratre quem impugnantes dæmones ſolum dimittebant cum hoc dicebat, Verbum caro factum eſt. Item de illo qui dicit hoc expreſſe fratri. Item de illo fratre de quo vidit beatus Dominicus, quod diabolus nõ poterat facere aliquas illuſiones ſuper cellam illius qui dicebat Euangelium Ioannis: In principio erat &c. Cæteri vero dicebant orationes alias quæ non prohibebant illuſiones dæmonum. Item de illo dæmone qui apparuit fratri in choro in ſede vacua iuxta eum quem repræhendit, quia nõ inclinabat ſe cum diceretur, natus ex maria virgine, quia dicit ſi aſſumpſiſſe naturam angelicam ipſe proſterneret ſe ad terram, hoc eſt illud verbum de quo Io. in canonica ſua quod vidimus & audiuimus & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, annunciamus vobis. Nota verbum quod geſtatur in corde nunquam videtur niſi ſcribatur nec auditur niſi proferatur, ideo vt ipſum videremus fuit primo ſcriptum in conceptione: vt audiremus fuit prolatum in natiuitate. Item nota quod idem verbum manens idem poteſt manere in mente in imagine in ſcripto, & poteſt idem verbum induere formam vocis vt extra proferatur, ſic idem verbũ manſit in mente patris in imaginibus prophetarum ſcriptum in vtero virginali

&

Digitized by Google

& natum, forma carnis indutum, vnde Auguſt. primo de doctrina chriſtiana, ſicuti cum loquimur, vt id quod animo gerimus in audientis animo per aures corporeas illabatur fit ſonus verbum quod corde geſtamus & locutio vocatur, nec tamen in eundem ſonum cogitatio noſtra conuertitur, ſed apud ſe manens integram formã vocis qua ſe inſinuat auribus ſine aliqua labe immutationis aſſumit. Ita verbum Dei non commutatum caro tamen factum eſt. Item nota, quod dicit. Vidimus ſicut quando verbum profertur abſque aliqua violatione vel corruptione dicitur. Ita verbum probatum de virgine abſque violatione naſcitur, & huic incorruptioni atteſtatur floritio regalis apulegij in hac nocte, vbi nota quod hæc herba ſemper in hora qua Chriſtus natus fuit nocte iſta flores producit quantumcunque ſit ſicca, hoc regale apulegium fuit virgo beata, & ſicut illa herba ſicca etiam producit florem abſque aliqua corruptione quem prius ſeruabat in corpore. Ita virgo verbum conceptum quod prius ſeruabat in corpore ſicut quendam florem abſque aliqua violatione protulit nocte iſta. *Maria Virgo comparatur Apulegio regali.*

Secundo inuenitur verbum in grammaticalibus, dicunt autem grammatici ꝙ verborum eſt hæc conditio quod aliquod verbum eſt neutrum, actiuum commune, paſſiuum, deponens, ſubſtantiuum. Sic verbum patris Dei filius eſt verbum neutrum, ante rerum productionem per principiationem actiui & paſſiui. Et de hoc Luc. 1. Erat verbum iſtud abſconditum ab eis. Actiuum eſt in rerum creatione, vnde Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Paſſiuum eſt in pœnarum afflictione. Et de hoc Apoc. 19. Erat veſtitus veſte aſperſa ſanguine & vocabatur nomen eius verbum Dei: commune fuit in morali conuerſatione, vnde Io. 20. Stetit Ieſus in medio. Et Act. 13. Viri fratres vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt, deponens fuit in reſurrectione in qua depoſito homine veteri non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad fragilitatem & mortalitatem, ſenſum paſſiui depoſuit actiuam ſignificationem realiter retinendo, ſeruatq; ſenſum paſſiui characteres vulnerum retinendo, vnde Act. 13. Poſtquam dictum eſt vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Sequitur cum cõſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erãt deponentes eum de ligno poſuerunt eum in monumento. Sed eſt ſubſtantiuum, vnde ipſi proprie competit illud ſubſtantiuum ſum & fui, iuxta illud Exo. 3. Ego ſum qui ſum, vnde in Pſal. In æternum domine permanet verbum tuum, verbum autẽ domini ſtabit in æternum, vt dicitur Eſa. 40. Vlterius dicunt grammatici, quod verbum habet quinque modos, ſcilicet indicatiuum, infinitiuum, imperatiuum, coniunctiuum, optatiuum. Sic verbum Dei filius eſt verbum primo modi indicatiui: peccata commiſſa indicando, vnde in Pſal. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. *Pſal. 18* Secundo eſt modi infinitiui diſſimulando, vnde dicitur Prouerb. 25. Non loquitur verbum niſi in tempore ſuo. Tertio eſt modi imperatiui, vt peccata dimittens comminando. Vnde petrus cognoſcens vilitatem peccati dicit. Lucæ 5. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus &c. Quarto eſt modi coniunctiui gratiam infundendo, vnde Pſalm. Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. *Pſal. 126* Quinto eſt modi optatiui gloriam largiendo. Hæc optabat Hieremias 17. cũ dicebat, vbi verbum domini eſt veniat. Qui enim audit verbum Dei habet vitam æternam, vt dicitur Io. 5.

Tertio inuenitur verbum in logicalibus, dicunt enim logici de verbo quod vel prædicatur vt homo currit vel eſt copula prædicati cum ſubiecto, vt dicendo petrus eſt bonus. Et hæc duo conueniunt Dei filio, quia ipſe eſt illud verbũ quod prędicatur a prophetis & ſanctis patribus in lege Moſayca. Et eſt idem quod prædicatur ab euangeliſtis & doctoribus in lege euangelica, vnde 1. Cor. 1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum &c. Et 2. Thi. 4. Prædica verbum inſta opportune im-

p or-

Digitized by Google

portune. Eſt etiam illud verbum quod eſt copula mirabilis. Copulauit enim in vna perſona velut in vna propoſitione logica mundo demonſtrata duo in infinitum diſtantia, ſcilicet orientem & occidentem, lucem & tenebram, punctum & lineam, centrum & circunſtantiam, lutum & aurum, diuinitatem & humanitatem, finitum & infinitum, creatum & increatum, creatorem & creaturam, hæc fuit copula mirabilis & in audita, & omni intellectui non ſolum mirabilis, ſed per rationẽ impoſſibilis: huic tamen Dei filio iſti verbo poſſibilis quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Luc. 1. hoc dicebat Apoſtolus. Ephe. 2. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum hanc copulam, tunc completam quando verbum caro factum eſt pulchre deſcribit Apoſtolus ad Eph. 1 omnes quod hoc verbum propter copulam portat ſecum quæ ſunt diuinitatis & humanitatis dicens, multifarie multiſque modis vſque ibi, qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantię eius portans omnia verbo virtutis ſuę purgationem peccatorum faciens ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Ex præmiſſis igitur patet aliqualiter quare Dei filius a ſcriptura ſacra verbum vocetur, quia propter conditiones verbi reparatas in verbo accepto naturaliter, grammaticaliter & logicaliter.

Quantum ad ſecundum nota, quod in hoc pronomine poſſeſſiuo tuum, oſtenditur filij ad patrem & vna ſubſtantialitas ratione poſſeſſionis & alia perſonalitas ratione diſtinctionis, quorum vtrunque ipſo pronomine importatur. Vbi intelligendum quod ſe ſpeculans in ſpeculo continue ſuo aſpectu generat ſpeciem diſtinctam ſe repræſentantem in eo. Ita Deus pater ſe in ſpeculo ſuæ diuinitatis intelligens & intuens generat verbum filium ſuum qui eſt patris imago, & ſicut ſemper imago ad aſpectum intuentis in ſpeculo quandiu intuens ſpeculatur generatur & gignita eſt, ita verbum Dei, filius patris: per patris continuum intelligere ſemper generatur & ſemper genitus eſt. In hoc tamen eſt differentia: quia verbum eſt patri conſubſtantiale, non tamen imago ſpeculi ipſi intuenti. Pſal. igitur volens oſtendere diſtinctionem perſonalem inter patrem poſſidentem & filium poſſeſſum licet vnitas ſubſtantialis maneat vſus eſt pronomine poſſeſſiuo & diſtinctiuo dicẽs tuum. Si vis dilatare contra vitia, dic quod notanter dicit in cœlo, quando ſcilicet dicit in æternum domine permanet verbum tuum in cælo & non in terra, quia peccatores ipſum expellunt de terra, proſequere vt volueris.

Quantum ad tertium nota, quod poſſet quis mirari & merito, vnde hoc patriarchis & prophetis ac cunctis ſanctis patribus vt cor ſuum & fidem ſuam ad cęlum & ad Deum ad Dei verbum intantum dirigerent, quod ſupra ſe ſperando eleuarent cum hominum corda ad ima ad terrena ex natura ſua ſint continue inclinata, vnde iſte Pſal. dicit ſuperſperaui, ideſt non in hæc inferiora ſed in ſuperiora & ſuper naturam & rationem exiſtentia ſperaui. Et dicendum, quod non virtute propria ſed ſuperiore & diuina, vbi notandum quod quamuis grauia vt aqua ex natura ſua ſemper tendant deorſum, tamen ne ſit dare vacuum in natura, virtus cœleſtis facit vt vltra & ſupra ſuam naturam aquę ſurſum tendant & aſcendant ſicut expreſsè patet in amphora ad aquam inclinata accenſam candelam interius continente, quia quantum ignis interior de aere conſumeret tantum de aqua non ſua ſed cęleſti virtute ſurſum aſcendet & idem faceret terra & quodcunque aliud corpus graue. Sic ſpiritualiter quamuis mens humana ex ſua natura ſit prona & inclinata ad iſta inferiora credenda & diligenda & ſperanda, tamen ne mens humana quia iſta non ſatiant, non replent, non quietant animam. Iuxta illud Augu. Creaſti nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec quieſcat in te, remaneret inanis & vacua, ſed eſſet plena tandem gloria & hic gratia immittit Deus ſpecialem influxum per virtutem fidei & ſpei, quibus mens humana ſe ſupra & vltra ſe

ele-

Digitized by Google

eleuatur & erigitur vſque ad Deum in cunctis fidelibus quod Dei virtute & non propria ratione vel conditione, de his & in illa quæ ſunt ſupra ſe ſperant Deo adiuuante & eleuante, vnde dicit alibi idem Pſal. Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum &c. Igitur ſperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda &c. vt enim idem Pſal. dicit: Salus iuſtorum a domino & liberabit eos a peccatoribus & ſaluabit eos, quia ſperauerunt in eo &c. *Pſal. 26*

SERMO LXXXXI.

De beato Luca Euangeliſta.

LVcerna pedibus meis verbum tuum. *Pſal.* 118. vulgariter in prouincialico dicitur tale prouerbiũ: *Enfant qui vient de nature prent de dieu ſa paſture*, hoc eſt dicitur, quando puer naſcitur a Deo paſcitur, ſi enim propria & aliena deſint ſuffragia tamen aſſunt Dei auxilia. Et hoc patet Exod. 2. Cum enim Moyſes natus fuiſſet fluuio expoſitus proprio & alieno auxilio deſtitutus ſtatim Deus prouidit ei per filiam Pharaonis quæ acceptum de aqua puerum nutrici tradidit paſcendum & nutriendum dicens, accipe puerũ iſtum & nutri mihi & dabo tibi mercedem. Eſt enim Deus ſicut paterfamilias, qui inter cæteras ſollicitationes hanc habet potiorem quod proli propriæ de bona nutrice prouideat ad prolem nutritionem & educationẽ in qua eſt ſumma cautela adhibenda, quia ad bonitatem nutricis vel malitiam, ſequitur bona vel mala nutritio prolis, vnde vidi hominem qui de bienno in biennum patiebatur quartanam, nec inueniebatur alia cauſa niſi quia nutrix quæ eum nutrierat pro tunc erat quartanaria. Eſt enim nutrix puero oculus ad dirigẽdum, pes ad incedẽdum, cibus ad nutriendum, & ideo ad bonam prolis educationem eſt ſummæ neceſſaria bonæ nutricis electio, quia ex mala nutrice, mala ſequitur prolis nutritio, vnde legimus ſecundi Reg. 4. Quis cum filius Ionathæ vocatus Miphibozet fuit traditus cuidam nutrici & ipſa ſemel cum puero fugeret feſtinans offendit pedibus & cum puero cecidit & idcirco puer fuit læſus, & vt dicitur ſequen. ca. 9. Factus eſt claudus vtroque pede. Hæc idcirco dixerim, quia Chriſtus velut paterfamilias habet prolem propriam, ſcilicet totam militantem eccleſiam, totum populum chriſtianum, qui quidem populus in primitiua eccleſia nouiter conuerſus & natus a mundo dimiſſus immo perſecutus & fluuio tribulationum velut Moyſes expoſitus, & proprio ac alieno auxilio, ſicut puer deſtitutus habuit Deum ſibi de nutrice & de auxilio prouiſorem & ſollicitum curatorem, & hoc eſt argumentum Chriſti. Mat. 6. Reſpicite volatilia cœli qui non ſeminant neque metunt neque congregant in horrea, & pater veſter cæleſtis paſcit illa: nonne vos pluris eſtis illis, Nutrices igitur iſtius prolis fuerunt apoſtoli, euangeliſtæ & doctores alijs, qui populo in fide nouiter conuerſo & per baptiſmum generato fuerunt oculus ad dirigendum, pes ad deducendum, cibus ad nutriendum, & hoc dicebat Paulus qui fuit vnus nutritor. primo Theſſal. ſecundo. Facti ſumus paruuli in medio veſtri tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, & primo. Corinth. 3. Tanquam paruulis in Chriſto lac potum dedi non eſcam, ideo dicebat petrus, primæ Pet. 2. Sicut modo geniti infantes lac concupiſcite. Iſti fuerunt optimæ nutrices & qui ſunt nutriti lacte doctrinæ ipſorum crediderunt in ſalutem, qui autem alias nutrices habuerunt pſeudo prophetas Apoſtolos doctores peruerſos falſos hæreticos & nutriti ſunt lacte ægypti doctrina mundi & diaboli ceciderunt corruerunt perijt doctores & diſcipuli, ſicut

cut ancilla Miphiboſet, & facti ſunt claudi vtroque pede, quia pede intellectus quantum ad credenda, & affectus quantum ad agenda. Iſtam nutricem timebat. Pſal. quando dicebat. Non veniat mihi pes ſuperbiæ &c. Sequitur ibi, ceciderunt qui operantur iniquitatem expulſi ſunt & non potuerunt ſtare. Quia igitur Chriſtus de prole ſua, ſcilicet de eccleſia propria ſollicitus dedit beatum Lucam ſuum Euangeliſta nutritorem ſuorum paruulorum pręcipuum, quia per doctrinam quā verbo prædicauit & ſcripto tradidit fuit chriſtifidelibus tam in primitiua eccleſia quam hodierna, oculus ad deducendum in cognoſcenda pes ad perducendum in agenda, cibus ad nutriendum in perficienda. Ideo Pſal. In totius eccleſiæ perſona hæc tria per ordinem beato Lucæ in verbis propoſitis recognouit dicens. Lucerna pedibus meis verbum tuum. In quibus verbis Pſal. Beati Lucæ præconia intuens deſcribit eius.

Perfectionem intrinſecam, Conuerſationem intrinſecam, Eruditionem ſaluificam,	Lucerna pepedibus, meis verbum tuum.

Deſcribitur autem ſublimis eius.

Perfectio interior, Conuerſatio exterior, Eruditio ſalubrior,	Tanquam plena.	Claritate, Charitate, Veritate,	Lucerna pedibus meis verbum tuum.

Quippe beati & glorioſi huius Euangeliſtæ.

Interior perfectio, Exterior conuerſatio, Salubrior eruditio,	Habuit plenam.	Claritatem, Caritatem, Veritatem,]

Quia fuit omni carens.

Spurcitia, Malitia, Fallacia,	Lucerna pedibus meis verbum tuum.

Quantum ad primum nota, quod ſicut eſt de rebus lucentibus naturaliter. Ita de hominibus ſpiritualiter. In rebus autem lucentibus ſic inuenio, quod quædā ſunt noctiluca, id eſt de nocte lucētia: vt aliqui vermes & quæcunque putredines: quædam ſunt diei Luca, id eſt de die lucentia, vt gemmæ lapides precioſi, vt carbunculus, ſaphirus, & huiuſmodi, modo iſta quæ ſunt noctiluca veniente die & ſole perdunt lucem nec illuminant, & quæ apparebant aliquid magnum & præcioſum inueniuntur nihil niſi forte quod apparet vilitas eorum vt vermis vel putredo & corruptio, & tunc talia contemnuntur & abijciuntur, illa vero quæ ſunt diei Luca: id eſt de die lucentia, de nocte quidem modicum apparent ſed in die inueniuntur ſplendentia, lucentia & precioſa, & talia appetuntur & in theſauro reponuntur. Sic eſt ſpiritualiter in hominibus, per noctem enim totam vitam præſentem caliginoſam intelligo, per diem vitam æternæ claritatis accipio.

Vita hominis nocti ſimilatur.

Quidam enim ſunt qui in nocte præſentis vitæ ſunt multum lucidi & videntur eſſe aliquid magnum & precioſum, pollent enim aliqui & lucent quidam generis nobilitate, diuitiarum vbertate, honorum dignitate, ſcientiæ claritate, perſonæ ſpecioſitate, fortunæ proſperitate, & iſta ſunt magni precij in hoc mūdo, multum reputantur magni & precioſi, ſed finaliter venit dies illuminans abſcondita tenebrarum & manifeſtans conſilia cordium. Et tunc huiuſmodi homines veniente ſummo die huius ſæculi perdunt huiuſmodi lucem. Et tunc in talibus non inueniatur niſi putredo & vermis: tam in mente quam in corpore. In mente quidem putredo culpæ, & vermis conſcientiæ In corpore autem putredo carnis vilis fętens & vermis corpus ipſum corrodens, tunc obumbratur & ceſſat tota illa lux, quia

Digitized by Google

quia ceſſat & obumbratur generis nobilitas,diuitiarum vbertas, honorutu digni-tas,ſcientiarum claritas,perſonæ ſpecioſitas, & fortunæ proſperitas,& non rema-net nec apparet niſi fętor vermis corruptio & fęditas, propter quod tales a Chri-ſto abijciuntur,& in infernum repelluntur : Ita cognoſcebat Iob.7.putredini dixi: pater meus es mater mea & ſoror mea vermibus, ſequitur in profundiſſimum in-fernum deſcendent omnia mea.Igitur domine quæ per balnea lauachra,picturas, veſtimenta & ornamenta volunt lucere,domini etiam qui per diuitias delitias ve ſtes varias & huiuſmodi lucent in hoc mundo caueant, quia totum eſt vermis & putredo fætor & corruptio quæ manifeſte patebunt in alio ſæculo. Iob.13.veſti-gia pedum meorum conſideraſti,qui quaſi putredo conſumendus ſum & quaſi ve-ſtimentum &c. Iob.25. Homo putredo & filius hominis vermis, horum lux & lu-cerna lucet & ſplendet in hoc mundo ſed in alio diſperibit & extinguetur in in-ferno,vnde dicent cum fatuis virginibus.Matth.25.Lampades noſtræ extinguun-tur. Ideo Iob.21. Lucerna populorum extinguetur,ſequitur infra,quia in diem perditionis ſeruabitur malus & ad diem furoris ducetur.

Alij autem ſunt qui in hoc mundo non lucent non apparent in hac vita, ſtante in humilitate,paupertate,aduerſitate,perſecutione,tribulatione, & abiectione ni hil reputantur,& tamē ſunt lapides precioſi pauperes,ſectatores,imitatores Chri ſti, contemptores huius ſæculi ſicut fuerunt ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, quo-rum lux,dignitas,valor,precioſitas,& ſanctitas parum reputabatur in hoc mūdo, ſed venit dies vitæ alterius ſæculi & tūc patuit eorum claritas, eorum precioſitas, fuerunt lucernæ non extinctæ ſed accenſæ fuerunt,non abiecti in inferno, ſed po-ſiti in Paradiſo.Ita vidit Io.Apo.vl.vbi dicit: Serui eius ſeruient ei & videbunt fa ciem eius & nomen eius in frontibus eorum, & nox non erit vltra & non egebunt lumine lucernæ neque lumine ſolis quoniam dominus Deus illuminabit eos,& re gnabunt in ſæcula ſæculorum,de horum numero fuit beatus Lucas Euangeliſta. Nam ipſe non habuit nec habere curauit lucem huius ſæculi, pompam, gloriam, poteſtatem,honores,diuitias,excellentias & delitias temporales, ſed Pauli Apo-ſtoli diſcipulus & eius in tribulationibus comes indiuiduus ſine vxore & filijs in virginitate Deo ſeruiens Euangeliū & actus Apoſtolorum ſcribens octoginta an-norum plenus Spirituſancto obijt, vt dicit Hieronymus ſuper actus Apoſtolorum in prologo. Et ideo quia caruit omni carnali immunditia & omni mortali culpa non eſt inuentus a Chriſto putredo & vermis fętens,ſed carbunculus lucens, & id-eo in theſauro poſitus Paradiſi tanquam clara lucerna & lucens.Ideo poteſt de eo & de quolibet ſancto exponi illud Prouerb.31. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Nota ſi vis, non extinguetur in nocte,dupliciter poteſt exponi,ſecundum ꝙ nox in ſcriptura dupliciter accipitur, vno modo accipitur nox pro morte. Io. 14. Venit nox quando nemo poteſt operari, & ſic accipiendo,nota, quod ſic eſt ſpiri-tualiter ſicut vidi in domibus magnorum temporaliter, vidi enim in domibus do minorum cardinalium & aliorum magnorum quod in principio ſeptimanę datur certa portio candelarum ſingulis de familia, unde lumen habeant ad faciendum de nocte ſua facta & ad lectum intrandum, modo ſunt quidam qui huiuſmodi lu-men expendunt & in bonis actibus & cum lumine intrant quietem & lectum. Alij ſunt qui in operibus uel uilibus uel inutilibus ut in parando equum uel in lu dis & huiuſmodi expendunt lumen ſuum, & quando deberent intrare lectum ſuū deficit eis lumen, & tunc contingit aliquando ſicut ego uidi de uno, quod quando debent intrare lectum cadunt in antrum & frangunt ſibi collum. Ita ſpiritualiter Deus a principio uitæ dat homini lumen lucernam unde uideat facere facta ſua, & unde videat prudenter intrare lectum ſepulchri in nocte mortis. Et hoc lumen

eſt

eſt ratio intellectualis, de quo Pſal. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Quidam igitur infelices qui lumen conſumunt in tota vita ſua in malis actibus: quidam circa fimum ſtabuli ſicut gartiones per peccatum immunditię: quidã quærendo ſęnum per peccatum auaritię: quidam quęrẽdo auenam & granum per peccatum gulæ, quidam præparando equum per procurationem honorum & ambitionem dignitatis, & appetitum ſtatus alti & excellentę: & quando venit nox mortis conſumpſerunt lumen rationis intellectualis in iſtis fatuis actibus: & tunc eis deficit ſenſus, & ratio & lucerna extinguitur, & ideo quia intrant lectum ſepulchri ſine lumine cum credunt intrare lectum ad quieſcendum cadunt in antrũ inferni ad ſupplicia ſuſtinendum. Iob. 21. Tenent tympanum & cytharam, gaudent ad ſonum organi, & in puncto ad inferna deſcendunt. O domini videatis in curia romana quot venerunt & quot ſunt qui expendunt lumen ſuum ad parandum equum, ad promouendum ſeipſos, ad præbendam, ad epiſcopatum, ad archiepiſcopatum & ad cardinalatum, ad papatum, & finaliter candela conſumpta, & aliquando ſine aſſecutionibus oportet quod in curia intrent lectum ſepulchri, & vtinam non ſine lumine & vtinam non caderent in antrum. Alij ſunt qui lumen ſibi datum a Deo expendunt in neceſſarijs in bonis operibus, in actibus virtuoſis: & iſti nocte mortis lumen non deficit, quia cum notitia Dei & ſui cum rectitudine debita ſuorum peccatorum & diuinorum donorum cum ordine bono omnium tam ſpiritualium quam temporalium in noctis mortis lectum intrant ſepulchri, & non cadunt in antrum inferni, ſed veniunt ad requiem Paradiſi, & de hoc ſcribitur Prouer. 13. Lux iuſtorum lętificat lucerna autem impiorum extinguetur. Et beatus Lucas lumen ſibi datum bene & in bonis operibus Euangelium ſcribẽdo, laborando, predicandum expendit, & cum iſto lumine plenus Spiritu ſancto lectum ſepulchri in nocte mortis intrauit. Ideo dicitur hic, non extinguetur in nocte lucerna eius. Vt de illo poſſit illud intelligi. Exod. 27. Ardeat lucerna ſemper in tabernaculo.

Pſal. 4

Alio modo lucerna in ſcriptura accipitur pro aduerſitate, ſicut dies ſignificat proſperitatem, vnde in Pſal. In die mandauit dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius. Et ſic accipiendo nota, quod inter lucernas eſt hæc differentia, quia lucerna habens multum de igne & luce ad modicum flatum vel ventum vel ad modicam aquam non extinguitur: immo fortius accenditur & illuminatur, ſed lucerna modicum habẽs de luce & igne ad modicum flatum, ad modicam aquam, ſtatim extinguitur. Omnis tribulatio aduerſitas & pęna quam pro Chriſto patimur in hoc mundo & ſi in ſe magna eſt tamen reſpectu pręmij nihil eſt. Ro. 8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. In quibuſdam igitur eſt ita parum de luce vel igne charitatis quod ad modicum flatum aduerſitatis ſiue temptationis, ad modicam guttam tribulationis, ſtatim eorum lucerna extinguitur quæ aduerſa non ſolum ſunt modica reſpectu pręmij, immo etiam reſpectu ſui, vnde Iob. 18. Nonne lux impij extinguetur nec ſplẽdebit flamma ignis eius, lux obtenebreſcet in tabernaculo eius, & lucerna quæ ſuper eum eſt extinguetur. Alij autem qui ſunt accenſi igne & lumine diuino. Ita ſunt lucernę ardentes quod etiam magnę temptationes in ſe, magnę aduerſitates, magnę tribulationes non poſſunt lucem & ignem diuinum extinguere: immo tunc in Deum & diuinorum amorem fortius accenduntur. Et de talibus dicitur Canticorum 8. Aquę multę non potuerunt extinguere charitatem. Ad hoc etiam videbatur Chriſtus exhortari. Lucę duodecimo. Sint lumbi veſtri præcincti & lucernę ardentes &c. Et quia beatus Lucas Euangeliſta nunquam per aliquem ventum tẽptationis nec per aquam tribulationis extingui potuit, ſed ſemper lucerna lucẽs, & ardens permanſit. Idcirco dicitur. Non extinguetur in nocte, ideſt aduerſitate lu-

Pſal. 41

cerna

Digitized by Google

cerna eius,propter quod illud ipſi competit. Io.5. Erat lucerna ardens. Benigniter dicitur Lucas a luce & a lucendo, quia ſemper eam hic ſeruabit & eam plus Deus in morte in alio ſæculo reſeruauit. Vnde poteſt de eo intelligi per illos qui ſunt in patria eſſe dictum illud. 2. Paralipo.13. Eſt apud nos candelabrum aureum & lucerna eius,vt ſemper accendatur. Nota hæc ſancti in patria dicunt, vtinam hodie hoc poſſet dici in eccleſia,quia multi ſunt lucernę extinctę,& qui debent lumen facere faciunt fumum.Et ideo eccleſia conſiderans tempus quo iſta lucerna ſplendebat & tempus quo nunc lucernę noſtræ non illuminant ſed fumant, plorat cũ Iob. 29. Quis mihi tribuat vt ſi in iuxta dies priſtinos quãdo ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum & ad lumen eius ambulabã in tenebris,ſicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ.

Quantum ad ſecundum nota, quod bos duo habet quia & lucem de oculis emittit. Vnde oculi bouis de nocte irradiant, & tempore niuium pede aperit viam, quando homini per ſuorum pedum veſtigia in malis paſſibus viam parat. Sic enim ego fui ſemel eductus de loco niuibus pleno. Secundum Gregorium. 1. moralium exponentem illud Iob primo. Boues arabant,per boues intelliguntur maiores rectores, doctores, Apoſtoli & Euangeliſtæ,qui hæc duo debent habere,primo oculos circunſpectionis ex quibus lux radiet, eruditionis in tenebris ignorantiæ ſubditorum & populorum, & pedes operationis, quibus per bona opera tempore niuium, ideſt tempore periculorum, tempore neceſſitatis educant populum de ſtatu culpæ,per exemplum ſanctitatis,de ſtatu indigentiæ, per opus pietatis. Et quia beatus Lucas fuit talis bos, quia habuit oculum circumſpectionis radioſum,vt patet in doctrina ſua, pedem operationis fructuoſum & affectuoſum,vt patet in operatione ſua. Idcirco poſtquam Pſalmiſta dicit,quod erat lucerna, ſubiunxit quod parabat viam volenti incedere per eam dicens, pedibus meis. Ad hoc idem Pſal. Statuit ſupra petram pedes meos. Et iterum eripuiſti animam meam de morte:oculos meos a lachrymis pedes meos a lapſu. Et hæc duo confitetur Iob in eius perſona. Oculus fui cęco & pes claudo. Iob. 29. vtique velut alter angelus. Apoc. 10. Qui poſuit pedem dextrum ſuper mare & ſiniſtrum ſuper terram, pedẽ dextrum ſuper mare credibilium,& ſiniſtrum ſuper terram agibilium,pedem dextrum ſuper mare diuinitatis in Chriſto,pedem ſiniſtrum ſuper terram humanitatis in eodem,pedem dextrum ſuper mare Dei dilectionis, ſi ſiniſtrum ſuper terram dilectionis proximi,vt ſic ſtatueret ſuper petram Chriſtum pedes meos & dirigeret greſſus meos. Ideo pulchrè, figuratur per vnũ de quattuor animalibus per totum corpus oculatis. Ezech. 1. de quibus dicitur, ꝙ pedes eorum pedes recti,& planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli. Per faciem aquilæ intelligitur Ioannes qui altius ad diuinitatem volauit. Per faciem hominis Matthęus,qui de humanitate tractauit. Per faciem leonis Marcus, qui de reſurrectione prædicauit. Per faciem vituli Lucas, qui de ſacerdotio Chriſti & paſſionis ſupplicio perorauit. Iſte igitur vitulus fuit plenus oculis lucentibus vndique, quia habuit oculos ſuperius deſcribendo æterna præmia. Inferius deſcribendo horrenda ſupplicia. A dextris deſcribendo cautelam in proſperis. A ſiniſtris ſcribendo patientiam in aduerſis, ante per profectum edoctum in gratia, retro per defectum oſtenſum ex culpa. *Pſal. 39.*

Iſte igitur vitulus cum alijs oculatus pedes rectos habuit quia non niſi vbi erat impetus ſpiritus Dei gradiebatur nec reuertebatur, ſed ſemper proficiebat. Et ſic iſte vitulus oculis & pedibus viam populo præparabat.

Sed diligenter aduertendum, quod dicitur quod pedes erant recti & pedes vituli, quia viæ & greſſus doctorum rectorum debent habere rectitudinem.

Digitized by Google

Eſt enim natura perdicis, quod ſi prima intrat rete & reliquæ quæ ſequuntur. Ita quando rectores deuiant & cadunt ſimiliter ſubditi ruunt. Item dicit, quod pedes erant vituli, Vitulus enim habet in pede tarditatem itineris, grauitatem, oneris, diſtinctionem vnguis, quæ tria debent habere doctores, & aliorum ductores, quia debent habere maturitatem in verbis: grauitatem in ſententijs: diſcretionem in factis, quæ tria habuit Beatus Lucas, & ideo habuit pedes rectos vituli, quorum præparatione exemplo & directione deducitur Chriſti populus ad ſalu-
Pſal. 118. tem. Vnde dicebat Pſalmiſta. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos, & cætera. Et alibi. Eripuiſti animam meam de morte & pedes meos de lapſu vt placeam coram, &c.

Quantum ad tertium nota, quod ille medicus habet doctrinam veram & ſalutiferam, quæ ab infirmo ad mortem obſeruata, curat, viuificat, & a morte liberat. Talem doctrinam habuit Beatus Lucas. Ipſe quippe fuit medicus. ad Colloſſenſes tertio. Salutat vos Lucas Medicus chariſſimus. Fuit autem non ſolum medicus corporum, ſicut Hippocrates & Galenus, ſed etiam animarum, vt eius Magiſter Chriſtus. Vnde dicit Hieronymus in prologo, ſupra eius Euangelium. Lucas Antiochenus arte medicus. Et in prologo ſuper Actus Apoſtolorum, quem ita diuina ſubſecuta eſt gratia: Vt non ſolum corporibus, ſed etiam animabus eius proficeret medicina hic peccatoribus ad vitam habendam, infirmitatem pellendam, iuſtis ad vitam conſeruandam. Ita ſuam dictauit receptam in Euangelio, & Apoſtolorum actibus quod mortem ex infirmitate peccati pellit a peccatoribus & vitam
Pſal. dat æternam omnibus qui eam voluerit intelligere & ſeruare. Vnde dicit Pſalmiſta. Miſit verbum ſuum & ſanauit eos, & eripuit eos de interioribus eorum. Tertij Regum decimoſeptimo. Nunc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum eſt. Si vis dilata quot ſunt hodie diuerſorum peccatorum grauati infirmitate, & tamen non habent receptam hanc curæ ſuæ audiunt ſermones tales, ſed non faciunt iuxta receptam ſcriptam, non cuſtodiunt verbum Dei, & ideo non curantur, veniunt ad mortem inferni, ſed illi qui receptam doctrinam huius medici audiunt, & opere cuſtodiunt & perficiunt, illi veniunt ad vitam æternam Paradiſi. Lucæ vndecimo. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Ad quam &c.

SERMO XCII.

De ſanctis Apoſtolis Symeone et Iuda, & de quibuſcunque pluribus.

SAncti eius exultatione exultabunt. In Pſalm. 131. In vulgari prouincialico dicitur tale prouerbium. Qui bien & mal ne peut souffrir, a grant honeur ne peut venir. Hoc eſt dictu, qui bona & mala non poteſt ſuſtinere, ad magna bona non poteſt peruenire. Et quod hoc ſit verum patet ad ſenſum. Videmus quod agricolæ quandoque in ſuis operibus habent temporis ſerenitatem laborant aliquando fodiunt vel arant ſine frigore, ſine calore, ſine pluuia, ſine gelu, ſine niue. Aliquando habent aeris aduerſitatem, vt ventum, frigus, calorem, pluuiam, niuem, & huiuſmodi, igitur qui ſtatim ad quamlibet aeris aduerſitatem dimitterent agriculturam & nolent arare vel ſeminare nunquã ad bonas meſſes poſſent pertingere. Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit egebit æſtate. Sed qui in aeris ſerenitate & aduerſitate non timentes ventos, frigora,

Digitized by Google

gora, pluuias, niues &c. continue erant, ſeminant, & laborant, illis pertingunt bonas meſſes, bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus. Sapien. 3. Sic etiam videmus in mundo in domibus magnorum dominorum, quia illi qui non poſſunt pati bona & mala, honores & opprobria, proſpera & aduerſa, ad ſtatum magnum peruenire non poſſunt, ſed illi qui patienter ſuſtinent hæc & illa ad gradus altos perueniunt. Exemplum habemus in Dauid qui aliquando habuit aliqua proſpera vt victoriam de Golia. Et factus fuit gener regis, ſed maiori tempore ſuſtinuit aduerſa, quia quaſi continue fuit in odio & ira Regis Saul & eius perſecutione, vt patet primo Reg. per to. Sed quia bona & mala proſpera & aduerſa cum patientia multa ſuſtinuit, ad maximum honorem peruenit, quia factus fuit Rex Iſrael, vt patet in 2 lib. Reg. vnde ipſe ad hoc ſcripſit in Pſal. Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero, ego autem in miſericordia tua ſperaui. Exultauit cor meum in ſalutari tuo, cantabo domino qui bona tribuit mihi, & Pſalm. no. do. al. *Pſal. 12* Sicut enim in factis mundi, ita ſimiliter eſt in via Dei, quia qui in via Dei neſciũt vel nolunt bene ſuſtinere proſpera ne eleuentur abutendo vel aduerſa ne deijciantur cadendo ad honorem regni cęleſtis peruenire non poſſunt, ſed qui in ſtatu proſpitatis & bonorum non deſinunt laborare & mandata Dei obſeruare & implere qui etiam in ſtatu aduerſitatis dolorum, tribulationum & perſecutionum in patientia ſuſtinentes non dimittunt continue bona opera cum lachrymis ſeminare, illi meſſes magnas colligunt cum exultatione, poſt perſecutionem enim Saulis, id eſt mundi vel diaboli ad regnum veniunt Paradiſi, & hoc eſt quod dixit: Pſalm. Qui ſeminant in lachry. in exul. me. Euntes ib. & fle. mi. ſe. ſua. Venientes au. ve. cum ex. portan. ma. ſu. Sic fecerunt iſti ſancti Aeoſtoli, Symon & Iudas, patienter ſuſtinuerunt proſpera & aduerſa triſtia & doloroſa, bona & mala: hic ſeminantes cum lachrymis, & ideo cum gaudio & exultatione ad regna cęlorum peruenerũt. Applica ad propoſitum. Et hoc eſt quod dicunt verba propoſita. Sancti eius exul. exulta vbi deſcribunt iſti ſancti, quo ad tria quæ fuerunt in eorum vita, ipſi quippe habuerunt vitam.

Illibatam, Ordinatam, Præmiatam,	Sancti eius exultatione.	Fuit quippe eorum vita.	Illibata, Ordinata, Præmiata,	

Ratione.	Puritatis, Charitatis, Fidelitatis,	Quam.	Seruauerunt, Habuerunt, Receperunt,	Sancti eius exultatione.

Ergo iſti ſunt ſancti, qui pro Dei amore minas hominum contempſerunt.

Puritatem illibatam ſeruauerunt perfectius, Charitatem ordinatam habuerunt feruentius, Felicitatem ordinatam & præmiatam receperũt vberius,	Sancti eius exultatione exultabunt.

Quantum ad primum nota, quod in libris precioſis & bene ordinatis quamuis in maiori parte libri ſint litteræ niger & communis conditionis, tamen in principio & capite libri conſueuerunt fieri & poni litteræ capitales pulchre de auro argento rubeo & azurio, quæ ſua pulchritudine totum librum decorant & ornãt. Sic ſpiritualiter tota eccleſia eſt vnus liber pulcher bene ſcriptus quem dictauit Deus pater, ſcripſit filius, ligauit Spirituſſanctus. In hoc libro tot ſunt ſcriptores quot perſonæ: quantum ergo Deus in toto iſto libro velit omnes litteras eſſe pulchras & bene formatas per ſanctitatem & puritatem, tamen litteras capitales id eſt prælatos, paſtores, & prędicatores vult eſſe ſingularis pulchritudinis, ſanctitatis & honeſtatis, quia in capite libri ſcriptum eſt de eis vt faciant ipſi ſpecialiter *Eccleſia eſt qdã Liber.*

Digitized by Google

Pſal. 62 Dei voluntatem qui ſunt in caput gentium conſtituti, vt dicit Pſalm. In terra deſerta inuia & in aquoſa ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Sic inquam apparui tibi, quia ſic in ſanctitate deberent apparere etiam inter peccatores quod in eis ſit aurum fidelitatis per fidem, argentum veritatis per prædicationem, rubeum charitatis per dilectionem, azurum aſperitatis per macerationem. Et tales litteræ capitales decorant totum librum eccleſiæ & illuminant ſancti exiſtentes & ſua ſanctitate alios ſanctificantes. Et de talibus gaudens cantat eccleſia cum Pſalmiſta. Propter hoc letatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Tales fuerunt iſti ſancti Apoſtoli. Applica legendam eorum. Et ideo de iſtis poteſt intelligi illud Pſalmiſtæ. Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Sed dolendum eſt quod Pſalmiſta deplorat. Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus. Ratio poteſt eſſe: timendum eſt, quod ſic contingat de eo ſicut contingit cuidam capellano qui in domo ſua habens coruum, fecerat cum multis pulchris litteris capitalibus pulcherrimum breuiarium. Coruus autem diligit litteras ſicut pecunias & quanto ſunt pulchriores tanto ipſi ſunt gratiores. Ideo coruus continue inſidiabatur capellani breuiario. Sed bene clauſum inueniens non poterat aliquid nocere. Tandem vno die aperto inuento breuiario roſtro folia ſingula reuoluebat & litteras pulchras inueniens totum folium cum litera capitali a ſummo vſque deorſum, roſtro ſciendens ad nidum ſuum portauit, nec vnam in toto libro dimiſit, hæc forte cauſa eſt, quia plorat Pſalm. Saluum me fac Deus: quoniam defecit ſanctus. Coruus enim, id eſt diabolus ſumme diligit litteras, id eſt viros litteratos. Et tanto amplius quanto maiores & principaliores exiſtunt, plus enim diligeret vnum epiſcopatum quam decem clericos, & plus vnum curatum quam decem laicos, & plus vnum ſanctum quam decem peccatores. Ideo cōtinue inſidiatur & circuit querens quem deuoret. Verum eſt ꝙ quandiu homines ſtant bene clauſi & ligati cum Deo, diabolus nocere non poteſt. Sed aliquando eſt totum apertū, oculi ad viſum incautum, aures ad auditum indebitum &c. Et tunc diabolus venit ad breuiarium & quamuis inueniat & reuoluat minores literas & maiores bene libentius rapit, & rumpit maiores & pulchriores & portat ad nidū inferni, hæc forte eſt cauſa quare dicit. Pſa. Defecit ſanctus mihi, i. perijt ſanctus de terra & rectus in hominibus non eſt. Timendū ꝙ quandoq; Deus reſpiciat ſuū breuiarium inueniat ſic a diabolo laceratū. Sed in iſtis ſanctis diabolus nihil potuit facere nec eos rapere, quia ſemper ſanctitatem conſeruauerunt vt de eis verificetur. illud Sap. 7. Ecce quomodo cōputati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt. Ideo bonū eſt ſemper ſtare cautum tutū & clauſum Deo coniunctū, quia ipſe præſeruabit tales a coruo. Si vis nota miraculū in legenda B. Andreę, de illo epiſcopo quem diabolus in forma mulieris voluit decipere. in Pſalmo. Dominus non derelinquet ſanctos ſuos in ęternum conſeruabuntur, iniuſti autem diſperibunt ſimiliter reliquiæ impiorum interibunt, ſalus autem iuſtorum a domino.

Quantum ad ſecundum nota, quod corpora quæ ſunt altius ſituata, eo ipſo non ſunt nobiliora, quaſi ſint altius ſituata per fortunam vel violentiam non ideo erunt nobiliora. Sed quando ſunt altius ſituata per naturam propter aliquam qualitatem inexiſtentem, ſic ſituatio altior arguit maiorem nobilitatem. Exemplū in igne reſpectu aeris. Sic ſpiritualiter multi eleuantur & ſituantur in altum, honorum, diuitiarum, dignitatum, prelationū &c. ſed differenter, quia alij a caſu & fortuna & proſperitate mundi. Alij propter violentiam propter preces vel minas vel parentelā potentium, & certę tales propter hoc non ſunt nobiliores nec meliores,

immo

immo deteriores,& per conſequens ad caſum proximiores,quia tales non ſunt ordinati ad Deum nec a Deo,non ſunt poſiti propter charitatem,bonitatem, ſanctitatem, inexiſtentem, ſed propter fortunam vel potentiam impellentem. Et quia violenta non durant. Iſti ſunt proximi ruinæ & caſui. Figura Heſter tertio. Quia Aſſuerus exaltauit Aman filium Amadati & exaltauit ſolium eius ſuper omnes principes & quia hoc ipſi non debebatur propter eius merita cecidit & ſuſpẽſus fuit. Et ita de talibus. Pſalm. Inimici domini mox vt honorificati fuerunt & exaltati deficientes:quemadmodum fumus deficient,non enim ſunt ſancti eius,ſed inimici eius,de quibus idem. Pſalm. Inimici eius terram lingent. Alij eleuantur ſituantur & exaltantur ſecundum naturam qui propter ſanctitatem, charitatem, & cætera merita ad dignitates & honores ſublimantur, & iſti ordinantur a Deo & ordinantur ad Deum. Et ex hoc ſunt meliores & nobiliores. Tales ſunt decenter exaltandi & promouendi. Pſalm.qui charitate ordinantur ad ipſum. Congregate illi ſanctos eius qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia. A talibus Deus non requirit niſi verum amorem & veram charitatem ordinantem,diligite dominum omnes ſancti eius:quoniam veritatem requiret dominus. Tales fuerunt iſti ſancti Apoſtoli. Applica,qui ad Apoſtolatum exaltati pro Dei amore mortẽ glorioſam ſuſtinuerunt,de qua ſcripſit Pſal. Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Sed dices frater:multos videmus qui nobis apparent ſancti. Et finaliter apparent quidam ſancti Dei vt iuſti & veri,quidam ſancti diaboli,vt hypocritę & ficti. Ad quid cognoſcemus ſanctos Dei veros, & ſanctos diaboli fictos? Ecce quando dubitatur de auro:vtrum ſit verum aurum ponitur in igne. Et quando eſt verum aurum purgatur, quando eſt aurichalcum euaneſcit & exſufflatur. Idẽ eſt de duobus pannis quando dubitatur vtrum ſint eodẽ colore tincti ſi aquæ immergantur & vterque eodem modo colorem retinet. Certum eſt ꝙ ſint eodem colore tincti. Si autem vnus colorem retinet & alius decoloratur,ſignum certum eſt ꝙ nõ ſunt eodem colore tincti. Sic ſpiritualiter per ignem vel aquam intelligitur temptatio,tribulatio,perſecutio,iuxta illud. Pſal. Tranſiuimus per ignem & aquam. Quando igitur ſanctitas illorum qui ponuntur in temptatione,tribulatione,perſecutione, occiſione, ſicut fuit Chriſtus poſitus non euaneſcit, non exſufflatur,non decoloratur,immo magis augetur & demonſtratur,tunc illa ſanctitas eſt Dei & nõ diaboli vera & non ficta. De hac dicit Pſalm. Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Quando autem ſanctitas & charitas aliquorum euaneſcit, vel exſufflatur vel decoloratur in temptatione,tribulatione perſecutione,ſignum eſt ꝙ non eſſet vera ſed ficta non Dei ſed diaboli, de quibus poteſt intelligi illud Iob. 15. Ecce inter ſanctos eius,(ſcilicet diaboli qui dicuntur ſancti propter apparentiã non propter exiſtentiã)nemo eſt immutabilis,& cęli non ſunt mundi in conſpectu eius, quãto magis homo abominabilis & inutilis homo qui bibit quaſi aquã iniquitatem,ſ. Dei. Ideo de hoc Deum laudandum. Pſal. prædicat. Laudate dominum in ſanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Quippe ſanctis qui in terra ſunt eius mirificauit omnes voluntates ſuas in eis. *Pſal. 115*

Quantum ad tertium nota, dicitur communiter tale prouerbium, prope magnum dominum debet homo appetere habere menſam & cibum,longe autem cameram & lectum. Et hoc quidem verum eſt de dominis temporalibus qui aliquando ſunt duri & grauis ſeruitij non dimittunt ſeruitores ſuos quieſcere nec dormire tota nocte, faciunt eos ſurgere & laborare. Sed de domino curiali & gratioſo eſt bonum prope eum, & iacere, & comedere. Diabolus habet latam menſam: quia miniſtrat ſeptem fercula ſeptem peccata mortalia quæ homines grate recipiunt & libenter verũ eſt quod habet cameram inquietiſſimam, quia remordentẽ

conſcientiam, quia continue pungit & excitat peccatorem, vnde quantum delectat in menſa tantum inquietat in camera. Et ideo optimum eſt longe iacere ab eo. Sed Chriſtus eſt curialiſſimus dominus & quietus, quia & dat bona fercula menſę, & pacem & quietem camerę & conſcientię ſuis ſeruitoribus. Poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te, vt dicitur in Pſal. Et ideo in menſa dat bonorum operum & pęnitentiæ ſana fercula. Et in lecto quietem in conſcientia. Et poſt quietem conſcientiæ in via veniunt ad quietam menſam gloriæ in patria. Et fuit talis quies ſanctis Apoſtolis: Applica, vnde ad hoc Pſal. Exultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis. Sed nota, quidam vellent verificare illud prouerbium, etiam in Chriſto. Chriſtus enim in hoc mundo habuit lectum durum, quia crucem & pœnitentiam, & habet in Paradiſo bonam menſam, vellent ergo aliqui eſſe longe a lecto, quia fugiunt pęnitentiam, & prope cibum quia vellent gloriam. Similes Apoſtolis qui omnes venerunt ad cęnam & cibum & fugerunt crucem & patibulum, ſed hoc non eſt poſſibile, quia oportet eſſe prope vtrunque in hac vita & alia, quia ſic Chriſtus vtrunque habuit, & ſic nobis vtrunq; diſpoſuit. Lu. 22. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum vt edatis &c. Ad hoc Pſal. Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei & delectentur in iuſtitia. Ita fecerunt ſancti iſti. Applica vt de eis poſſit dici illud Pſal. In æternum exultabunt & habitabis in eis, & gloriabuntur in te, vbi nota, quod exultare eſt extra ſaltare, modo quidam ſancti gloriantur in anima, ſed tandem poſt reſurrectionem exultabunt in corpore exterius reſultante gloria, ſicut radius ſolaris attingens nubem qui dicitur iris, facit extra ſaltare colores varios iridem generantes, ita gloria ex anima redundabit in corpus cum diuerſis dotibus. Ad hoc dicit. Exultatione exultabunt. Ad hoc idem Pſal. Exultabit cor meum in ſalutari tuo cantabo domino qui bona tribuit mihi. Ad illa bona Hieruſalem &c.

Pſal. 67

SERMO LXXXXIII.

De quibuſcunque Sanctis.

ECce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnũ, in Pſal. 132. In vulgari prouincialico dicitur tale prouerbium. Cum territorio non capiuntur auiculę. Senſus & intellectus prouerbij, eſt quod ſicut ventilabris & terriculis aues fugantur & non attrahuntur. Ita homines fugantur per formidinem inducentia. Et per malorum oſtenſionem. E contrario autem trahuntur & alliciuntur per dulcedinem portantia per bonorum demonſtrationem. Exemplum in aquila quæ baliſta & ſagitta fugatur, ſed non eſt tantum in altum eleuata, quando per predam vt perdicem aut gallinam attrahatur. Sic videmus inter homines quod quando aliqui ſunt ſublimati & exaltati ad magnam dignitatem volentes fratres ſuos & conſanguineos promouere, & ad conſilia bona trahere conſueuerunt eis honorem ſuum gloriam & dignitatem oſtendere, vt ſic alliciant, & ad ſe trahant. Et ſic eos promoueant, ita conſueuerunt facere in curia Romana domini Cardinales. Sic legimus feciſſe Ioſeph. Gen. 45. Factus enim dominus ægypti vt traheret patrem & fratres ſuos ad ſe: dixit fratribus ſuis. Ego ſum Ioſeph, pro ſalute veſtra miſit me dominus ante vos, nunciate patri meo vniuerſam gloriam meam & cuncta quæ vidiſtis. Sic faciebant illi ſancti Iudei liberati a captiuitate, ſcribentes de Hieruſalem quo peruenerunt exiſtentibus adhuc in captiuitate ægypti, ſecundi Machab. 1. Fratribus qui ſunt per ægyptum

ptum Iudæis ſalutem dicunt fratres qui ſunt in Hieroſolymis & pacem bonam, bene faciat vobis Deus & cætera. Verum eſt ergo quod ſicut aues fugantur formidine & attrahuntur dulcedine, ita homines ſicut fugantur terrore malorũ: ita trahuntur & alliciuntur oſtenſione & amore bonorum. Hæc pro tãto dicta ſunt, quia ſancti qui ſunt in patria ad magnum honorem & gloriam peruenerunt ſunt multum exaltati & eleuati a nobis, Quia nos in terra ipſi in cœlo, nos in miſeria, ipſi in gloria, nos in exilio, ipſi in regno, nos ſeruitores, ipſi reges, nos in merito ipſi in præmio. Ipſi autem ſunt fratres patres & conſanguinei lignea recta. Et ideo fideles amici, quia charitate vera nobis coniuncti. Non ſunt autem de illorum numero, de quibus dicitur, quod honores mutant mores: immo etiã amores: ſicut fit quotidie in mundanis, fictis & pictis amicis qui poſtquam promoti ſunt: pauperes amicos ſuos nolunt reſpicere, ſed ſunt beati amici & cupientes nos promouere, exaltare, & ad conſimilem gloriam trahere, oſtendunt nobis & demonſtrant, quod ab eorum ſtatu longe eſt omnis miſeria, & nulla ibi calamitas, quia ibi eſt omnis gloria & omnis felicitas: vt ſic alliciamur & attrahamur. Vnde dicunt quod pro ſalute noſtra, miſſi ſunt ante nos, nunciant nobis vniuerſam gloriam ſuam, ſcribunt nobis literas huius tenoris. Fratribus qui ſunt per Aegyptum, ideſt per mundum tenebroſum & anguſtiarum Iudæis, ideſt Chriſtum credentibus & confitentibus ſalutem dicunt, id eſt optant & procurant & demonſtrant fratres qui ſunt in Hieroſolymis, ideſt in æterna pacis viſione quæ eſt illa Hieruſalem, quæ ſurſum eſt libera, quæ edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipſum. Ad quam aſcenderunt tribus tribus domini, & pacem bonam illam, de qua idem Pſalmiſta. Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacem de te. Propter domum domini Dei noſtri: queſiui bona tibi. Et hoc eſt quod nobis prædicant, affectuoſe demonſtrant, vt citius nos trahant clamantes de cęlo verbum propoſitum per Pſal. Ecce quam bonum & quam iucundum &c. vbi intelligendum eſt, quod ſicut hic beati ciues fratres appellantur, ita cęleſtis patria poteſt monaſterium appellari. Monaſterium autem aliquod conſueuit homines retrahere a ſuo ingreſſu, & repellere propter tria, quia ſi ſubijcitur miſerię ratione paupertatis opprimentis, triſtitię ratione aduerſitatis obſiſtentis, diſcordię ratione curioſitatis diuidentis. Per oppoſitum autem ad iſta beati prædicant monaſterium Paradiſi glorioſum.

Pſal. 121

Sufficientia, Lętitia, Concordia,	Ecce quam bonum & quã iucundũ, habitare fratres &c.	Exultant namque ſancti in gloria ex.	Sufficientia, Lętitia, Concordia.

Plene.	Satiante, Delectante, Quietante,	Ecce quam bonum & quã iucundũ, habitare fratres &c.	Vtique quia gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius, ꝙ ex.

Satiante ſufficientia, Delectante lętitia, Quietante cõcordia,	Sunt.	Reſidentes in optimis, Fruentes potiſſimis, Feruentes in intimis,	Ecce quam bonum & quam iucundum habitare &c.

Quantum ad primum ſciendũ quod ille theſaurus diceretur bonus & optimus qui eſſet talis conditionis quod ſatiaret hominem quantum ad omnia deſiderata, per viſum per auditum per guſtum per tactum per olfactum ſic, quod nihil vltra appareret, & tamen alibi nullum taliter ſatiantem inueniret. Talis theſaurus eſt gloria depoſitum monaſterij Paradiſi, habent ſancti illum theſaurum de quo dicit Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito, qui theſaurus habet illas diuitias de quibus ad Ro. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei &c. vbi talia conferuntur quæ oculus non vidit & auris non audiuit, & in

Digitized by Google

cor hominis non aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Ideo Pſal. dixit: Satiabor cum apparuerit gloria tua: quare? quia ibi beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti habitabit in atrijs domus tuæ, & implebimur in bonis domus tuę. Ideo ſancti dicunt nobis: Ecce quàm bonum. Ad hoc idem. Pſalm. Coronat te in miſericordia in miſerationibus qui replet deſiderium tuum in bonis, verum eſt quod ſicut dicitur Eccle. primo. Hic vita non ſatiatur oculus viſu nec auris auditu impletur. Et eſt ratio, quia hæc bona temporalia ſunt defectiua & deficientia. Noſtrum autem deſiderium non ſatiatur niſi pleno & plene bono quod ſolum eſt Deus: & illud ſolum datur fratribus de monaſterio Paradiſi dicente Auguſt. in lib. confeſſ. Feciſti nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec quieſcat in te. Ideo dicunt ſancti & oſtendunt nobis bonum plene ſatians dicentes. Ecce quam bonum, hoc eſt illud bonum de quo cantamus in ſequentia. Mirantur nec deficiunt in illum quem proſpiciunt, fruuntur nec deficiunt quoniam magis ſitiunt. Hoc bonum fuit figuratum. Exo. 33. vbi dixit Moyſes domino. Oſtende mihi gloriam tuam: & dominus reſpondit veni oſtendam tibi omne bonum, hoc eſt illud bonum continens omnia bona, de quibus dicebat. Pſalm. Credo videre bona domini in terra viuentium. Feſtinemus ergo ad illud bonum plene delectans plene ſatians plene quietans: quia non habemus hic requiem: non habemus hic manentem ciuitatem ſed futuram inquirimus. Eſt enim de homine ſicut de Salmone, ſcribunt naturales quod quamuis ſalmo naſcatur in flumine tamen nunquam quieſcit in riuo vel fluuio donec veniat ad mare quod eſt fons omnium fluminum & aquarum: ibi enim perficitur: & ante ſalmo non vocatur ſed têco ſaltem apud nos & in terra mea. Sic licet homo naſcatur in mundo iſto in quo ſunt aliqua modica bona a Deo deſcendentia: tamen anima humana nunquam ſatiatur nunquam quietatur in bonis temporalibus quæ ſunt fluuius: quia continue fluunt, donec veniat ad mare infinitę bonitatis & ad fontem omnium bonorum Deum, ſcilicet a quo cuncta bona procedunt ſecundum Greg. in collecta, vnde poſtquam Pſalmiſta conqueſtus fuit contra hæreticos & dixerat. Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? vbi erant iſta bona docet. Exaltabo in ſalutari tuo cantabo domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini domini altiſſimi. Sed nota ſic recte eſt in hominibus ſicut in piſcibus: quidam enim piſces mare fugiunt: quia eis aqua à principio eſt amara, & plus volunt arctitudinem fluminum propter dulcedinem, quam maris latitudinem propter amaritudinem, cum in rei veritate mare ſit dulciſſimum piſcibus conſuetis. Ita ſpiritualiter quidam homines plus volunt ſtare in miſera dulcedine & arctitudine bonorum temporalium quam in latitudine bonorum cęleſtium propter modicam amaritudinem pœnitentiæ per quam oportet tranſire, cum in rei veritate pęnitentia ſit dulcis hominibus conſuetis: ideo tales in rei veritate ſunt ſitientes & egentes. Alij autem ſunt diuites & abundantes: ideo Pſal. Timete dominum omnes ſancti eius quoniam nõ eſt inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Eſurientes enim impleuit bonis & diuites dimiſit inanes. Lucæ primo. Hoc fuit figuratum Exod. 14. Vbi legitur quod Aegyptij ſubmerſi ſunt in mari deſcendentes in profundum quaſi lapis, filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum, & ſic venerunt ad terram promiſſionis. Ideo dixit Pſalm. Non priuabis eos bonis qui ambulant in innocentia, domine virtutum. Hoc eſt ergo quod dicunt & oſtendunt nobis ſancti. Ecce quam bonum, hanc bonitatem admirabatur. Pſal. Quam bonus Deus Iſrael his qui recto ſunt corde. Hæc ſunt illa bona de quibus Hierem. 30. Ecce ego ſaluabo te de terra longinqua, & ſemen tuum de terra captiuitatum eorum, & reuertetur Iacob & cunctis affluet bonis.

Pſal. 26

Homo comparatur Salmoni piſci, vulgo Tencone.

&

Digitized by Google

& Hiere. 31. Populus meus bonis meis adimplebitur, dicit dominus.

Quantum ad ſecundum, nota quod iucunditas fratrum, & ſanctorum monaſterij paradiſi oſtenditur ex octo conditionibus, quæ reddunt iucundam habitationē cuiuslibet monaſterij in hoc mundo. Habet quippe monaſterium paradiſi primo priuilegium dignæ exceptionis: non enim fratres illius monaſterij ſunt ſubditi alicui miſeriæ, vel ſeruituti: quia non ſunt ſerui ſub lege: ſed ſunt liberi ſub gratia, immo perfecta gloria conſtituti, vbi non eſurient, neque ſitient amplius: vbi neq; luctus, neque clamor, neque vllus dolor: quoniam priora tranſierunt, vbi de ſeruis facti ſunt liberi: & exempti immo reges, & Domini. Apoc. 1. Feciſti nos Deo noſtro regnum. Hoc autem licet omnibus conueniat, ſingulariter tamen Apoſtolis qui paupertate ſpiritus iſtud regnum emerunt. Quibus reſpondet prima beatitudo, de qua Chriſtus Mat. 7. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnū cœlorum. Et certe hoc eſt rectum, & iucundum Dei iudicium, quod a paupertate pro Chriſto per eum veniatur ad regnum. Cui de hoc loquitur ipſe pſal. Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda. *Pſal. 118*

Iucunditas vera, quas, & quot requirat conditiones.

Secundo habent ortum gratioſæ deductionis: ibi enim ciues illi habent ortum concluſum fontem ſignatum. ortum illum, in quo rex Aſſuerus cultu regio fecit præparari conuiuium. Heſter 1. Ortum arboribus conſitum. Heſter 7. Diuerſis quippe arboribus cum fructuum diuerſitatibus: quia ibi eſt fructus perſeuerantiæ in Angelis: miſericordiæ in patriarchis: ſapientiæ in prophetis: obedientiæ in Apoſtolis: patientiæ in martyribus: pęnitentiæ in confeſſoribus: continentiæ in virginibus. Et quamuis iſtud omnibus ſanctis conueniat: tamen per quandam proprietatem conuenit martyribus, qui habentes patientiam quod per martyrium in terra proprij corporis ſunt arctati merito recipiunt terram late viuentes: in qua ſunt beati. Et hæc eſt ſecunda beatitudo eis debita, de qua Mat. 5. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. de patientia iucundata. Eccl. 1. Vſque in tempus ſuſtinens patiens, & poſtquam hæc redditio iucunditatis.

Tertio habent dormitorium internæ requietionis. Beati enim mortui, qui in domino moriuntur: quia amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcāt a laboribus ſuis. Hæc requies debetur propriè laborantibus, & mala ſuſtinentibus propter iuſtitiā: vt fuit Ioannes Baptiſta, qui fuit decapitatus, quia dicebat Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui, & ei, ac ipſi ſimilibus debetur illa.

Octaua beatitudo. Math. 5. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Iſti cantant Deo illud. Pſalm. Notas mihi feciſti vias vitę adimplebis me iucunditate cum facie tua.

Quarto habent refectorium delicatæ commeſtionis. hęc autem refectio ſatiat propter diuerſitatem ferculorum, vbi enim ſunt fercula, & paſcua ingredientibus ad diuinitatem, & egredientibus ad Chriſti humanitatem ibi inebriantur ab vbertate domus Dei, & potantur torrente voluptatis: & illo vino quod in iucūditatem creatum eſt, vt dicitur Eccl. 31. Nobilitatem ſeruitorum.

Ibi enim ſeruitores ſunt Angeli, quia omnes ſunt adminiſtratores ſpiritus in miniſterium. Heb. 1. Ibi regina Angelorum: quia Eccleſiaſt. 24. In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.

Ibi Dominus Dominorum, & rex omnium ſæculorum: quia præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere: & tranſiens miniſtrabit illis diuerſitatem enceniorum. In quibuſdam conuiuijs, & monaſterijs malè ducunt encenia, & fercula, quia Domini comedūt ad partem, & non in Aula. vt Cardinalis in camera, vel Abbas in Domo ſua: & Capellani male habent in tinello, vel Monachi in Refectorio.

Nota

Nota prouerbium Cathalanorum de ouis in prunis non ſocietas non ridet, neque ſic de frixis niſi ſint protrita bene. Nota ſi vis hiſtoriam quomodo Monachus cantauit in choro. Domine quinque ſunt qui comedunt omnia bona noſtra, Abbas, Prior, & Supprior, Procurator maior, & minor: non ſic in monaſterio paradiſi; quia Abbas Deus ſemper eſt præſens in aula, & quodlibet encennium diuiditur in oēs. Deus autem mittit ſua encenia martyribus, qui pro eo pugnauerunt: doctoribus, qui vt precones eum laudauerunt: virginibus, qui eum in ſuo ſuſceperunt hoſpitio. Iſti enim inter omnes ſanctos habebunt aureolam: de qua non ſolum habentes gaudebunt: ſed & omnes ſancti. De hac aureola: & de alia gloria cuiuslibet exultabunt. Nota quot & quanta poterunt eſſe gaudia vbi in tot, & tantis erunt tot præmia: ſi enim eſt gaudium Angelis ſuper vno peccatore pęnitentiam agente: quot erunt gaudia vbi tot erunt fercula? De iſto ferculo non guſtabunt auari: qui ſua pauperibus diuidere noluerunt: vt patet in diuite Epulone.

Quamuis autem iſtud refectorium ſit omnibus commune tamen ſingulariter appropriatur Prophetis qui ſemper fuerunt in fame, & ſiti, ac deſiderio illius, quē futurum prædicabant ad faciendum iudicium, & iuſtitiam in terra. Et ideo correſpondet eis quarta beatitudo. Math. 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. vnde de iucunda refectione iſtorum cuiuslibet dicitur Eccl 17. Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum.

Sequitur. In medio eccleſiæ aperiet os eius: & implebit eum ſpiritu ſapientię, & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet eum. Iucunditatem, & exultationem theſaurizauit ſuper eum.

Quinto habent capitulum manſuetæ ſuſceptionis. In capitulo enim recipiuntur fratres hoſpites ad benedictionem: ſic enim ad paradiſum de hoc mundo peregre venientes illam benedictionem recipiunt. Venite benedicti Patris mei, &c. Math. 25. Et licet iſta receptio ſanctis omnibus ſit communis: appropriatur tamē ſpecialiter illis, qui peregrinos ſuſceperunt, & opera miſericordiæ miſericordes exercuerunt: vt fuerunt ſancti Patriarchæ, qui ita fuerunt miſericordes, & hoſpitalitatem ſeruantes, quod etiam Angelos hoſpitio recipere meruerunt: vt patet de Abraham. Gen. 18. Ideo licet ſanctis alijs ſit iſtud commune tamen ſpecialiter Patriarchis appropriatur, quibus datur quinta beatitudo. Math. 5. Beati miſeri-
Pſal. 111. cordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. de quorum quolibet ſcripſit. pſ. Iucūdus homo, qui miſeretur, & commodat diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in ęternum non commouebitur. In memoria æterna, &c.

Sexto habent infirmitorium deſideratæ curationis: quia ſecundum multitudinē dolorum in corde conſolationis Dei lætificant animam eorum. Ibi enim nullus infirmus, ſed quilibet eſt curatus. Sicut frequenter infirmi, qui non poſſunt curari in vno monaſterio curantur in alio Iſte mundus eſt ita infirmus, quod omnes ſūt hic infirmi, & doloroſi: ſed in paradiſo triſtitia mutatur in gaudium, luctus in riſū, mors in vitam, labor in ocium. Et licet iſtud ſit omnibus ſanctis commune: tamen ſingulariter confeſſoribus, qui de dolore, & luctu pœnitentiæ tranſeunt ad conſolationem gloriæ: quibus appropriatur.

Sexta beatitudo. Mat. 5. Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Iſtis poſt luctam datur organum, quibus dicit, ps. Exultate Deo adiu. no. iu. Deo Iac. Su. pſal. & da. tym. pſalm. 10. cum cithara.

Septimo habent locutorium magnæ recreationis: non enim in monaſterio fratres loquuntur vbiq; ſed in locutorio poſt ſilentium conueniunt ad loquendum, & noua audiendum in aliquo clauſtro, & ibi recreantur. Locutorium, & clauſtrum ſecre-

Digitized by Google

ſecretum paradiſi eſt habitatio Angelorum,& reuelatio,ac locutio, ſeu illuminatio eorum,quibus ſuperiores illuminant inferiores:ibi non dicunt fratres ſibi mutuo opprobria,ſed reuelant ſecreta myſteria abſque iurgio,& inuidia. Et ideo licet conueniat hæc recreatio omnibus beatis ſpecialiter tamen Angelis, quibus appropriatur ſeptima beatitudo. Math. 5. Beati pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur. Iſti dicunt ſibi,& alijs ſanctis non diſplicentia,ſed iucunda eloquia, de quibus pſ. Iucundum ſit ei eloquium meum,ego vero delectabor in domino. Vltimo habent Eccleſiam,& Oratorium feruentiſſimæ deuotionis: quia ibi habent reliquia omnium ſanctorum,immo omnium Angelorum,immo totius trinitatis: quæ eſt Deus Deorum. Et ideo cantant ibi iugi laude, & ſine intermiſſione, diem ſolemnem conſtituunt in condenſis vſque ad cornu altaris. In iſto oratorio licet omnes cantent,& dicant laudes: Deo tamen virgines dicunt vnam proſam ſic altam cum cantu quod nullus alius poteſt attingere, vel cantare, quia virgines altiorem vocem habent propter carnis incorruptionem:hanc vocem audiuit. Ioan. Apo. 14 Et vocem,quam audiui quaſi citharedorum citharizantium in citharis ſuis. Et cãtabant canticum nouum:& nemo poterat dicere canticum niſi illa. Hi ſunt qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt.

In iſto enim cantu eſt vnus ita altus,ad quem nullus poteſt attingere,niſi ſolum virgo virginum:quia nulla virginum poteſt cantare ſe eſſe matrem, & virginem, niſi ipſa: & ideo in tota cęleſti patria obtinet ſummum gradum. Ideo cantamus de ea in eccleſia in ſequentia. Illic regina virginum tranſcendens culmen ordinum. Quamuis ergo cantare,& Deum laudare omnibus ſanctis conueniat:tamen ſanctis virginibus ſpecialiter conuenit cum ſingulari cithara,& ſingulari proſa in choro,& camera,hymnum,& carmen ſingulare dicere Deo noſtro: quibus appropriatur octaua beatitudo.

Beati mundo corde,quoniam ipſi Dum videbunt. Mat. 5. quaſi ſingulariter ad eum intrantes:quia ſingulari cantu,& iucunditate proſam ſuam dicentes. Iſtis loquitur,pſ. Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus Deo noſtro ſit iucunda decoraque laudatio. Hæc eſt ergo illa læta iucunditas,quam nobis ſancti demonſtrant. Ecce quam bonum:& quam iucundum. de hoc cantamus in ſequentia, quã fęlix illa ciuitas,in qua iugis ſolemnitas: Et quam iucunda curia, quæ curæ prorſus neſcia. Hoc eſt illud Baruch. 4. Circunſpice Hieruſalem ad orientem,& vide iucunditatem a Deo tibi venientem. vt enim dicitur ibidem,ca. 5. Adducet Deus Iſrael cum iucunditate in lumine maieſtatis ſuæ cum miſericordia,& iuſtitia: quę eſt ex ipſo.

Quantum ad tertium,nota quot habitatio iſtorum fratrum in monaſterio paradiſi eſt ad cantandum,& laudandum Deum. iuxta illud,pſalm. Beati qui habitant in domo tua domine:in ſæcula ſæculorum laudabunt te. vnde in ſequentia dicitur. Vix hora,vel dimidia ſit in cęlo ſilentium. Cantum autem & harmoniam gratam facit concordia: & vnio vocum in vnum diuerſimode conuenientium, & ideo facti ſunt habitatores vnici interius in animo per charitatem, & exterius in ſono per diuinam laudem,ideo cantamus in ſequentia. Nec langor hic,nec ſeniũ, nec fraus,nec terror hoſtium:ſed vna vox lętantium, & vnus ardor cordium. Et Et hoc innuitur:quia dicit,quod fratres habitant in vnum. Frater enim dicitur, quaſi fere alter. hoc eſt illud. pſalm. Annunciem in Syon nomen domini: & laudẽ eius in Hieruſalem. In conueniendo pop. in vnum,& re. vt ſer. &c. Ab iſta ergo habitatione abijciuntur,& eijciuntur omnes ab vnitate diſcordantes: vt ſunt rancoroſi,& maligni,& ſuperbi,qui non cantant,ſed murmurant. de quibus pſalm. Neque habitabit iuxta te malignus,neque perman. inuiol. ante oculos tuos. Elati, Pſal. 83.

&

& ſuperbi, qui nimis vocem exaltant, de quibus pſalm. Et patet in luciſero. Eſa. 14. Non habitabit in medio domus tuæ, qui facit ſuperbiam. Tenaces, & auari, qui habent os plenũ puluere, & non poſſunt cum liberalitate, & liberali concordare, de quibus pſalm. Eijciantur de habitationibus ſuis. ſi ſcrutatur fænerator, &c. Rauci tuſſiculoſi vt ſunt turpes, & immundi: quia claram vocem non habent. ſolum enim clarum pectus habentes, & ſine macula ibi cantabunt, & habitabunt, pſalm. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requi. in monte ſancto tuo. Qui ingreditur ſine macula. Ergo adhoc quod ſimus de habitantibus, & cantatoribus oportet nos conuenire in vnam, & eandem charitatem, humilitatem, liberalitatem, puritatem: & ſimus fratres in eiſdem moribus vniti. Tales enim ſolum Deus vult eſſe illius monaſterij habitatores, pſal. Deus in loco ſancto ſuo: Deus qui habitare facis vnius moris in domo, hanc vnitatem, & habitationem pſal. conſiderans dicebat. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. ideo vnam petij a domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ad quam habitationem, &c.

SERMO LXXXXIV.

De beato Thoma Apoſtolo.

Pſal. 138. PRobaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Res ab homine cognoſcibiles per ſenſum cognoſcũtur: aliæ viſu vt lucida, & lucentia: aliæ auditu, vt verba, & ſonantia: aliæ tactu vt calida, & frigida: vel alias qualitates habentia. Quædã autem iſtis tribus ſimul cognoſcuntur quæ, ſcil. habent, vel participãt tria prædicta, vt homo ex ſui natura participat lucem in coloribus, ſonum, & verba in locutionibus. tangibilitatem in qualitatibus. Ideo volens habere perfectam cognitionem de aliquo homine probat eum tactu, auditu, & viſu. Si tactus non eſt bene poſſibilis ſaltem adhibetur auditus, & viſus. Sic videmus in peritis medicis quod quando volunt bene cognoſcere diſpoſitionem alicuius patientis: primo volunt videre vultum faciem, & colorem: deinde volunt eum audire loquentem: & quærunt ab eo propriam diſpoſitionem: vltimo tactum adhibent, & palpant pulſum: & ſic habent de patiente perfectam probationem. Ad hoc eſt figura Gen. 21. Ibi enim Iſaac volens habere perfectam notitiam de Iacob vtrum erat primogenitus vt Iacob aſſerebat, ac per hoc haberet primam benedictionem, an non erat: cum caligaſſent eius oculi, & videre non poſſet: voluit eum probare, & dixit ei. Accede huc ad me fili mi, vt tangam te, & probem vtrum tu ſis filius meus Eſau, an nõ Et quia ipſe pelliculis hædorum manus, & collum circundederat non cognouit eũ: quia pilloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant: vt dicitur in textu. Vidés ergo Iſaac quod adhuc de filio benedicendo plenam certitudinem non haberet adhibuit aurem, & auditum: & quæſiuit ab eo. Quis es tu fili mi, tu es filius meus Eſau? Et ille ego ſum. Vox quidem vox Iacob eſt, manus autem ſunt Eſau, hæc pater. Ita quod non fuit certificatus per viſum, nec per tactum: ſed per ſolum auditum. Et ideo adhibendi ſunt iſti tres ſenſus ad perfectam rei ſenſibilis cognitionem. Si enim non cognoſcatur ab vno cognoſcitur ab altero. Ad propoſitũ Chriſtus tempore paſſionis fuit ita grauiter infirmus quod Eſa. dicat 53. Vidimus eum & non erat aſpectus virum dolorum, & ſcientem infirmitatem tantus fuit dolor in

firmita-

Digitized by Google

firmitatis quod in cruce mortuus fuit: ſed vnum maximum mirabile cõtigit quod ipſe de infirmitate ad ſanitatem, de morte ad vitam fuit die tertia ſubito reſtitutus.

Quarto autem competit quod ſit lux. Ioan. 1. Erat lux vera, &c. quod ſit verbum Ioan. 1. In principio erat verbum, quod ſit corpus, & caro. Et verbum caro factum eſt. Ad hoc ergo vt haberetur de infirmo curato, de mortuo ſuſcitato perfecta notitia oportet adhiberi viſum, quia ipſe non ſolum erat lux ſecundum diuinitatem: ſed lucidus ſecundum glorificatam carnem. Tactũ, quia ipſe habebat corpus palpabile ſecundum corporis glorioſi debitam qualitatem. Auditum, quia ipſe Dei verbum exiſtens verbo humano loquebatur ſm̄ veritatem. Et ideo poſtquã Chriſtus diſcipulis ſuis apparuerat, Thoma abſente, & ipſi ei referente dicentes. Vidimus dominum. Certe dixit ipſe, niſi videro in manibus eius fixuram clauorũ: & mittam manum meam in latus eius non credam. Volebat enim certificari per viſum & tactũ, poſt dies octo venit Ieſus ianuis clauſis, & dixit. Pax vobis. Deinde dixit Thomæ. Infer digitũ tuum huc. & vide loca clauorum: & affer manum tuam & mitte in latus meum, quaſi diceret. certifico te viſu, & tactu Et quia ſolo auditu Iſaac certificatus fuit: & in alijs ſenſibus deceptus: vt tu plene certificeris, & nullatenus decipiaris audi loquentem: noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Statim Thomas eo viſo audito, & palpato cognouit, certificatus fuit, & clamauit. Dominus meus, & Deus meus Ideo quia Thomas ſingularius Chriſti reſurrectionem, humanitatẽ, & diuinitatem probauit, & agnouit: Chriſtus verba, pſ. ipſi loquitur dicens. Probaſti me, & cognouiſti, &c. In quibus verbis oſtenditur quod B. Thomas circa credẽda de Chriſto, & ea, quę debent fide teneri de ipſo fuit.

Chriſtꝰ flumen vocatur.

Sollicitus, | Certus, | Promptus. } Probaſti me, & cognouiſti me, tu cognou. &c. } Habuit enim

Solicitudinem, | Certitudinem, | Promptitudinem } In { inquirendo, | adhærendo, | diſcernendo } Probaſti me, & cognouiſti me, tu &c.

Solicitudo inquiſitionis | Certitudo adhęſionis, | Promptitudo diſcretionis } Eſt adepta { optatam vtilitatem, | lucidam veritatem, | reparatam fragilitatem.

Probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, &c.

Quantum ad primum ſciendum, quod ſcriptura ſacra Dei filium vocat flumen, vel fluuium in pſ. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. Eccl. 24. Ego fluuius dorix, &c. Ratio eſt: habens tranſire de portu ad portum, de ripa ad ripam per fluuium: & non videns fundum: & habens pede tranſire: conſueuit eſſe ſollicitus de ſcienda Profunditate fluuij, & probare ipſam donec cognoſcat an eſſet periculum ſubmerſionis. Ita figuratum eſt. Eze. 47. vbi legitur quod Angelus menſurabat funiculo aquam quam tranſire debebat Ezechiel, quæ primo attingebatur vſque ad talos, deinde vſque ad genua: deinde vſque ad renes: & tandem aquæ tantum intumuerunt, quod pertranſire non potuit. Spiritualiter ad propoſitum. nos habemus tranſire de vna ripa ad aliam: de terra ad cœlum: de portu ad portum: de mundo ad Deum: de miſeria ad gloriam: verum eſt, quod non poſſumus tranſire niſi per fluuium, videſt per Chriſtum per fidem ſuam. In iſto fluuio oportet vtrumque pedem ponere: intellectus quantum ad fidem: & affectus quantum ad charitatem. Ideo dixit pſalm. per illum fluuium hoc pede tranſeuntes veniemus ad gloriam. *Pſalm. 65.*

Digitized by Google

& ſuperbi, qui nimis vocem exaltant, de quibus pſalm. Et patet in lucifero. Eſa. 14. Non habitabit in medio domus tuæ, qui facit ſuperbiam. Tenaces, & auari, qui habent os plenũ puluere, & non poſſunt cum liberalitate, & liberali concordare, de quibus, pſalm. Eijciantur de habitationibus ſuis. ſi ſcrutatur fænerator, &c. Rauci tuſſiculoſi, vt ſunt turpes, & immundi: quia claram vocem non habent. ſolum enim clarum pectus habentes, & ſine macula ibi cantabunt, & habitabunt, pſalm. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requi. in monte ſancto tuo. Qui ingreditur ſine macula. Ergo adhoc quod ſimus de habitantibus, & cantatoribus oportet nos conuenire in vnam, & eandem charitatem, humilitatem, liberalitatem, puritatem: & ſimus fratres in eiſdem moribus vniti. Tales enim ſolum Deus vult eſſe illius monaſterij habitatores, pſal. Deus in loco ſancto ſuo: Deus qui habitare facis vnius moris in domo, hanc vnitatem, & habitationem pſal. conſiderans dicebat. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. ideo vnam petij a domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ad quam habitationem, &c.

SERMO LXXXXIV.

De beato Thoma Apoſtolo.

Pſal. 138. PRobaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Res ab homine cognoſcibiles per ſenſum cognoſcũtur: aliæ viſu vt lucida, & lucentia: aliæ auditu, vt verba, & ſonantia: aliæ tactu vt calida, & frigida: vel alias qualitates habentia. Quædã autem iſtis tribus ſimul cognoſcuntur quæ, ſcil. habent, vel participãt tria prædicta, vt homo ex ſui natura participat lucem in coloribus, ſonum, & verba in locutionibus. tangibilitatem in qualitatibus. Ideo volens habere perfectam cognitionem de aliquo homine probat eum tactu, auditu, & viſu. Si tactus non eſt bene poſſibilis ſaltem adhibetur auditus, & viſus. Sic videmus in peritis medicis quod quando volunt bene cognoſcere diſpoſitionem alicuius patientis: primo volunt videre vultum faciem, & colorem: deinde volunt eum audire loquentem: & quærunt ab eo propriam diſpoſitionem: vltimo tactum adhibent, & palpant pulſum: & ſic habent de patiente perfectam probationem. Ad hoc eſt figura Gen. 21. Ibi enim Iſaac volens habere perfectam notitiam de Iacob vtrum erat primogenitus vt Iacob aſſerebat, ac per hoc haberet primam benedictionem, an non erat: cum caligaſſent eius oculi, & videre non poſſet: voluit eum probare, & dixit ei. Accede huc ad me fili mi, vt tangam te, & probem vtrum tu ſis filius meus Eſau, an nõ Et quia ipſe pelliculis hædorum manus, & collum circundederat non cognouit eũ: quia pilloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant: vt dicitur in textu. Vides ergo Iſaac quod adhuc de filio benedicendo plenam certitudinem non haberet adhibuit autem, & auditum: & quæſiuit ab eo. Quis es tu fili mi, tu es filius meus Eſau? Et ille ego ſum. Vox quidem vox Iacob eſt, manus autem ſunt Eſau, hæc pater. Ita quod non fuit certificatus per viſum, nec per tactum: ſed per ſolum auditum. Et ideo adhibendi ſunt iſti tres ſenſus ad perfectam rei ſenſibilis cognitionem. Si enim non cognoſcatur ab vno cognoſcitur ab altero. Ad propoſitũ Chriſtus tempore paſſionis fuit ita grauiter infirmus quod Eſa. dicat 53. Vidimus eum & non erat aſpectus virum dolorum, & ſcientem infirmitatem tantus fuit dolor in

firmita-

Digitized by Google

firmitatis quod in cruce mortuus fuit: ſed vnum maximum mirabile cõtigit quod ipſe de infirmitate ad ſanitatem, de morte ad vitam fuit die tertia ſubito reſtitutus.

Quarto autem competit quod ſit lux. Ioan. 1. Erat lux vera, &c. quod ſit verbum Ioan. 1. In principio erat verbum, quod ſit corpus, & caro. Et verbum caro factum eſt. Ad hoc ergo vt haberetur de infirmo curato, de mortuo ſuſcitato per fecta notitia oportet adhiberi viſum, quia ipſe non ſolum erat lux ſecundum diuinitatem: ſed lucidus ſecundum glorificatam carnem. Tactũ, quia ipſe habebat corpus palpabile ſecundum corporis glorioſi debitam qualitatem. Auditum, quia ipſe Dei verbum exiſtens verbo humano loquebatur ſui veritatem. Et ideo poſtquã Chriſtus diſcipulis ſuis apparuerat, Thoma abſente, & ipſi ei referente dicentes. Vidimus dominum. Certe dixit ipſe, niſi videro in manibus eius fixuram clauorũ: & mittam manum meam in latus eius nõ credam. Volebat enim certificari per viſum: & tactũ, poſt dies octo venit Ieſus Ianuis clauſis, & dixit. Pax vobis. Deinde dixit Thomæ. Infer digitũ tuum huc. & vide loca clauorum: & affer manum tuam & mitte in latus meum, quaſi diceret. certifico te viſu, & tactu Et quia ſolo auditu Iſaac certificatus fuit: & in alijs ſenſibus deceptus: vt tu plene certificeris, & nullatenus decipiaris audi loquentem: noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Statim Thomas eo viſo audito, & palpato cognouit, certificatus fuit, & clamauit. Dominus meus, & Deus meus Ideo quia Thomas ſingularius Chriſti reſurrectionem, humanitatẽ, & diuinitatem probauit, & agnouit: Chriſtus verba, pſ. ipſi loquitur dicens. Probaſti me, & cognouiſti, &c. In quibus verbis oſtenditur quod B. Thomas circa credẽda de Chriſto, & ea, quę debent fide teneri de ipſo fuit.

Chriſt⁹ flumen vocatur.

Sollicitus, Certus, Promptus.	}	Probaſti me, & cognouiſti me, tu cognou. &c.	}	Habuit enim

Solicitudinem, Certitudinem, Promptitudinem	}	In	{	inquirendo, adhærendo, diſcernendo	}	Probaſti me, & cognouiſti me, tu &c.

Solicitudo inquiſitionis Certitudo adheſionis, Promptitudo diſcretionis	}	Eſt adepta	{	optatam vtilitatem, lucidam veritatem, reparatam fragilitatem.

Probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, &c.

Quantum ad primum ſciendum, quod ſcriptura ſacra Dei filium vocat flumen, vel fluuium in pſ. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. Eccl. 24. Ego fluuius dorix, &c. Ratio eſt: habens tranſire de portu ad portum, de ripa ad ripam per fluuium: & non videns fundum: & habens pede tranſire: conſueuit eſſe ſollicitus de ſcienda Profunditate fluuij, & probare ipſam donec cognoſcat an eſſet periculum ſubmerſionis. Ita figuratum eſt. Eze. 47. vbi legitur quod Angelus menſurabat funiculo aquam quam tranſire debebat Ezechiel, quæ primo attingebatur vſque ad talos, deinde vſque ad genua: deinde vſque ad renes: & tandem aquæ tantum intumuerunt, quod pertranſire non potuit. Spiritualiter ad propoſitum. nos habemus tranſire de vna ripa ad aliam: de terra ad cœlum: de portu ad portum: de mundo ad Deum: de miſeria ad gloriam: verum eſt, quod non poſſumus tranſire niſi per fluuium, idest per Chriſtum per fidem ſuam. In iſto fluuio oportet vtrumque pedem ponere: intellectus quantum ad fidem: & affectus quantum ad charitatem. Ideo dixit pſalm. per illum fluuium hoc pede tranſeuntes veniemus ad gloriam. *Pſalm. 65.*

In

In flumine pertranſibunt pede, ibi lætabimur in ipſo. Iſte autem fluuius habet in profundo diuinitatem:& pro exteriori ſuperficie aqua decurrente labilem humanitatem: fundus autem diuinitatis ſuſtentabat aquam humanitatis: quia natura humana innitebatur diuino ſuppoſito: Apoſtoli ergo viſa aqua, viſa humanitate reſtaurata non probantes, nec inueſtigantes fundum diuinitatis ſtatim voluerunt ſaltare in aquam : & dixerunt Thomæ: Vidimus Dominum, ſed Thomas cautior quamuis vellet ire ad gloriam; tranſire iſtum fluuium non ſtatim credidit: quia de fundo diuinitatis nihil dicebant: & ideo fuit ſollicitus ad inueſtigandum, & probandum ſi fluuius ille erat tutus ad tranſeundum : ſi ibi erat diuinitas, in qua poſſet pedes firmare propter quod dixit. Niſi videro non credam, &c. Inundauit ergo fluuius : apparuit Chriſtus inuitatur vt tranſeat, pedem ponat : & ſic vadat, probet, & cognoſcat. Infer, &c. & noli eſſe incredulus, &c. Probauit vidit fundum ſenſit: & ſtatim diuinitatem, & humanitatem confeſſus fuit. Dominus meus, & Deus meus. Cęteri Apoſtoli non fecerunt mentionem niſi de humanitate. Vidimus Dominum. Iſte facta probatione vtrunque agnouit, Dominus meus ecce humanitas, & Deus meus, ecce diuinitas. Ideo Eccl. 31. Probatus eſt in illo, & perfectus eſt inuentus, & erit illi gloria æterna. Nota quod dicit probatus perfectus inuentus eſt. Dicunt naturales experti, quod equus bonus probatur in aqua: quia ſi equus fluuium bibendo bene, & fortiter immergat caput vſque in profundum, reputatur optimus. Non ſic ſi ſolum aquam bibat in ſuperficie: quia tunc nõ eſt bonum ſignum. Sic oſtenditur fuiſſe Beatus Thomas in ſua probatione : quia cęteri Apoſtoli miſerunt caput in fluuium Chriſtum, ſolum in ſuperficie: ideo dixerunt. Vidimus dominum, non immiſerunt ſe, non profundauerunt ſe vſque ad diuinitatem. Sed Thomas & os, & pedes, & manus, & aures, & ſe totum immerſit: & ideo vſque ad diuinitatem penetrauit clamans: Dominus meus, & Deus meus. Ideo Thomas interpretatur abyſſus: quia profundum abyſſi dimenſus eſt quando abyſſus abyſſum inuocauit. Ipſe ergo fuit non ſolum alijs Apoſtolis verumetiam Ezęchiele perfectior quia aquas inueniens vſq; ad renes: poſtea quia intumuerũt tranſire non potuit: ſed Thomas inuenit probauit, & penetrauit perfectus inuentus fuit: ideo ipſe poteſt dicere illud tertij Reg. 10. Non credebam narrantibus mihi donec veni probaui, & vidi: quia media pars mihi nunciata non eſſet. Certe nõ media, quia Apoſtoli non dixerunt niſi Vidimus Dominum, quod non eſt media pars reſpectu diuinitatis, quam inuenit Thomas dicens. Et Deus meus. Ideo dixit ipſi Chriſtus illud Pſalmiſtæ. In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, & exaudiuit te in abſcõdito tempeſtatis, probaui te apud aquam contradictionis. tũc fuit aqua contradictionis quando dixit Non credam. Expone verbum ad propoſitum. Eſt autem ſciendum quod ſicut Thomas voluit Chriſtum probare antequam crederet. Ita Apoſtolus docet nos omnia probare vt bonis abundemus exemplo Thomæ: & mala fugiamus. primæ ad Theſſalonicenſes 5. Omnia probate, quod bonũ eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete vos. *Pſal. 80*

Ad hoc imitamur exemplo naturali : omnia inquit probate, & coruus cuius eſt natura quod hamo ſibi cooperto carnibus non ſtatim vt eum inuenit vorat, & glutit, ſed roſtro diligenter probat, & examinat, voluit, & reuoluit, paulatim carpendo carnem ab hamo extrahit, & comedit, & hamum nociuum relinquit. Sic quando nobis delitiæ, & diuitiæ, &c præbentur interius hamum mortalis culpæ continentia non debemus ſtatim voraciter appetere, & amplecti: ſed diligenter examinare quid eſt in illis Deo gratum, & diſplicens: & illa ſuſcipere quæſunt ad ſuſtentationem vitæ neceſſaria & Deo placentia: ea vero, in quibus eſt hamus culpæ, & offenſa diuina relinquere: & hoc eſt omnia probare : & quod bonum eſt tenere.

Et

Digitized by Google

Et certe in hoc probantur aliqui, & peiores inueniuntur coruis: quia eis talibus oblatis non ſolum recipiunt ad ſufficientiam, ſed ad luxuriam hamum contemnentes culpæ, & diuinæ offenſæ: & tales a Deo reprobantur. Et hoc fuit pulchre figuratum Iudicum 7. Cum enim eſſent decem milia cum Gedeon ad ſaluandum Iſrael Deus volens eos probare dixit ad Gedeon. Duc eos ad aquas & ibi probabo eos. Et trecenti viri proijcientes manu aquam ad os bibendo probati electi ſunt: reliqua autem multitudo quæ genuflexo aquam biberat reprobata fuit. Primi ſunt illi qui de copia, & affluentia rerum temporalium ſolum recipiunt ſuſtentationem: & iſti probati approbantur a Deo licet ſint pauci. Reliqua vero magna multitudo ſunt illi, qui totis ſuis affectionibus non ſolum ad neceſſitatem, ſed ad ſuperfluitatem de rebus temporalibus recipiunt genua flectentes. i. ſuas affectiones, & operationes. Et iſti quamuis multi reprobantur a Deo. eſt enim in rebus Dei, & mundi modo contrario: quia in rebus diuinis debet homo totaliter immergi: in rebus mundi ſolum ſuſtentari. Et ita fecit Thomas. Applica de legenda hoc eſt, quod dicitur ad Phil. 1. Probetis potiora: & ſitis ſinceres, & ſine offenſa in diem Chriſti: repleti fructu iuſtitiæ. Si vultis plus dicere de probatione: dicatis quomodo vulpes probat auditu gelatum fluuium antequam tranſeat, vt in ſermone illo beati Stephani: Intuens in cœlum, &c. Item ibi cognoſco oues meas.

Quantum ad ſecundnm nota, quod aliquis dupliciter impeditur ne perfecte veniat in notitiam veritatis. Primo, quia non legit in primo exemplari, ſed in ſecũdario exemplato. per hoc enim exemplaria, & libri multum diſtant ab originali: & corrumpuntur, vel diminuuntur: & ideo non ita perfecte adiſcit homo in exemplatis ſicut in originalibus.

Secundo, quia non audit lectionem a principali magiſtro docente: ſed a ſecundario, & baccalaurio repetente: non enim tantum ſciunt, nec ita bene docent repetẽtes ſicut legentes, baccalaurij ſicut magiſtri. his duobus modis impediebatur a notitia veritatis Thomas antequam Chriſtus ipſi apparuiſſet. Primo quia ipſe non legebat in primo exemplari originali ſcilicet in Chriſto immediate legens in libro illas duas litteras, de quibus ipſe dicit Apoc. vlt. Ego ſum Alpha, & Omega: principium & finis, & illas duas litteras Deum, & hominem: verbum caro factum: ſolum legebat in exemplato in aliorum Apoſtolorũ referente verbo, & ideo quia ipſi, & ſi non incorrupte, tamen diminute docebant dicentes. Vidimus dominum, ipſe dicit. Non credam niſi videro, &c. Sed cum originale tenuit, & vidit, & tunc perfecte legit cognouit, & dixit. Dominus meus, & Deus meus. Ideo dicit cum pſ. *Pſal. 72.* Aeſtimabam, vt cognoſcerem, ſupple ad verba Apoſtolorum. hoc labor eſt ante me donec intrem in ſanctuarium Dei, ſupple oculo intuendo, manu tangendo, aure audiendo, & tunc intelligam in nouiſſimis: ad hoc eſt illud, pſ. Quoniam nõ cognouit literaturam ſuper per dicta Apoſtolorum. Introibo in potentias domini, ſed humanitatem tangendo, & palpando memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius diuinitatem. ſ. recognoſcendo. Deus docuiſti me a iuuentute mea vſq; nunc, ideſt ante eius reſurrectionem: & poſt pronunciabo mirabilia tua dicendo. Dominus meus, & Deus meus.

Secundo impeditus fuit: quia non audiuit lectionem de reſurrectione a principali magiſtro: ſed Apoſtolis repetentibus. Sed quando venit principalis magiſter ſcilicet Chriſtus, & lectione reſurrectionis eum docuit: ſtatim perfectam notitiam habuit: ſtatim credidit. Vnde dicit illud. Pſalm. Ego cognoui quod magnus eſt *Pſal. 134.* Dominus, & Deus noſter præ omnibus diis, & omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo: quando ſol obſcuratus fuit, & in terra quando tremuit: in mari quãdo ſolidum calcãti prębuit ſe: & in omnibus abyſſis quãdo ſanctos patres de limbo

eduxit·

Digitized by Google

eduxit. Eſt autem ſciendum,quod ſicut Thomas tunc cognouit, & profecit quando exemplar verum,& perfectum,ſcilicet Chriſtum habuit, & non ante. Ita tunc populus in credendis,& agendis proficit quando habet exemplar, ideſt prælatum, & paſtorem diſcretum,& perfectum:& non ante,& tunc populus cantat cum pſal. Quanta audiuimus,& cognouimus ea:& patres noſtri narrauerunt nobis . Sed pſ. de quibuſdam conqueritur dicens. Contritio,& infidelitas in viis eorum : & viã pacis non cognouerunt:non eſt timor Dei ante oculos eorum . Non fuit talis Beatus Thomas:immo fuit verax,& perfectum exemplar, & perfecte cognitionem tribuens,& perfecte cognoſcens dicens Chriſto illud,pſ.Ecce cognoui quoniam Deus meus eſt .

Quantum ad tertium nota ſignum vitæ recuperatę in eo, qui fuit mortuus : eſt ambulatio,locutio,comeſtio. Thomas de morte Chriſti non dubitauit, quem nouit crucifixum,& ſepultum,& ideo Chriſtus ſe exhibuit ei, & alijs Apoſtolis tanquam vere reſurrexit,& ambulantem,& loquentem: & ideo ipſe cognouit non ſolum geſtionem paſſionis,ſed eleuationem reſurrectionis: propter quod dicit illud pſ.Nunc cognoui,quoniam ſaluum fecit dominus Chriſtum ſuum. In cuius cognitione erit ipſi ęterna ſalus. Iuxta illud Ioan. 17. Hæc eſt vita ęterna, vt cognoſcãt te ſolum verum Deum:& quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ad quam, &c.

S E R M O LXXXXV.

De Feſto Purificationis B. Mariæ V.

*Pſal.*133 SVſcepiſti me de vtero matris meæ. Volens enceniare aliquam perſonã vel aliquod collegium conſueuit tria facere.ſ.encenium primo diſponere,& ordinare ſecretius, ſecundo exponere,& publicare exterius. tertio præponere,& præſentare poſterius. Ita faciunt deuotæ dominę religioſis: quia quando volunt alicui fratri,vel toti conuentui aliquod encenium mittere primo ſecrete penes ſe encenium præparant ordinant, & diſponunt in domo cooperientes aliquod pulchro lintheo. Secundo ordinatũ coopertum,& ornatum tradunt alicui,qui publicè portat. Tertio ille apportatũ fratri,vel cõuentui publicè præſentat.Ita legimus. 1.Reg.15.Cũ enim Abigail vellet vnum encenium facere Dauid:primo ipſum diſpoſuit.vnde dicitur ibi,quod tulit vinum,panes,carnes,ficus,& vuas. Deinde tradidit pueris , qui portarent dicens. Præcedat me ego poſt tergum ſequar. Deinde veniens coram eo præſentauit dicẽs: Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat. Ad propoſitum Deus pater voluit mittere vnum mirabile encenium humano generi toti conuentui hominum.& promiſit hoc ſe facturum. Malach.3. Ecce ego mitto Angelum meum,qui præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum. Circa iſtud ergo encenium ſic proceſſit quod ipſum primo diſpoſuit, & ordinauit in toto veteri teſtamento deinde lintheo noſtrę mortalitatis inuoluit in virginali vtero ipſum incarnando ſecretius: deinde expoſuit mundo per natiuitatem exterius:& deinde pręſentauit in templo omnibus. Iſtius encenij portatrix,& præſentatrix fuit virgo Beata:ſicut frequenter in domibus nobilium puellæ virgines encenia præſentant : hæc enim eſt altera Abygail,quæ interpretatur patris exultatio propter filium : Deus pater quę attulit in templo toti generi humano , & obtulit

tulit

tulit Simeoni tamquam in perſona omnium ſuſceptori velut alter Dauid: quia fuit manu fortis in expectando, & ſuſtinendo, & præſentauit panem,& vinum,& carnes, & ficus,& vuas paſſas,quia ipſe verbum caro in virginali vtero eſt panis,& vinum primo in Euchariſtiæ Sacramento: & eſt ficus,& vuas paſſas,quia ipſe verbum caro in virginali vtero eſt panis, & vinum primo in Euchariſtiæ Sacramento: & eſt ficus, & vua paſſa in cruce, & ſepulchro: & ipſa dixit Simeoni. Suſcipe benedictionem quam attulit tibi ancilla tua, vtique illam benedictionem, de qua dictum fuerat Abrahe.Gen. 12. Ex te namque egredietur, in quo omnes gentes benedicentur. Ancilla inquit domini. Lucæ primo. Et ſuſcepit Simeon omnia, quæ attulerat:quia verbum caro factum:panem,& vinum futurum: quo ad Euchariſtiæ Sacramentum:ficus,& vuam paſſam quantum ad crucem, & ſepulchrum,in quibus illud enceniumerat apponendum. Chriſtus ergo videns Simeonem de matris gremio ſuſcipientem ei verba propoſita loquitur per pſalm.Suſcepiſti me, &c.deſcribens in verbis illis triplicem Chriſti, & Virginis feſtiuitatem, ſcilicet Annunciationis,Natiuitatis,& Incarnationis. Hoc ergo encenium per pſ. in verbis præmiſſis deſcribitur.

Nunciatum,incarnatum
Extranatum,publicatum } Matris meę de vtero ſuſcepiſti me.
Propalatum,pręſentatum

Fuit namque fructus iſte { Nunciatus, Incarnatus, / Extranatus, publicatus, / Propalatus,pręſentatus } { Aluo virginali, / Mundo corporali, / Templo materiali.

} Ideo dicitur { Matris meæ de vtero ſuſcepiſti me.

} Quis autem fuit mirandum ſpectaculum benedictus iſte fructus.

Incarnatus,
Extranatus, } In { Vtero fęcundauit virginitatem / Mundo ſeruauit integritatem, / Templo demonſtrauit humilitatem }
Pręſentatus

In { Concipiente mirabilius, / Pariente miraculoſius, / Recipiente affabilius. } Matris meæ de vtero ſuſcepiſti me.

Quantum ad primum ſciẽdum quod ſcribunt naturales,& experti afferunt hortolani ꝙ qñ flos exñs in arbore cadit antequam fructus formetur non eſt bonum ſignum,quia tunc arbor non erit fæcunda,ſed ſterilis. non oportet bonum fructum de illa expectare:ſed quando flos manet ſimul cum fructu: & non cadit flos donec formetur fructus: tunc eſt ſignum optimum: quia tunc arbor erit fertilis, & fęcunda: tunc habetur bonus fructus. Omnis mulier habens prolem, & puerum eſt arbor habens fructum: flos huius arboris eſt virginitas: ſic ergo fuit a principio mundi vſque ad Beatam Virginem, quod nunquam mulier fructum, ideſt prolem habuit quod in ea ante prolem flos virginitatis non ceciderit. Deus autem promiſerat Dauid illud quod ipſe dicit in pſalmo. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. De quali autem arbore deberet naſci fructus iſte.

Prophetauit Eſaias dicens. Ecce Virgo concipiet,& pariet filium. Eſaiæ 7. Hoc ergo videns quod in omnibus mulieribus cadebat flos virginitatis antequam veniret fructus fæcunditatis non habebat bonum ſignum: nec credebat, quod

de illis mulieribus ille fructus naſceretur, & quaſi deſiderio deſiderabat dicens. Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſuper ſperaui: vſque facies. Tandem arbor vna nobilis virginitate candida Spiritu ſancto obumbrante impregnata, fæcundata flore integro remanente virginitatis fructu formato in vteroque mater facta: & ideo tunc fuit ſignum optimum, & optimi fructus ſapidi ſani, & ſuauis, & benedicti. Vnde dixit ei Elizabeth Lucæ primo. Benedictus fructus ventris tui. Propter hoc ipſa ſola poteſt dicere illud Eccleſiaſt. 24. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, & quia hoc fuit ſingulariſſimum quod in hac arbore flos, & fructus virginitas, & filius ſimul eſſent: ideo dicitur in themate non ſolum matris, ſed matris meæ tanquam ſingularis, & merito.

Carb. inter gẽmas præcioſior.

Scribunt enim naturales, quod carbunculus inter gemmas eſt præcioſior: & ideo eius generatio mirabilior. quia vere bonus, & in ſpecie optimus, non naſcitur intra vnum lapidem præcioſum: quia dicunt quod præcioſior carbunculus ſola cœleſti virtute intra ventrem balagij generatur ſine balagij læſione: cui balagio carbunculus dat virtutem. ſic decebat de vero carbunculo, id eſt Chriſto, qui optime per carbunculum intelligitur: quia nocte lucet, & radiat: ideo Chriſtus eſt lux vera: & lux in tenebris lucet. Ioannis primo. Non enim decebat eum naſci, niſi lapide præcioſo in belagio in virginali vtero ſola virtute cœleſti fæcundato: cui virgini ipſe Chriſtus contulit virtutem, & gratiam abundantem. Vnde dicit matris meæ, propter hoc dicit ipſemet Chriſtus ad hoc propoſitum illud Sapient. 7. Sum quidẽ & ego mortalis homo ſimilis hominibus: & ex genere terræ illius qui prior factus eſt ventre matris figuratus ſum caro.

Xp̃s carbũculo ſimilatur.

Quantum ad ſecundum nota, quod Dei filius in ſcriptura ſacra quantum ad vtranque natiuitatem, æternam ſcilicet, & temporalem comparatur ſplendori, ſeu lumini, vnde in hodierno Euangelio Simeon dixit. Viderunt oculi mei ſalutare tuum: quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem. Lucæ 2. Ratio eſt, ſplendor, ſeu lumen a ſole egreditur: etiam ſi ſol eſſet ab æterno æternitatis: & ſemper in ſole manens tempore ſuo: templum per vitream ingreditur, & egreditur abſque vitreæ fractione, & quacunque violatione: ſic Dei filius, & lumen de lumine Deus verus de Deo vero: a Deo Patre procedit æternaliter ſemper apud Deum manens ſine deſcenſu a Patre deſcendit ad terram templum vteri virginalis ingrediens in annunciatione, & egrediens in natiuitate virginalis templi ſalua ſemper integritate, & clauſo vtero, & inuiolato. Ideo dirigit ipſi illud Deus Pater in pſal. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum, &c. Et ipſe Chriſtus per eundem: & pſ. loquitur ipſi Eccl. Ab vberibus matris meæ in te proiectus ſum ex vtero.

Xp̃s lumini compar.

Quantum ad tertium ſciendum quod iſte puer, qui hodie præſentatur debet ſuſcipi ſicut puer ad amplexum ratione charitatis: libenter enim quilibet amplexaretur filium regis, maxime primogenitum. Sic debet ſuſcipi iſte puer, qui eſt filius regis regum omnium, qui non ſolum eſt primogenitus. amplexus autẽ iſte fit duobus brachijs, dextro ſcilicet quantum ad amorem Dei: & ſiniſtro quantum ad amorem proximi. Iuxta illud Cantic. 2. Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Talis ſuſcepit Chriſtum glorioſè, & gratioſè, vt ei dicat per pſal. Tenuiſti manum meam dexteram: & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria iterum ſuſcepiſti me.

Pſal. 72.

Sed nota puer libenter fugit amplexum dominarum, quæ portant acum in pectore: & virorum, qui habent barbam. Ita iſte puer recuſat amplexum iſtorum

qui

Digitized by Google

qui habent acum pungitiuam, ideſt rancorem in corde, & barbam pungitiuam, id eſt verba pungentia, vel blaſphemias, detractiones, opprobria, conuitia verba immunda. Iſtis enim, & ſimilibus pungitur, & ſtimulatur: ideo quilibet debet habere barbam raſam, & acum excluſam per acceptam iuſtitiam: ſicut Symeon, de quo dicitur quod erat iuſtus, quo ad primum: & timoratus quo ad ſecundum. Talis. n. ſolum debite Chriſtum ſuſcipit. Vnde Eſa. 41. Suſcepit te dextera iuſti mei pauper ad hoſpitium ratione liberalitatis. Quandoque enim nuncius maxime indigens recipitur propter reuerentiam mittentis. Iſte puer eſt nuncius portans litteras Dei patris, non de alio, quam de ſalute noſtra: ideo ſalutaris vocatur: per eũ enim mandat Deus pater ſalutes Iacob. Iſte nuncius, vt feſtinanter iucundos rumores de noſtra ſalute apportaret, & panderet rerum temporalium, a curſu quo exultauit, vt gygas ad currendam viam non impediretur, dimiſit totam veſtem ſuã omnes temporales diuitias: & ideo non habet vnde faciat expenſas, ideo dicit illud, pſal. Pauper ego ſum, & in laboribus a iuuentute mea. Propter igitur mittentis reuerentiam, & propter rumorem gratum deberet iſte puer recipi. Tunc autẽ ipſe recipitur cum aliquis de ſuis pauperibus ſuſcipitur. Vnde dixit ipſe Marci, 9. Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo me recipit. Et quicunque me ſuſceperit non ſolum me ſuſcipit: ſed eum qui me miſit. Sed timendum eſt ne illud ſit verum Ioannis 1. In propria venit & ſui eum &c. Dilata ſi vis. mendicus ad officium ratione ſanitatis ægrotus ad mortem libenter ſuſciperet medicum, qui ſolo verbo ſanaret eum. Talis eſt iſte puer, qui non ſolum dat ſalutem regibus: & ideo venerunt tres Magi Hieroſolymam, immo ſolo verbo reſtaurat vniuerſa, quia dixit, & facta ſunt. Ideo dixit Ioannes in canonica ſua 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras. Sed nunquid ita eum recipimus. audi eum conquerentem per pſal. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad predam. Nota. leo habet tria odibilia, ſcilicet fætorem ex viſceribus quem habent multi per peccatum immunditiæ: ardorem in oſſibus, quẽ habent multi propter peccatum auaritiæ: ſtridorem in dentibus, quem habent multi propter peccatum gulæ. Iſti Chriſtum ſuſceperunt ſicut leo. Dilata contra vitia vt volueris. Felices ſunt, qui poſſunt hodie dicere cum pſal Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui, & ſuſcipiunt benedicendo ſicut Simeon: de quo dicitur in Euangelio. Et ipſe Simeon accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuũ in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Ad quam.

Pſal. 87.

SERMO LXXXXVI.

De Pœnitentia per totam Quadrageſimam, & de feſto Pentecoſt.

SPiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Vulgariter dicitur tale prouerbium. Qui veult aller en entrange pays ſe doit garnyr de vne bone guyde. Literaliter, qui vult ire in alienam regionem debet habere bonum ductorem. Hoc docet natura.

Pſal. 142.

Cum enim Hyrundines, vel Coturnices volunt ire in hyeme ad ma-

ris inſulas cum ſunt in littore congregatæ non ſtatim iter arripiunt, ſed expectant ductorem. Ductor autem & director eſt ventus flans, & impellens directe verſus inſulas: & ideo niſi ſtatim huiuſmodi ventum habeant volatum,& viā non arripiunt: ſed ventum proſperum expectant: aliquando per quindecim dies,quo flante ſtatim volatum aſſumunt,& vadunt.

Vt autem dicunt experti hac arte vtuntur: quod cum in volatu fatigantur, & ad mare deprimuntur, & alam dextram vento flanti tanquam velum exponunt: & ſiniſtra tanquam gubernaculo ſe regunt: & ſic adoptatum portum volando, & nauigando perueniunt.

Idipſum habet ars humana: quia nauigantes quantumcunque ſit mare tranquillum niſi vento flante proſpero nauigationem non incipiunt: ſed vento flante proſpero tanquam impellente, & deducente: etiam non obſtantibus fluctibus ſe nauigationi exponunt: ac per hoc ad portum veniunt. Ad idem eſt ſcriptura ſacra.

Populus Iſraeliticus, qui fuerat in Aegypto ſub grauiſſima ſeruitute iturus per mare ad terram promiſſionis habebat optimum ductorem: & aliter ire noluit: ſed illo ductore peruenit. Iſte fuit ſpiritus Angelicus, de quo dicitur in Exo. 13. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam in columna nubis per diem,& per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore. Et hoc idem recitatur. Neæ 9. Non defuit eis columna nubis per diem: & ignis per noctem: vt duceret eos per viam, & ſpiritum bonum tuum dediſti eis. Ergo qui vult ire in longinquam regionem debet habere bonum ductorem. Hæc idcirco dicta ſunt, quia peccator per culpam longe a Deo,& terra gratiæ,& gloriæ: quæ eſt terra viuentium abiit in regionem longinquam,& regionem diſſimilitudinis: ideo quando vult ire contra venturam hyemem ad inſulas maris, id eſt ante futuram Dei iram ad pœnitentiam debet moueri, & ire per rectum ductorem, qui ductor eſt Spiritus ſanctus, qui impellit ad bonum portum, ſicut ventus.

Et ideo ſuper Apoſtolos venit modo venit impellentis. Act. 2. Factus eſt repente de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, id eſt venti mentem vehementis. Huic autem vento debemus nos exponere: ſicut coturnices, vel hyrundines, vt ſcilicet alam vnam, id eſt voluntatem exponamus flatui inſpirationis, & motui Spiritus ſancti. Ala autem intellectus, & rationis tanquam gubernaculo nos regamus: vt ſemper iuxta doctrinam Apoſtoli ad Rom. 12. Rationabile ſit obſequium noſtrum. In hoc enim volatu, & tranſitu Spiritus ſanctus iuuabit noſtram debilitatem, & tarditatem. Iuxta illud Ro. 8 Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

Sic enim faciendo erimus ſicut prudentes nauigantes: quia non obſtantibus fluctibus, id eſt aſperitatis pęnitentiæ,quę a principio terrent, de vita præſentis miſeriæ peregrini venimus ad terram promiſſionis Hieruſalem cęleſtis: ſicut filij Iſrael per deſertum pęnitentiæ tranſeuntes directi a diuino ſpiritu in columna nubis per fidem,& ignis per charitatem. Et ſic attingemus portum noſtræ voluntatis vltimæ felicitatis. Sic enim ad hoc propoſitum ſcripſit,pſal. Qui deſcendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis: ipſi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit,& ſtetit ſpiritus procellæ, & exaltati ſunt fluctus eius. Sequitur. Et ſtatuit procellam eius in auram,& ſiluerunt fluctus eius: & lætati ſunt,quia ſiluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Pſal.igitur qui per iſtum ventū nauigare ſolebat:& per pęnitentiā venire ad promiſſionis patriam

Digitized by Google

patriam ſciens Spiritum ſanctum eſſe in hac via ductorem, & directorem ad Deũ Patrem. ſuper hoc loquitur. Spiritus tuus bonus, &c. In quibus verbis ſcribit ſpiritum ſanctum ad pęnitentiam prouocantem, vt ſcilicet.

Motorem,
Promotorem, } Spiritus tuus bonus deducet me in terram, &c.
Inductorem

Siquidem ad bonum opus omne habemus Spiritum ſanctum } Motorem citius, Promotorem ſecurius, Inductorem vberius. } Spiritus tuus bonus, &c.

} Impellendo, Dirigendo, Largiendo } Spiritus tuus bonus deducet me in terram, &c.

Eſt autem ſecundum iſta Spiritus ſanctus. } Motor, Promotor, Inductor.

} Ad } Citius, Securius, Vberius } Virtute propria.

Quantum ad primum, ſciendum, quod illud facit Spiritus ſanctus in hominib. quod ſpiritus corporalis in arboribus. Videmus autem quod ſole ad nos redeunte: & ſuos radios calidiores emittente facit flare ſpiritum, id eſt ventum vnum, qui auſter dicitur: qui terram impregnat: arbores fęcundat, ad fructum, & ad augmentum mouet, & promouet. Et hoc maxime patet in palma quam in hoc tempore mouet, & prouocat intantum, quod facit palmam emittere ſpinas in radice: folia in ſtipite: fructus in ſummitate. Hoc facit Spiritus ſanctus in hominibus: dum em badium ſui amoris ad nos Deus dirigit Spiritum ſuum flare in nos facit: qui animam impinguat, & fęcundat, & ad opera bona mouet, & prouocat: ac per hoc iuſtificat: & vt auſter palmam ad bona opera promouet, & prouocat, vt per eum ſit verum illud Pſalmi. Iuſtus vt palma florebit. mouet eum ad emittendum quicquid pertinet ad perfectam pęnitentiam, ſcilicet ſpinas in radice per cordis contritionem: folia in ſtipite per oris confeſſionem: fructus in ſũmitate per operis ſatisfactionem: in quibus tribus perfectio pænitentiæ conſiſtit. Et ſi ad iſta tria virtute propria non ſufficimus: virtus Spiritus ſancti robur præſtat. Vnde dixit. Pſalm. Spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Auſtri venti effectus.

Spir. S. vẽto Auſtro cõparatur.

Pſal. 91.

Quantum ad iſta tria pænitentiam integrantia iſtum ſpiritum, pſ. ſibi dari petebat dicens. Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Quo ad primum. Ne proiicias me a facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Quo ad ſecundum: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Quo ad tertium, Eſt autem ſciendum quod recte ſicut mihi videtur eſt de Spiritu ſancto circa pœnitentiam ſicut de auſtro circa palmam. Dicunt Philoſophi, & experti quod palma eſt duplex, maſcula, & femella. Femella autem nunquam fructificat niſi auſtro flante in palmam maſculam: & a maſcula vim generatiuam, & pullulatiuam deferentem in palmam femellam.

Pſalm. 32.

Idcirco vbi eſt palma femella ſine maſcula nunquam facit fructum. Ita ſpiritualiter palma cuius virtute fructificamus eſt Chriſtus: Sine ipſo .n. factũ eſt nihil. Io j. Et ideo qñ fructus dignos pęnitentię debemus facere oportet Spir. S. a patre procedentem, & a filio in nos flare, qui primo flauit ad opera pęnitentiæ a patre in

Xp̃s palma ſimilatur.

Chriſtum:aliter nihil boni meritorij poſſemus facere. Ioannis 15. Sine me nihil poteſtis facere. Et ideo Pſalmiſta. Spiritus oris eius omnis virtus eorum. In huius figuram legitur in principio quadrageſimæ Matthæi quarto Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, id eſt pœnitentiam ad oſtendendum, quod flauit ſpiritus in Chriſtum, vt inde ſpiritu ſancto in nos flante, nos eius exemplo ad pœnitentiæ fructus prouocemur. Ideo dicit pſalmiſta. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

Pœnit. ſtatus mari cõparatur. Quantum ad ſecundum nota quod ſtatus pœnitentiæ per quam vadimus ad terram viuentium comparatur mari, propter maris conditiones. Vnde pſalmiſta. In mari via tua:& ſemitæ tuæ in aquis multis. Conditio enim maris eſt, quod ventus multas procellas,& tempeſtates, mouet tamen quandó ventus eſt pro: & non contra: & flat in puppim directe ducentem ad portum nõn curant nautæ de procellis: quia vento flante venit ad portum ſalutis, ad quem directe ducuntur.

Ita eſt de pęnitentia: homines enim qui ſtant,& verſantur in ſtatu pęnitentiæ: & per eam volunt venire ad Paradiſum non poſſunt procedere, nec venire niſi flãte Spiritu ſancto in puppim .i. in humanam voluntatem: & tamen multas procellas, & tempeſtates generat fluctus, & vndas, prouocat, deicit,& eleuat: quia impellit nunc ad ieiunia, nunc ad vigilias, nunc ad ſuſpiria, nunc ad diſciplinas, nunc ad lachrymas, nunc ad eleemoſynas, nunc eleuat ad contemplationem præmiorũ, nunc deijcit ad aſpectum ſuppliciorum: tamen qui ventum iſtum habent in puppim non curant de omnibus: quia cum eo veniunt ad portum optatum ſalutis. Hoc ſciunt de quo loquitur pſalm. Qui deſcendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis. Iſti viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo dixit ei ſtetit ſpiritus procellæ. Et exaltati ſunt fluctus eius: aſcendunt vſq; ad cęlos,& deſcendunt vſque ad abyſſos. Anima eorum in malis tabeſcebat, &c. vſque ibi. Deduxit eos in portum voluntatis eorum. *Pſal. 106.* Eſt autem ſciendum, quod ſpiritus ſanctus ducit ad portum & bonos,& malos, ſicut ventus deducit portum: & peregrinos, & piratas: ſed differenter, quia peregrini ducuntur ad portum, ad vitam, & quietem: piratę ad interitum, & mortem.

Sic mali ducuntur a Spiritu ſancto ad portum mortis, & interitus. in pſalmo. Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus: boni vero in ſalutem, in pſalmo. In voluntate tua deduxiſti me: & cum gloria ſuſcepiſti me. Exemplum in natura, paſtor ducit ouem, & lupum, ſed ouem ad paſtum, lupum autem ad interitum. Sic Spiritus ſanctus bonos,& innocentes ad meritum.

Primo. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſanctum tuum in pſ. deinde ad præmium.

Secunpo in pſalmo. Deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis. Ideo alibi pſalmiſta. Deduxiſti ſicut oues populum tuum: malos autem ſicut lupos ad damnationem, & infernum. Vnde dicunt illud pſalmiſtæ. In puluerem mortis deduxiſti me. Et alibi. Ad nihilum deducet inimicos. Si vis dic quare peccatores comparantur lupo: quia quidam veniunt ad confeſſionem, ſicut lupus. Et narra quomodo confitens reſpiciebat oues: & petiuit quod cito expediretur: quia oues in vno colle diſperabant. Ita veniunt multi ad confeſſionem: inde talum confeſſio dicitur confeſſio lupi. Vel dic quod chorda de inteſtinis lupi in cithara, corrodit chordam de inteſtinis ouis. Ita mali vorant, & perſequuntur innocentes, & ſanctos, & ideo de talibus pſa. Ad nihilum deduces tribulantes nos. Dilata vt vis.

Quantum ad tertium, nota quod terra ad quam ducit ſpiritus ſanctus eſt duplex

plex. Vna eſt deſerta: & hæc eſtp œnitentiæ. Altera fructifera: & hæc eſt gloriæ. Vocatur autem pænitentia terra: quia ſubiicitur tribus, quæ conueniunt ſtatui pœnitentiæ, ſiquidem hæc terra corporalis ſubiicitur primo commotioni: euertitur enim, & commouetur vomere, & ligone. Sic anima per pœnitentiam ſubijcitur commotioni per contritionem, per diligentem inquiſitionem, & inueſtigationem, ac inuentionem delictorum: quaſi quodam vomere conſcientiæ teritur, & commouetur ad dolorem, & diſplicentiam de commiſſis, & hoc in conſcientia faciat Spiritus ſanctus per donum timoris, in pſalm. Commouiſti terram, & conturbaſti eam ſana contritiones eius quia commota eſt. Commouetur etiam terra tonitruis, & fulgurationibus. ſic conſcientia ſcilicet ſpiritus ſancti minus, & promiſſionibus. Ideo illuxerunt fulgura eius orbi terræ. vidit, & commota eſt terra, in pſalm.

Secundo ſubijcitur terra irrigationi: irrigatur enim pluuiis, & nubibus riuis, & fontibus puteis; & fluminibus. Sic anima in pęnitentia irrigatur pluuia gratiæ Spiritus ſancti: & ſubiicitur irrigationi per lachrymoſam confeſſionem, quod fit per donum pietatis: quando homo ex compaſſione propriæ ſalutis mouetur ad propriam lachrymarum effuſionem in confeſſione dicente de hoc, pſalm. Viſitaſti ter, & inebria. eam mult. locuple. eam. Flumen Dei repletum eſt aquis, &c. *Pſal.64*

Tertio ſubiicitur impinguationi: quia terra impinguatur per fimum, & huiuſmodi. Sic enim anima in pęnitentia per humilem, & operoſam ſatisfactionem, ſicut enim terra impinguatur vilibus: ſic anima per cognitionem ptopriæ vilitatis, & humilitatis, vnde pſalm. Craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram. Hæc autem terra pęnitentiæ in mari, ideſt mundo dicitur recta, quia rectè producit. in pſalm. Iuſtitiæ Do. recte læti. corda. Recte deducit in pſal. Dirige me domine in ſemitam rectam propter inimicos meos. Ad recta perducit, ad illum ſcilicet, de quo pſalm. Rectus dominus, & non eſt iniquitas in eo, ipſe enim per eundem pſ. dicit. Innocentes, & recti adhæſerunt mihi. Alia autem terra, ad quam ducit ſpiritus ſanctus eſt terra fertilis, terra gloriæ: vbi eſt omnium copia bonorum de qua pſalm. qui fuerat in pęnitentia dicebat. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et hanc terram gloriæ non venitur niſi per terram pęnitentiæ: ſicut nec filii Iſrael intrauerunt in terram promiſſionis niſi per deſertum laboris. Ad hoc pſalm. ſcripſit. In terra deſerta inuia, & inaquoſa: ſic in ſancto apparui vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Ad quam, &c.

SERMO XCVII.

De Feſto Pentecoſtes.

Flabat ſpiritus eius, & fluent aquæ. Vulgariter dicitur tale prouerbium. poiſſons, & enfans in eaue ſunt croiſſans. literaliter hoc eſt *Pſal. 143.* dictu. Piſces, & infantes in aquas ſunt creſcentes. Quis hoc ſit verum docet primo experientia. Videmus quod piſces ſicut in aquis generantur, ita nutriuntur, ibidem, & augmentantur. Infantes etiã in balneis a nutricibus lauantur, & fomentantur: & ex hoc debita recipiunt nutrimenta. Secundo ſcriptura ſacra, dicitur enim Abac. I. Facies hominis quaſi piſces maris. De piſcibus autem dicit ſcriptura quod ita indigent aqua, non ſolum ad nutritionem, & augmentum, ſed etiam quantum ad vitam, & conſeruationem: quia ſine aqua ſtatim moriuntur. Eſa. 50.

& inferioribus inhærebat donec catharactæ cæli, id eſt bonitas patris & filij apertæ ſunt. Et tunc inundauerunt aquæ in die Penteco. ſuper terram, & eleuauerunt Arcam, ideſt eccleſiam in ſublime, in qua omnes fideles ſalui facti ſunt. Ideo eccleſia de ſe cantat, illud Pſal. Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meã conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum. Si ergo quæreretur a Pſalmiſta præſcio diuinorum ſecretorum nunquid poſt Chriſti aſcenſum, ſtabit Eccleſia arreſtata? Nunquid iſta Apoſtoli habebunt defectum aquæ gratiæ Spiritusſancti? Nunquid Eccleſia eleuabitur in ſublime? Reſponderet abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius ſuper montes id eſt Apoſtolos ſtabunt aquæ. Si autem quæratur vnde veniet quod iſta aqua dicit, quod ab eo qui emittit fontes in conuallibus, id eſt in minoribus inter medium montium, ideſt maiorum, pertranſibunt aquæ, flumen enim Dei repletum eſt aquis, a quo & cuius ſpiritu aquæ veniunt gratiarum, de qua hic dicitur. Flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. Vbi oſtenditur quod Spiritusſancti gratia datur ad tria, ſcilicet *Pſal. 103*

In. { Refrigerium, Adiutorium, Remedium. } Flabit ſpiritus eius: & fluent aquæ.

Datur ſiquidem, Spiritusſancti, Gratia, } In. { Refrigerium, Adiutorium, Remedium, }

Malè. { Inflammatis, Infirmatis, Induratis, } Flabit ſpiritus eius: & fluent aquæ.

Ergo Spiritusſanctus qui ex patre filioque procedit.
Refrigerat inflammatos ardore concupiſcentiæ.
Adiuuat infirmatos vigore efficaciæ.
Remediat induratos mærore pęnitentiæ.

Ideo dicit. } Flabit Spiritus eius: & fluent aquæ.

Quantum ad primum notandum quod ardor inordinatus eſt multum nociuus. Ita docet experientia tam in potentijs quam in obiectis: in potentijs quidem, quia contingit aliquando quod homo eſt multum calidus ex labore vel febre. Et ex tunc bibere eſt valde nociuum: immo aliquãdo mortiferum idem in obiectis quia bibere poteſt vel comedere morſellum calidum & feruentem comburit linguam & inteſtina. Et ideo conſueuit homo cibum calidum ad ventum euentare, & ſeipſum ad flatum venti refrigerare contra ardorem inordinatum. Nota de illo qui ex morſello calido ſe comburens dixit. Quod nimis erat calidum Et ſocius reſpondit ſouffle. Ad propoſitum totus mundus eſt in ardore inordinato, & omnia ſunt ardore plena tam ex parte concupiſcentiæ quam ex parte concupiſcibilium, quia res temporales homines ad ſui concupiſcentiam prouocant & inflammant. Ideo dicitur primæ Ioannis quinto. Totus mũdus in maligno poſitus eſt, ideſt in malo igne. Illum ignem ſupponit diabolus, vt totus mundus inflammetur. Ab iſto igne alij comburuntur, vt vſurarij, raptores, & latrones. Alij aduruntur, vt auari & tenaces. Alij incenduntur vt clerici. Et aliquando religioſi, vt ſit verum Illud Pſalmiſtæ. Non eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Eſaiæ ſexto. A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent. Et a propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Et ſicut res ardens in comedente: Primo comburit linguam, & poſtea ventrem. *Pſal. 18*

Ita

Digitized by Google

Ita ardor & amor inordinatus rerum temporalium comburit. Primo in hoc mundo mentem. Et poſtea in inferno animam. Et ideo eſt valde nociuus. Hoc patet in diuite Epulone. Lucæ decimo ſexto. Hic enim fuit ardens & ardenter comedens quia epulabatur quotidie ſplendide ardenter induens induebatur purpura & biſſo ardenter diligens, quia erat diues, ardenter cuſtodiens, quia de micis menſę nullam Lazaro dedit. Sed iſta ardenter concupiſcens & recipiens ſe combuſſit. Et hoc in mundo, Et poſtea in inferno: Ita ſe calefecit, & in inferno ſe combuſſit. Vnde clamabat. Oro pater, vt mittas Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquã, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Iſti dictum eſt illud. Si eſt calidum buffa. In iſta materia homines valde decipiuntur, quia illi qui minus credunt deficere plus deficiunt. Auari enim credunt eſſe liberaliſſimi, qui vero ſe comburunt immo qui ardent concupiſcentia, videtur eis, quod nihil aut in nullo excedant. Concupiſcentia enim ſubuertit cor eorum. Et ideo eſt frequenter eodem modo ſicut in montibus de calefacientibus ſe ad ignem tẽpore hyemali: quia tantum cupiunt homines ſæpe calefieri quod nimis igni appropinquãtes dum credunt ſe calefacere, ſe comburunt. Aliquando in veſtibus, & aliquando in corpore. Ideo dictum eſt in Prouerbio. Talis credit calefacere ſe qui comburit. Et ad hoc recte locutus eſt ille inuentor Petrus Cardinalis, qui hoc modo cecidit in Cobla ſua. Bene reputo fatuum & muſardum, qui ſe amare ligat & ſtringit. Et habet deteriorem partem ille qui plus in eo confidit: quia talis ſe credit calefacere qui ſe comburit, & bona amoris raro apparent, & mala continue video, Propter quod a tali amore diſcedo ipſum relinquens & fugio. Non fugerat iſtum amorem diues epulo. Et credens ſe calefacere combuſtus fuit, vt patebat in lingua. Contra iſtum ardorem ſiue ſit corporalis concupiſcentiæ, vt fuit in ſenibus. Danielis decimotertio. Siue ſit auaritiæ vt diuitis Epulonis Lucæ decimoſexto. Miſſus eſt Spirituſſanctus in refrigerium in ſpecie flatus: quia flatus refrigerat. Extinguit autem ardorem & amorem rerum temporalium inordinatum oſtendendo breuitatem durationis, & nullitatem conditionis. Sic autem refrigerat flatus Spirituſſancti, vt patuit in Apoſtolis, quod totum mundum & omnia mundana contempſerunt & nihil reputauerunt. Omnia pro Chriſto relinquentes, & quaſi paleas conculcantes. Eſaiæ 42 Dominus Deus creans cœlos, ideſt cœleſtes Apoſtolos, & extendens eos ſit per terram quæ germinat, ex ea dans flatum populo qui eſt ſuper eam, Et ſpiritum calcantibus eam. Sed dicet forte aliquis contra, quia videmus quod flatus non extinguit: & refrigerat ſed accendit & inflammat. Patet enim quod flatu ancillæ ignem accendunt. Idem fit in fornace. Ideo timetur ventus quando ignis eſt in ciuitatibus. Ergo non videtur quod flatus Spirituſſancti, ſimiliter extinguat, ſed accendat. Reſpondeo. Flatus venti ignem fortem accendit: vt patet in domibus cum cõburuntur & debilem extinguit, vt patet in candela. Et ita facit Spirituſſanctus. Amor enim & ignis rerum temporalium quo accendimur ad eas diligendas modicus eſt reſpectu diuini amoris quo accendimur ad Deum. Sicut enim quicunque ignis terreſtris nullius eſt virtutis reſpectu illius qui de celo deſcendit, vt patet in fulgure, quod etiam ignem terreſtrem in camino diſſipat & extinguit, ita terrenus amor & terrenorum nihil eſt reſpectu amoris diuinorum: immo diuinus & cœleſtis amor omnem alium amorẽ ſua virtute & dulcedine diſſipat & extinguit & in puluerem redigit, & ita facit flatus Spirituſſancti. Amorem enim terrenorum extinguit, quia nullius virtutis exiſtit. Et amorem diuinorum virtuoſum accẽdit. Et ita fecit in Apoſtolis. Et quod ita faciat figuratum eſt Danie. 3. vbi legitur, ꝙ tribus pueris exiſtentibus in camino fornacis ardentis: Angelus domini deſcendit cum Aſaria, & ſocijs eius in fornacem excuſſit flammam ignis de fornace. Et fecit

medium

Digitized by Google

medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Et non tetigit eos omnino ignis, neque moleſtauit, neque quicquàm moleſtiæ intulit. Applica. Spiritus ergo ſanctus inflatos amore terreno infrigdat. Et infrigdatos diuino amore inflammat Primũ facit per donum ſcientiæ. Secundum per donum ſapientiæ. Scientia enim oſtendit quomodo tranſit mundus & concupiſcentia eius. Sapientia enim oſtendit & facit videre & guſtare quam ſuauis eſt dominus. Ideo quo ad iſta duo dicitur. Iob. 34. Si direxerint ad eum cor ſuum ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet. Ecce pertinens ad amorem diuinorum & donum ſapientiæ. Deficiet omnis caro ſimul & homo in cinerem reuertetur. Ecce pertinens ad contemptum terrenorum per donum ſcientiæ. Si vis potes hic adducere moralitatem de grationopolitano qui faces accenſas extinguit & extinctas accẽdit. Ita ſpiritus, ideo dicitur fons viuus ignis charitas &c vt in hymno per me expoſito. *Expoſuit Auctor hymnum, Veni creator Spirit.*

Quantum ad ſecundum ſciendum quod Pſalmiſta in duabus partibus iuſtitiæ breuibus poſuit quicquid ad vitam ſpiritualem pertinet dicens: Declina a malo & fac bonum. Quidam autem iſtam doctrinam peruertunt declinantes a bono & facientes malum. Quod autem declinent a bono, contingit propter quatuor videlicet, propter malitiam, impotentiam, ignorantiam, negligentiam. Ideo Spiritusſanctus mittitur in adiutorium contra iſta. Vt mala declinemus & bona faciamus. Et ideo Spiritusſanctus hodie miſſus eſt in ſpecie tonitrui perterrentis contra peccantes ex malitia, venit impellentis contra peccantes ex impotentia: linguæ erudiẽtis contra peccantes ex ignorantia, ignis comburentis contra peccantes ex negligentia. Et quo ad hæc quatuor dicitur. Act. 2. Factus eſt repente de cęlo ſonus. Ecce tonitruum terrens contra malitiam. Aduenientis ſpiritus vehementis, id eſt venti mentem vehentis, ecce ventus impellens contra impotentiam. Et apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ, ecce lingua erudiens contra ignorantiam. Tanquam ignis ſeditque ſupra ſingulos eorum ſcilicet, ecce ignis comburens contra negligentiam.

Quantum ad primum ſciendum, quod cauſa quare homines peccent ex certa ſcientia eſt defectus diuini timoris. Eccl 1. Timor domini expellit peccatum. Ideo Pſalmiſta. Contritio & infelicitas in vijs eorum & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor domini ante oculos eorum. Ad hunc ergo timorem incutiendũ mittitur Spiritusſanctus in ſpecie tonitrui exterrentis. Tonat autem Deus contra peccatores, quando rigorem ſuæ duræ ſententiæ eis oſtendit: vel interiori inſpiratione vel exteriori prædicatione vel aſperiori tribulatione vel longiori expectatione. In alijs euidentiori demonſtratione. Si enim Deus immittit fulgur ſuæ ſententiæ, nunc in maiores, nunc in æquales, nunc in minores, nunc in proximos, nunc in extraneos, non putes tute manum eius poſſe euadere, ſed ſemper illud cogita. *Pſal. 13.*

Tibi dico filia tu nurus intende. Nam tua res agitur paries dum proximus ardet. Dicitur enim quod tantum tonitruat, donec pluat. Ita Deus tantum tonitruat, donec ſuam ſententiam fulgurat per huiuſmodi ergo tonitruum Deus dedit metuentibus ſe ſignificationem, vt fugiant a facie arcus, hoc autem fit per donum timoris. Et ideo ſicut per tonitruum vinum dulce redditur acetoſum. Ita per donum timoris Spiritusſancti delectationes carnales: diuitię temporales, honores mundanales, & cætera peccata quæ peccatori fuerant dulcia redduntur amara in contritione abominabilia in confeſſione, execrabilia in euitatione. Et in hoc poteſt perpendere quilibet ſi recepit Spiritumſanctum. Dicit enim Grego. quod guſtato ſpiritu deſpicit omnia caro. Ad hæc Pſal. Intonuit de cęlo dominus & altiſſimus dedit vocem ſuam, concernendo videlicet quod ſuper peccatores veniet grando & carbones ignis. Et mi. ſa. ſ. & diſ. e. ful. mul. Et cont. eos, & appa. &c. Et alibi. Ab increpa- *Pſal. 17.*

pa.

pa. tua. fugi. a voce. toni. t. for.)

Quantum ad ſecundum ſciendum, quod ſicut nauis per ſe deſcendit ad mare exiſtens in fluuio, non autem aſcendit ſurſum niſi per adiutorium, vt per ventum flantem in velo. Et ſicut molendinum venti non poteſt molere ſine vento. Ita ex nobis labimur in peccatum & in infernum, ſed non poſſumus ad cęlum aſcendere niſi vento Spirituſſancti flante in velum voluntatis humanæ. Beatus qui habet iſtum ventum in puppi. Non enim poſſumus meritoria opera exercere ſine flatu iſtius venti. Ideo miſſus eſt Spirituſſanctus contra iſtam impotẽtiam in ſpecie venti impellentis, quod facit per donum fortitudinis. Et ideo ad Ro. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Et in Pſal. Spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Eſt autem ſciendum, quod iſta impotentia frequenter cauſatur ex conſuetudine peccandi, ſicut enim multæ guttæ pluuiarum proſternunt blada quæ poſtea ſurgere valerent: immo in terra putreſcerent niſi vento boreali flante, guttas aquæ excutiente ſpicas eleuante, & grana formante. Ita multitudo peccatorum & conſuetudo peccandi proſternunt homines ad culpam, vt peccare quaſi tranſeat in naturam. Et non poſſunt eleuari ad gratiam niſi flante Spirituſancto erigente & elęuante, peccata excutiente, gratiam cauſante, & bona opera prouocante. Pſalm. Auertente autem te faciem turbabuntur au. ſpi c. e. de. & di. in pul. ſuum reuertentur. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Ergo ex his poteſt quilibet cognoſcere, ſi recipit Spiritum ſanctum videat, quilibet ſi nauis ſua deſcendit, ſi ex molendino ſuo exit furfur vel farina, ſi ſpica, ideſt cõſcientia iacet in terram proſtrata vel eſt ad cęlum eleuata. Qui enim ſecundum carnem ſunt quæ carnis ſunt ſapiunt. Qui vero ſecundum ſpiritum, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Ad Rom. 8. Dilata vt vis.

Pſal. 32

Quantum ad tertium nota, quod habens ire ad alienam regionem indiget notitia linguæ illius regionis, & potiſſime quando linguæ & idiomata ſunt ſibijnuicẽ odioſa. Nota de Gallia & Cathalanis viatores, omnes habent ire in regionem remotam quia ad cęleſtem patriam. Multum autẽ differunt lingua & idiomata huius mundi a lingua & idiomate Paradiſi. Et ſunt ſibijnuicem contraria & diuerſa, lingua enim huius mundi eſt plena falſitate. Et caret veritate. Vnde Pſal. Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum. Et alibi. Non eſt in ore eorum veritas. Et alibi. Omnis homo mẽdax. Lingua autem Paradiſi caret falſitate & eſt plena veritate. Vnde in Pſalmo. Aedificabitur in cęlis pręparabitur veritas tua in eis. Et alibi. Domine in cœlo miſericordia tua & veritas tua. Intantum eſt odioſa, lingua mendacij in cœlis quod ille qui vnquam primo dixit mendacium, ſtatim immediate propter mendacium de cœlo excluſus fuit. Iſte eſt diabolus, de quo dicitur Io. 8. Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Sicut autem mendax & mendacium de cœleſti patria, quia Deo diſplicent ſunt excluſa. Ita nunquam permittentur intrare, dicitur enim. Apoca. 21. Neque intrabit in ea aliquid coinquinatum & faciens abominationem & mendacium. Ideo miſſus eſt Spirituſſanctus in ſpecie linguæ erudientis ad docendum linguagium cœleſtis patriæ quod eſt perfectę veritatis: quia idioma huius mundi erat ibi valde odioſum quod eſt plenum mendacio. Ioan. 16. Cum autem venerit ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Cauſa autem quare Deo diſplicet lingua mundana eſt, quia a nemine perfecte poteſt intelligi. Variabatur enim multipliciter quia alia mentitoria, detractoria, deriſoria, adulatoria, excuſatoria, & hæc ſunt. Pſal. verba malitiæ ad excuſationes excuſandum in peccatis. Prouerb. 6. Sex ſunt quæ odit Deus & ſeptimum deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes linguam mendacẽ, &c. Linguagium autem veritatis docet Spirituſſanctus per donum intellectus dum dat

Pſal. 2

intel-

Digitized by Google

Intelligere ſacræ ſcripturæ quo ad dicta & per facta diuinam veritatem & diuinā voluntatem, teſtante Pſal. qui ait. Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Et intellectum dat paruulis. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. *Pſal.* 118

Quantum ad quartum nota, quod in vulg. prouer. dicitur ſic. Anxiete fait vielle troter, & bolteux faulter. Nonne eſt aliquis a Deo negligens & ſopitus, qui quādo ignis comburit domum & multo plus quando appropinquat ad lectum nō ſurgat. Non fugiat ad aquam non recurrat, ſed multo amplius quando ignis pedi apponitur, quia tunc feſtinantius homo currit & ſurgit. Spiritualiter Apoſtoli erant ſopiti & viribus deſtituti ad prædicationem, ad defenſionem catholicæ veritatis. Ideo miſſus eſt Spirituſſanctus in ſpecie ignis comburentis ad excitandam negligentiam ipſorum. Vnde non ſuffecit ſpiritui ſancto domum igne accendere quia repleuit totam domum vbi erant ſedentes, &c. Act. 2. ſed etiam lectum cōſcientię. Et quod plus eſt pedem voluntatis & affectionis, vt enim ait Grego. in homilia. Foris apparentibus linguis igneis. In tus facta ſunt corda flammantia, quia dum Deum in ignis viſione ſuſcipiunt per ardorem ſuauitatis arſerunt. Ex hoc immediate facti ſunt diligentes & prædicantes verbum Dei, & ad aquam currentis baptiſmi: Ita patet de Petro. Actuum. 2. Qui immediate poſt receptionem Spirituſſancti verbum Dei firmiter prædicauit. Et circiter tria milia conuertit, & aqua baptiſmatis baptizauit. Hæc autem facit Spirituſſanctus per donum pietatis. Quæ pietas ſecundum Apoſtolum ad omnia valet. In hoc enim quilibet poteſt experiri ſi Spiritumſanctum recepit, ſi ſit diligens ad mandata Dei firmiter exequenda: quia ſecūdum Pſal. In hoc Spirituſſanctus facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flammam ignis.

De materia huius ſecundi membri inuenies plus in illo ſermone repleti &c.

Quantū ad tertiū principale nota, qđ flatus qui venit auſtralis facit fluere torrentes ex fontibus, vt patet tempore pluuiali. Odores ex floribus vt patet tempore. Aeſtiuali. Humores ex lapidibus vt patet in ſaxis tempore hyemali. Ita Spirituſſanctus facit hæc tria ſpiritualiter fluere ab illis in quos deſcēdit Spirituſſanctus torrentes & flumina doctrinę a ſanctis doctoribus. Eſt enim quilibet doctor quidam fons ſapientiæ ſalutaris a quo fluit aqua doctrinæ. Et fæcundans corda fidelium in eccleſia militante. Talis fons fuit Petrus Paulus: cæteri Apoſtoli & Euangeliſtæ: dilata de torrentibus & fluminibus epiſtolarum & euangeliorū quo modo fluxerunt per totum mundum. Ideo quilibet illorum fons vocatur. Cant. 4. Fons hortorum puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de Libano. Hoc prædixerat Chriſtus. Io. 7. Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de Spirituſancto quem accepturi erant credentes in eum. Item odores & aromata gratiarum a bene operantibus a quibuſdam enim procedit qui ſancti ſunt: per Spiritum ſanctum odor puritatis & munditiæ, vt patet in virginibus: humilitatis & obedientiæ: vt in confeſſoribus, firmitatis & conſtantiæ vt in martyribus veritatis & ſapientiæ, vt in Apoſtolis & doctoribus, pietatis & clementiæ: vt in patriarchis & cæteris miſericordibus. Ideo Cant. 4. Veni auſter perfla hortum meum & fluent aromata illius. Item tertio humores & lamenta lachrymarum a penitentibus, ſicut flauit in petram petrum per trinam Chriſti negationem induratum quando Chriſtus reſpexit eum. Et exiuit foras, & fleuit amare. Et ſic flauit in magdalenam in peccatis carnalibus obſtinatam quando lachrymis rigabat pedes Chriſti, & capillis tergebat, propter quod de ea cantat eccleſia: flauit auſter & fugauit aquilonem quando lauit cor Marię, penitentis imber Spirituſſanctus. liquefecit & refecit reſolutam in lamentis verbum miſſum cęlitus, de hoc in Pſalmo. Percuſſit petram & fluxerunt aquæ & torrentes inundauerunt. *Pſal.* 77

Hæc

Digitized by Google

Hæc tria docet Spiritusſancti flatus per donum conſilij, dum exterius vel interius conſulit quid a ſuis ſit docendum quo ad verba: agendum quo ad facta: dolendum quo ad crimina. Lucæ duodecimo. Cum videritis auſtrum flãtem dictis quia æſtus erit. Et ita fit. æſtus hic ſignificat donum & ſtatum gratiæ. Sed nota, ſic contingit ſpiritualiter de iſtis aquæ ductibus: ſicut contingit hiſtorialiter Exod. namq; 17. legimus quod Moyſes percuſſit petram Oreb: & vnica percuſſione dedit aquam. Numerorum autem. 20. Cum Moyſes vellet aquam educere de fonte petræ non potuit educere cum vnica virgæ percuſſione, ſed oportuit quod virga percuteret bis ſilicem. Et tunc egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ. Item Spiritusſanctus aliquos percutit ſemel, vt fluuant aquæ lachrymoſæ & contritionis & confeſſionis. Et hanc percuſſionem facit virga ſimplicis monitionis qua percutit interius in corde per inſpirationem: vel exterius in aure per prædicationem. Et aliqui ſunt ita obedientes, quod ſtatim dant aquam contritionis & agunt pœnitentiam, ſed aliqui ſunt ita oſtinati, quod ex hac vnica percuſſione nolunt conuerti: non poteſt vna gutta aquæ, vna lachryma pęnitentiæ extrahi, tunc Spiritusſanctus immittit ſecundam percuſſionem quæ eſt grauior, infirmitas vel aduerſitas carnalis, & tunc egrediuntur aquæ largiſſimæ gemitus & ploratus. Et ſic vaſa contumeliæ per iſtam aquam mundat & transfert in vaſa gloriæ. Non ad mundanam gloriam ſed ad ſuam conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Et non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Super miſericordia tua. Cuius nos faciat participes &c.

SERMO XCVIII.

De Angelis.

ANgelis ſuis Deus mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Pſal. 90. Beatus Bernar. in ſermone de Angelis, de eis loquens dicit ſic. Simus deuoti, ſimus grati, tantis cuſtodibus reamemus eos quantum poſſumus quantum debemus affectuoſe in Deo: alios enim diligamus tanquam futuros aliquando cohæredes, noſtros vero interim actores, tutores, & a patre poſitos & propoſitos nobis adhuc enim paruuli ſub tutoribus & actoribus ſumus. In quibus verbis Beatus Bernardus Deum vocat patrem noſtrum: nos pueros paruulos angelos vero cuſtodes & tutores noſtros. Horum autem ratio eſſe poteſt: quia mihi videtur in noſtro propoſito. Eodemmodo de factis Dei & mundi. In mundo autem ita, quod humana natura diuinis conſona ſtatuerunt, quod puero minore annis patre orbato & orphano princeps & iudex prouidet de tutore & cuſtode qui puerum cuſtodiat, in omnibus rebus pariter & perſona. Ratio autem legis ac legiſlatoris potuit eſſe iſta, puer enim minor annis non habet experientiã ad agendum, prudentiam ad regendum: potentiam ad defendendum: Et ideo valde male fuit vt iudex vel principes puero primo prouideret de cuſtode & tutore tali qui eſſet expertus ad agendum, prudens ad regendum, potens ad defendendũ. Et ſic ſua experientia, prudentia, & potentia cuſtodiat puerum ino mnibus, in perſona, ſcilicet Et in bonis ſuo modo conformiter & in factis Dei. Deus enim non ſolum eſt iudex iuſtus. vt dicitur in Pſal. immo eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, vt dicit Apoc. 1. Nos vero quandiu ſumus in hoc mundo, ſumus minores annis & orphani, vtrumque oſtendo. Primo quod ſimus minores annis, quamuis enim puer ſtatim patre mortuo habeat ius in hæreditate paterna,

Digitized by Google

terna, tñ iura volunt ante certum tempus & terminũ vt terram ſuam hæreditatẽ ſuam non teneat, nec habeat, nec ſe intromittat, donec ad ætatis iura peruenerit. Sic ſpiritualiter nihil huius mundi iure hæreditario poſſidemus: omnia ſunt labilia & tranſitoria. Heb. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem ſed futuram inquirimus. Illa eſt cœleſtis patria in qua habemus hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, immarceſſibilem: primæ Pet. 1. De qua. Pſal. Hæreditas mea præ *Pſal.* 15
clara eſt mihi. Verum eſt, quod ante Chriſti mortem in ea nullũ ius habebamus. Sed per eius mortem ſtatim ius acquiſiuimus, quia facti ſumus hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. Rom. 8. Tamen ius diuinum ſtatuit, vt ante certum terminũ, ſcilicet ante mortem hanc hæreditatem non teneamus: quia lex eſt ſcripta. Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. Igitur quamdiu viuimus ſumus minores annis & pueri quia in hac vita poſiti ad noſtram hæreditatem poſſidendam attingere non valemus. Ideo poſtquam minoritatem annorum iſtorum & dierum pariter reſpectu diei æternitatis. Pſalm. oſtenderat dicens. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Hiere. 1. cap. Plangeat quia hæreditatem puer exiſtens non poſſidebat, dicens. A. a. a. Deus pater puer ego ſum, apparet, ergo quod quamdiu viuimus ſumus minores annis, & pueri. Secundo oſtendo, quod ſimus orphani, hæc eſt differentia in mundo inter pueros, quod illi qui diu & continuo fuerunt ſub cura parentum cum veniunt ad hæreditatem inueniunt omnes res ſuas bene diſpoſitas, agros, prata, & vineas: culta, horrea & cellaria, & operatoria plena domos hoſpitia & maneria integra. Econtrario de illis qui diu fuerunt orphani quia bona eorum tractauerunt extranei quibus non eſt tanta cura inueniunt cum ad ea poſſidẽda inuenit omnia vacuata: omnia occupata: omnia diſſipata. Hoc oſtendit nos eſſe orphanos: quia ſi homo ſtetiſſet continue ſub cura & obedientia Dei in ſtatu innocentiæ, ſicut fuit poſitus in terreſtri Paradiſo quando homo in morte venit ad hæreditatem cęleſtem, vel ſaltem tempus veniendi, inueniſſet omnia bona ſua bene diſpoſita: quia cellaria & horrea, ideſt intelligentia, voluntatem, memoriam, & conſcientiam plena meritis: prata: & alias poſſeſſiones, ideſt ſenſus corporales cultas actibus bonis. Manerium ſuum, ideſt corpus in quo manet anima integrum & perfectum, quia ſine morte corpore ſano & integro fuiſſet homo in cœleſtẽ Paradiſum introductus. Sed quia homo exiuit per peccatum ab obedientia & cura Dei & fuit diu orphanus: inuenit omnia iſta diſſipata, propter quod Pſal. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum, & alibi. Diſſipati ſunt: nec compuncti. Et Eſaię *Pſal.* 140
49. Vt poſſideres hæreditates diſſipatas. Quia igitur vt patet, nos quãdiu ſumus in vita iſta, ſumus pueri minores annis & orphani. Deus ſicut princeps prouidus prouidet nobis de tutoribus & cuſtodibus angelicis, ſcilicet ſpiritibus vt cuſtodiant nos in omnibus, in rebus pariter & perſonis. Vnde dicit dominus illud Eſa. 62 Super muros tuos Hieruſalem conſtitui coſtodes tota die & nocte nõ tacebunt laudantes nomen domini. Ad hoc Hiero. ſuper Mat. Magna dignitas animarum vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodia ſui angelum deputatũ. Quod ſatis figuratum fuit in Raphaele angelo Thobiæ 5. & 12. Qui Thobiam puerum duxit & reduxit, & cuſtodiuit & finaliter bonis omnibus repleuit: dixit enim quã mercedem dabimus ei aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius me duxit & reduxit ſanum vxorem me habere fecit & dæmonium ab ea compeſcuit: me a deuoratione piſcis eripuit, te quoque lumen cæli videre fecit: & bonis omnibus per eũ repleti ſumus: & quod in eo factum eſt ſpecialiter credimus in nobis omnibus fieri generaliter. Igitur patet iuxta verba beati Hiero. quod per Deum tanquam per principem nobis pueris & indigentibus ſancti Apoſtoli tutores dati ſunt & cuſtodes quod attendens. Pſal. hoc quod cuilibet noſtrum gaudens prædicat dicens.

Ange-

Digitized by Google

Angelis ſuis Deus mandauit de te &c. In quibus verbis gaudia tria nobis nuncians deſcribit: quia ſcilicet grande

Imperium,	Deus mãdauit,		Imperium,
Faſtigium,	Angelis ſuis,	Oſtenditur autem grande.	Faſtigium,
Beneficium,	Vt cuſtodiant,		Beneficium,

	Præceptis,		Deus mandauit,	Ergo in cęleſti hierarchia,
In.	Subiectis,	Quia.	Angelis ſuis vt	Triplex latet harmonia,
	Suſceptis,		Cuſtodiãt te &c.	

Quam hic Pſalmiſta deſcribit: quia ſecundum hæc verba ſua ibi

Imperium præceptorum,		Promulgationis firmitate ſtabilius,
Faſtigium ſubiectorum,	Ex.	Executionis velocitate præſtantius,
Beneficium ſuſceptorum,		Protectionis vniuerſitate vtilius,

	Deus mandauit
Quia.	Angelis ſuis vt
	Cuſtodiãt te &c.

Quantum ad primum nota, quod mihi videtur eadem differentia inter ſpiritus ſuperiores & inferiores quæ eſt inter corpora ſuperiora & inferiora, cęleſtia & terreſtria: quia corpora cœleſtia ſui motoris motum ſemper ſuſcipiunt nunquã deficiunt nunquam reſiſtunt, & nũquam extraneo obediunt & firmiter & regulariter mouentur ſuo motu naturali & circulari, ſed corpora inferiora & terreſtria nõ ſemper mouentur motu ſuo naturali nec ſemper obediunt ſuo motori: immo aliquando deficiunt vel reſiſtunt extraneo motori frequenter impetum ſuſcipientes vt patet in leuibus quæ non ſemper mouentur ſurſum immo aliquando deorſum, & eodem modo de grauibus. Sic ſpiritualiter eſt in ſpiritibus, quia ſuperiores & cœleſtes, ſcilicet angeli beati ad omne præceptum imperium & mandatum ſui motoris Dei, ſcilicet creatoris obediunt & mouentur circulariter: quia omnes nutum Dei voluntatis ſequentes quocunque voluerit ſine defectu regulariter vertit illos: quod figuratum eſt in rotis omni quaque volubilibus. Ezec. 1. de quibus ibi dicitur quod ſpiritus vitæ erat in rotis, & quocunque ibat ſpiritus illuc pariter et rotæ leuabantur ſequentes eum. Iſtam firmam obedientiam in diuinorum mandatorum obſeruantia in Angelis prænoſcens. Pſal. cum ad hoc dixerat. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Statim ſubdit rationem. Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Statuit ea in æternum & in ſæculum &c. Propter hoc dixi diuidendo grande imperium in præceptis firmitate ſtabilius, quia Deus mandauit, quo dicente omnia in angelis facta ſunt: mandante creata ſunt, & præcepta poſita non prætereunt ſed perpetua ſunt. Spiritus autem maligni inferiores vt ſunt dæmones nõ ſemper motui diuino eius imperio voluntati & mandato obediunt ſed frequenter reſiſtunt, & ab eius obedientia deficiunt: immo frequentius mouentur impetu propriæ iniquitatis quam imperio diuinæ voluntatis, patuit in Lucifero. Eſa. 14. Qui motus fuit vento ſuperbiæ in altum cum deberet per humanitatem deſcendere deorſum dicens. In cęlum conſcendam ſimilis ero altiſſimo, & tamen detractus eſt ad infernum de quo & ſuis ſocijs dixit. Pſal. Incre. ſu. ma. quo de amantis, ideo ſunt contrarij adinuicem iſti ſpiritus ſicut contrario motu mouentur. Vnde Io. Apoca. 12. Vidit quod draco, id eſt diabolus iratus in mulierem, ideſt in eccleſiam triumphantem abijt facere prelium magnum cum reliquis qui ſunt de ſemine eius, id eſt cum ſanctis ſpiritibus angelicis qui cuſtodiunt mandata Dei & habent teſtimonia Ieſu. Sed gaudium nobis eſt qui ſumus de acie & exercitu ſanctorum angelorum: quia dux noſter Archangelus Michael triumphauit & vicit. Vnde dicitur ibidem 12. Factum eſt prelium

lium

Digitized by Google

lium in cœlo, Michael & Angeli eius pugnabant cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius & non valuerunt. Et draco ille magnus ſerpens antiquus qui vocatur diabolus, & ſathanas qui ſeducit vniuerſum orbem proiectus eſt in terram & angeli eius. Igitur ſpiritus angelici ſemper mouentur ad nutum diuinæ voluntatis eius mandata ſeruantes, ſed ſpiritualiter mouentur a Deo quo ad nos in tribus ſecundum tres actus hierarchicos eis, iuxta doctrinam beati Dyoniſij competẽtes qui ſunt illuminare purgare & perficere. Etenim angeli mandatum Dei perficiunt nos illuminando, tollentes ignorantiam, purgando repellentes culpam, perficiendo adducentes ad gratiam & gloriam, & hæc tria videntur competere tribus ſpiritibus quorum ſunt nobis nomina ſingulariter nota, ſcilicet Gabrieli ad quem pertinet illuminare vnde & ipſe annunciauit virgini illum qui eſt lux vera quæ illuminat omnem hominem &c. Ioan. 1. & interpretatur fortitudo Dei, vnde & nunciauit illum qui eſt fortitudo mea & laus mea dominus in Pſal. Raphaeli ad quẽ pertinet purgare, vnde & munditia Dei interpretatur: & ideo purgauit Thobiam a turbine oculorum per medicinam piſcis Thobiæ. Tho. 11. Michaeli cuius eſt perficere, vnde interpretatur quis vt Deus cuius eſt perfecta facere: quia Dei perfecta ſunt opera. Deut. 32. Et quo ad hæc tria ſcripſit. Pſal. Mandauit nubibus deſuper & ianuas cœli aperuit: ecce illuminatio & pluit illis manna ad manducandũ, ecce purgatio. Manna enim habet virtutem medicinalem & purgatiuam: panem cœli dedit eis, ecce perfectio quo ad gratiam: panem angelorum manducauit homo, ecce quo ad gloriam. Quia igitur mandatis Dei perfecte obediunt & mouentur ſemper ad eius nutum dixit Iſidorus de ſummo bono. Boni angeli ad miniſterium humanæ ſalutis deputati ſunt: vt cuncta adminiſtrent mundi, & regant omnia iuſſu Dei. Ideo ad hæc Pſal. Seruant teſtamentum Dei: & memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea, ſequitur. Benedicite domino omnes angeli eius, benedicite do. omnes, &c. ergo quilibet noſtrum videat ſi diuinæ voluntati obtemperat & ſi eius mandata obſeruat, hic enim angelus domini eſt iſte de quo Pſalm. Beatus vir qui timet dominum in manda. &c. Sed ſi eſt aliquis qui a voluntate & Dei mandatis deficiat: non obediat, ſed reſiſtat: hic non angelo, ſed diabolo ſimilis eſſe cenſetur, ſi ergo cum angelis vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Matt. 19. Si obijciatur quod in omnibus angelis tam beatis quam damnatis. Et in hominibus tam iuſtis quam iniuſtis, ſemper inuariabiliter voluntas Dei impletur, dicente Pſal. Omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra. &c. Diſtingue de voluntate, & dic quod verbum eſt de voluntate conſequente, & non antecedente, vt habetur 1. ſententiarum 47. Et ita præmiſſa ſunt intelligenda. *Pſal. 102*

Quantum ad ſecundum nota, quod beatus Gregorius in quadam homilia oſtendit quid nomine angeli importetur dicens Angelorum vocabulum nomen eſt officij non naturæ. Nam ſancti illi cęleſtis patriæ ſpiritus ſemper ſunt ſpiritus ſed ſemper vocari angeli nequaquam poſſunt: tunc ſolum ſunt angeli quando per eos aliqua nunciantur, vnde Pſal. Qui facit angelos ſuos ſpiritus. Hi ergo quo minima nunciant angeli, quo vero ſumma nunciant Archangeli vocantur, greca enim lingua angeli nuncij: Archangeli ſummi nuncij vocantur. Ex quibus verbis patet ꝙ ſpiritus cęleſtes dicuntur angeli, quia nuncij. Eſt autem ſciendum ꝙ nunciorum eſt proprie literas portare & annunciare. Ita eſt de angelis, quia ſancti angeli voluntatem Dei ſui & noſtri domini nobis denunciant, & literas eius nobis portant. Ita habetur Apocalip. 1. Significauit Deus quæ oportet fieri cito: mittens per angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni. Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius, & ſeruat ea. Quis ſi vis ſcire quid in iſtis literis contineatur, ſcias quod literæ quas nobis apportant angeli ſunt aliquæ increpationes, & correctiuæ delinquen

Digitized by Google

tium: facit enim Deus ſicut paterfamilias, qui miſſo filio ad ſtudium cum magnis expenſis & grauibus: audito quod non proficiat ſed malam vitam teneat & fatue bona patris expendat, conſueuit mittere literas increpationis & correctionis & improperare expenſas quas pro eo facit, & quod ipſe patitur defectus & incommoda vt habeat quid ipſi mittat. Ita de Chriſto & nobis, ipſe enim miſit nos in hunc mũdum vt proficiamus, cumulum meritorum inquiramus, in diuinis mandatis ſtudeamus: expenſas nobis ſufficientiſſimas dedit: quia bona omnia naturæ, fortunæ, & gratiæ. Ad hoc vt nobis ſatis daret dixit exprobrans in perſona ſua quia male comedit: immo quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, male induit quia proprijs veſtibus in paſſione nudatus fuit: male iacuit vt patuit in præſepio: & peius fuit vt patuit in crucis patibulo & ſic de alijs: & nihilominus multi ex nobis non proficimus, ſtudium contemnimus, & bona nobis tradita male expendimus, quia quidam immunde & viliter vt filius prodigus qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Luc. 17. Quidam ſuperflue & inaniter vt diues epulo qui induebatur purpura & biſſo: & epulabatur quotidie ſplendide. Lucæ 16. Ideo Deus mittit per angelos ſuos literas increpatorias & correctorias comminando pęnas & improperando expenſas. Iſtas literas inuenies pen angelos portantes. Iudicum 1. & ibidem ſcriptas vbi dicitur quod angelus domini aſcendit ad locum flentium, & ait loquens ex parte Dei. Ego eduxi vos de terra Aegypti & introduxi vos in terram pro qua iuraui patribus veſtris & noluiſtis audire vocem meam, terram Aegypti, ſtatus culpæ originalis, terra iurata patribus, ſtatus eſt gratiæ. Eſt autem ſciendum quod ſicut nuncius portans bonos rumores de correcto filio multum gaudet. Ita angeli reportantes rumores de correctis peccatoribus multum gaudent, quia gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore peniten tiam agente. Lucæ 15. Et de contrario multum dolent, vnde Eſa. 33. Angeli pacis amare flebunt, aliquæ vocationis, & eccitatiuæ negligentium.

Sicut enim paterfamilias mittit nuncios ad excitandum dormientes vt vadant mane ad operandum, ita Deus videns multos dormientes in peccatis & torpentes ocio quantum ad opera charitatis & pietatis mittit angelos ſuos excitatores ad bonum. Ita legimus in nouo teſtamento quia Act. 12. Petrus erat in carcere dormiens vinctus cathenis duabus & cuſtodes ante oſtium & ecce angelus domini aſtitit & lumen refulſit in habitaculo carceris, percuſſoque latere petri excitauit eum dicens. Surge velociter, & continuo ceciderunt cathenæ de manibus eius. Expone & applica. Idem figuratum eſt in Ioſeph, de quo Mat. 2. Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius & fuge, ſcilicet Herodem, puerum, ſcilicet Chriſtum, ad imitationem, & matrem per deuotionem, & fuge Herodem gloriantem in pellibus per vanitatum abiectionẽ. Aliquæ prouocationis & cõfortatiuæ proficientium, quandoq; enim tempore belli obſeſſis ab hoſtibus conſueuerunt reges nuncios & ſuccurſum mittere, & victualia quibus confortentur. Ita ſpiritualiter ſancti & benefaciẽtes in hoc mundo multipliciter impugnantur & obſidentur ab hoſtibus & deficerent in tribulationibus. Sed Deus mittit angelos ſuos ad repletionẽ hoſtium & confirmationem ſanctorũ. Ita legimus 2. Paral. 32. Cum Sennacherib tribulaſſet & obſediſſet populum Iſraeliticum & blaſphemaſſet dominũ Iſrael, miſit dominus angelum ſuum qui percuſſit omnem virum robuſtum & bellatorem & principem exercitus & ſaluauit Ezechiam & habitatores Hieruſalem, & requiẽ dedit eis per circuitum. Ad hoc Pſal. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum & eripiet eos. Ita conforma
Pſal. 33 uit etiã angelus Heliã tribulatum & laſſatũ itinere & labore. 3. Reg. 19. De quo ibi dr. Ecce angelus domini tetigit eũ & dixit. Surge & comede, grãdis tibi reſtat via.

Sur-

Digitized by Google

ſurrexit, & ecce ad caput eius ſubcinericius panis, & vas aquæ. Surrexit, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei Oreb. Sic poſt ieiunium quadragenarium reliquit Chriſtum diabolus, & tentator, & acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. Matth. 4. Sic Chriſto tribulato, & oranti circa paſſionem apparuit Angelus de cœlo confortans eum. Lucæ 22. Iſtos ergo nuncios Angelos nobis mittit Deus tanquam noſtros correctores, vocatores, & prouocatores, conſolatores bonorum, & vltores malorum. Ad quod dixit Pſalm. Facit Angelos ſuos Spiritus, quo ad bonos, & miniſtros ſuos flammam ignis, quo ad malos. Poteſt autem obiici, quod cęleſtes ſpiritus non ſunt omnes Angeli: quia non omnes ſunt nuncij: ſed ſolum illi, qui ſunt vltimæ Hierarchię, & inferioris ordinis.

Ad quod dicendum, quod Hierarchia dicitur ab Hieros, quod eſt ſacrum, & archù principatus inde Hierarchia, quaſi ſacer principatus. Igitur tota acies ſpirituum Cœleſtium diuiditur in tres Hierarchias, in nouē ordines iſto modo: quia omnes cœleſtes ſpiritus ſunt vel aſſiſtentes diuinæ maieſtati, & hæc eſt hierarchia ſuperior, vel reſiſtentes contrariæ poteſtati, & hęc eſt Hierarchia media, vel miniſtrantes humanæ neceſſitati: & hæc eſt hierarchia inferior.

Aſſiſtentium autem quidam diligunt ardentius quaſi amore feruentes, & hi Seraphin, quaſi ardentes ordo primus. Quidam intelligunt limpidius, & hi Cherubin dicuntur, & interpretantur ſcientiæ pulchritudo ordo ſecundus. Quidam diſcernunt ſubtilius, & hi throni, in quibus Deus dicitur reſidere, quia in eo ipſi reſident ordo tertius: Reſiſtentium autem contrariæ poteſtati ordinati ſunt ad regimen reipublicæ. Et horum alij ſunt deputati ad iniungendum expedientia, & hic eſt ordo dominationum. Ad exequendum iniuncta, & hic ordo virtutum. Ad remouendum impedientia, & hic eſt ordo poteſtatum. Miniſtrantium autem humanæ neceſſitati: alij ſunt deputati. Ad cuſtodiam regnorum, & prouinciarum: & hic eſt ordo principatuum: & in iſto ordine ponimus Michaelem. Ad cuſtodiam principum in ordine ad populum ſubiectum: & hic eſt ordo Archangelorum, in quo ponimus Gabrielem. Ad cuſtodiam ſingularem perſonarum ad ſeipſas comparatarum, & hic eſt ordo Angelorum, & in iſto ordine ponimus Raphaelem. Et hoc eſt quod dicit Gregorius in quadam homilia. Nonne Angelorum ordines teſtante ſacro eloquio: ſcimus ſcilicet Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubin, atque Seraphin? Nomen ergo Angeli eſt omnibus commune, inquantum omnes mediate, vel immediate miniſtrant, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Heb. 1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, & ſic hoc eſt nomen naturæ. Alio modo eſt nomen ſpeciale vnius ordinis, ſcilicet vltimi. Et ſic eſt nomen officij. Et hoc illis ſolum conuenit, qui immediate hominibus, & perſonis ſingularibus adminiſtrant. Et ſic patet, quomodo Angeli nuncij dicuntur.

Quantum ad tertium, nota verba. Ber. in Sermo. de Angelis vbi dicit ſic Benignus es Domine, qui non es contentus noſtra fragilitate monitorum, ſed ipſis hominum cuſtodibus Angelicam cuſtodiam ſuperponis.

Ratio eſt Princeps, & Dux ſumme habet aduertere de cuſtodia exercitus, qui eſt continue iuxta hoſtes, & pręcipue quando exercitus eſt attentus libentius ſpoliis eleuandis quam hoſtibus debellandis, quia tunc eſt maius periculum propter armorum depoſitionem & propter propriorum incautelam, & inaduertentiam, & inimicorum potentiam: & aſtutiam, marmorumque potiorum aſſumptionem. Hæc eſt ratio quare ſingulariter Deus dat nobis quotidie cuſtodiam Angelorum, quia licet quotidie ſimus non ſolum iuxta, ſed intra hoſtes noſtros, qui vndique

Digitized by Google

nobis inſidiantur: tamen nos ſumus plus ſolliciti, plus intenti ſpoliis eleuandis: id eſt temporalibus congregandis quam hoſtibus debellandis. Et vere ibi eſt maximum periculum: quia vt communiter in temporalium auida congregatione deponuntur arma virtutum: vt veritatis per fraudulentiam: æquitatis per iniuſtitiam: liberalitatis per auaritiam: charitatis per inuidiam, &c. Iſtis dicitur primi Mach. 4. Non concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra vos eſt: ſed ſtate contra inimicos noſtros: & expugnate eos. Ad hoc dati ſunt nobis Angeli cuſtodes. vnde dicitur Hiere. 4. Eruditum eſt in Hieruſalem cuſtodes venire de terra longinqua quia de terra Paradiſi. Cuſtodiunt ſancti Angeli exercitum Eccleſię militantis, ſpecialiter ab aquarum diluuio. Periculum magnum eſt exercitui in tranſitu fluuiorum, & ſtagnorum, niſi habeat cuſtodem de ſubmerſione. Nobis ad Paradiſum tranſeuntibus occurrit tranſitus carnalium voluptatum: & in iſto ſtagno ſunt multi mali paſſus, ſicut mala cogitatio, delectatio, conſenſus, operatio, continuatio, niſi caueatur. Et quia ſecundum Bernardum, Angelis eſt cognata virginitas ipſi ſciunt optime paſſus, per quos homo poteſt tranſire ſicut eſt moderatio ciborum ludorum conſolatoriorũ indumẽtorũ, carnis afflictio, oratio, oportunitatum vitatio &c. quomodo viuere potius eſt angelicum, quam humanum ſic liberauit, & cuſtodiuit Loth de diluuio ſodomorum. Gen. 19. Sic Angelus Sarram a dæmonio. Tob. 8. Sic Iudith de torrente holophernis. Iudith 13. Vnde dixit viuit dominus, quoniam cuſtodiuit me Angelus eius: & non permiſit me dominus coinquinari. Sed ſine pollutione reuocauit me gaudentem. A flammarum incendio periculum magnum eſt quando hoſtes appropinquantes tentorijs ſupponunt ignem. Et ideo exercitus indiget cuſtodibus, dolendum eſt, quod ignis auaritiæ poſſit accendi in fidelibus a diabolo ſuppoſitus, & forte iam ita accenſus eſt in Iacob, quod ira Dei deſcendit in Iſrael: vt locut eſſet clamandi ad aquam. Contra hoc periculum Deus poſuit cuſtodem Angelum, qui extinguit, & refrigerat iſtum ignem per contemptum terrenorum: quod ſignatum eſt. Dan. 3. vbi tribus pueris miſſis in fornacem ignis ardentis Angelus domini deſcendit in fornacem, & excuſſit flãmmam ignis ardentis angelus domini deſcendit in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem. Et pueros non tetigit ignis, neq; contriſtauit, neq; quicquam moleſtiæ intulit. Vnde quilibet illorũ põt dicere Angelo. illud Iob. x. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. A ruinarum præcipitio: Magnum periculum eſt exercitus quod vadat per abrupta montium, & pręcipitia collium, per talem viã ducit diabolus, quia per vanitates, & ſuperbias. Et ſicut male ſibi contigit, vt patet de Lucifero, qui dicens in corde ſuo. In cœlis aſcendam ſimilis ero altiſſimo, & ad infernum detractus eſt. Eſ. 14. Ita male contingeret ſequentibus eum. & ideo dati ſunt nobis cuſtodes Angeli qui nos doceant viam cœli, & cuſtodiant in paſſibus malis. Iſtam viam docuerunt Angeli Iacob. Gen. 28. quando vidit in ſcala aſcendente ad cęlum Angelos aſcendentes, quia in via Dei oportet aſcendere per charitatem, & deſcendere per humilitatem, ſicut ad altum montem non venitur continue aſcendendo: ſed aliquando etiã deſcendendo Iſti ergo cuſtodes Angeli malorum paſſuum videntur eſſe illi. de quibus Iudith 7. Sederunt per loca quæ anguſti itineris tramitem dirigunt inter montana. Et erant cuſtodientes ea tota die, & nocte. Igitur per iſtos iuxta, pſal. orationem. Dominus cuſtodiat introitum tuum, &c. quod no. &c.

Iſtud tertium membrum poteſt aliter deduci iſto modo vt poſt illam auctoritatem Hieremiæ auditum eſt in Hieruſalem, venire cuſtodes a terra longinqua dicatur ſi Cuſtodiunt aũt Angeli hoĩes, & præſeruant a nouem periculis grauibus, ſicut ſunt. ix. ordines Angelorum, qui cuſtodiunt a periculo ignis. Dan. 3. Nota hiſtoriam

riam de tribus pueris. Angelus deſcendit cum Azaria, & ſociis eius, &c. Aquæ, & maris: Act. 27. c. Liberauit Paulum, & cęteros, qui erant in naui. Vnde dixit Paul. Aſtitit hac nocte Angelus Dei, cuius ſum ego, &c. Carceris. Dan. 6. Liberauit Danielē de ore leonum in carcere exiſtētium, vñ dixit. Deus meus miſit Angelum ſuū &c. Et Act. 12. Liberauit Petrum de carcere. vnde dixit. Nunc ſcio vere, quia miſit dominus Angelum ſuum, &c. Famis. vnde Angelus Domini apprehendit Abach. cū prandio ſuo, & portauit in Babylonem Danieli, qui erat in lacu Leonum. Dan. vl. & 3 Reg. 19. Angelus dñi dedit Helyæ ſubcinericium panem, & vas aquę, & dixit ei, ſurge, & comede, &c. Exercitus hoſtilis, 2. Paralip. 32. Miſit dominus Angelum ſuum, & percuſſit omnem virum robuſtum, & bellatorem, & principem exercitus, ſaluauitq; dñs Ezechiam, &c. diuinæ vltionis. Gen. 19. Angeli appręhenderunt manum Loth, & manum vxoris, & filiarum eius, eo quod peteret dominus, & eduxerunt extra ciuitatem, &c. Incurabilis ęgritudinis. vnde Raphael curauit Thob. Seniorem cum felle piſcis. Thob. 11 itineris, ſicut Angelus pręcedebat caſtra Iſrael in deſertum. Exod. 33

Mittam præcurſorem tui angelum, vt intres terrā fluentem lacte & melle &c. Inſidiantis dæmonis quod vocat Pſalmiſta. Incurſum a dæmonio meridiano, vt patet Tho. 8. Liberauit enim Tho. Iuniorem & Sarram, quia angelus appræhendit dæmonium & religauit ipſum in deſerto ſuperioris ægypti. Nota quamlibet hiſtoriam locis allegatis, ergo iuxta doctrinam Pſal. A cuſtodia matutina vſque ad noctem, id eſt a principio humanæ natiuitatis vſque ad mortem, ſperet Iſrael in domino. Et ſi petas, quare ipſemet Pſal. reſpondit. Ecce non dormitabit neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael. Quod exponens beatus Bernardus in ſermone de angelis dicit ſic. Quotiens grauiſſima cernitur ſurgere tentatio & tribulatio vehemens imminere. Inuoca cuſtodem tuum directorem tuum in oportunitatibus tuis in tribulatione vero neque dormitat neque dormit. Et ſi quandoque ad tempus diſſimulat. Idem quoque beatus Ber. in illo ſermone quadrageſimæ. Acceſſerunt angeli exponens verbum aſſumptum dicit ſic. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſt. te in omnib. vijs tuis. O quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam afferre deuotionem, conferre fiduciam pro præſentia reuerentiam pro beneuolentia deuotionem, a cuſtodia fiduciam. Caute ergo ambula vbi ſunt angeli. Et cuſtodiant te in omnibus &c. Hanc cautelam ipſe Ber. in eodem ſermone ita deſcribit in quouis diuerſorio, in quouis angulo, reuerentiam exhibe tuo angelo, ne audeas illo præſente quod me vidente non audes: aſſunt enim tibi non modo præſentes tecum: ſed etiam pro te aſſunt vt protegant & aſſunt vt proſint. Igitur non reſtat aliud niſi vt noſtrum quilibet illud oret quod in verſibus vulgaribus habetur. Angele qui meus es cuſtos, pietate ſuperna. Me tibi commiſſum ſerua, defende guberna. Exod. 23. Ita dicit. Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te & cuſtodiat in via & introducat ad locum quem præparaui. Ad quam nos perducat qui ſine fine viuit & regnat Deus. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

REGISTRVM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc.

Omnes ſunt duerniones, præter Cc, quæ eſt ſimplex.



BRIXIÆ,

Typis Petri Mariæ Marchettis. MDCX.

De Superiorum conſenſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7_ 2 _2_

Digitized by Google